8-43-B-4

Digitized by Google

Digitized by Google

8.43-B.4

HÆRETICVM QVARE PER CATHOLICVM QVIA

Auctore R. P. Fr. HENRICO LANCILOTTO
Mechlinienſi Ord. Eremitarum D. Auguſtini,
& S. T. Doctore Louanienſi.

Editio tertia, correctior, ac 73. Parallelis Auguſtini Catholici & Auguſtino-magiſtis Hæretici auctior.

Volentes (Hæretici, Geuzæ, Reformati) *eſſe legis Doctores, non intelligentes neque qua loquuntur, neque de quibus affirmant*, 1. ad Timoth. 1. 7.



ANTVERPIÆ,
Apud Guilielmum à Tongris ſub ſigno Gryphi.
Anno M. DC. XIX.
Cum gratia & Priuilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOB.

AMPLISS. ORNATISS.

VIRIS

D. LADISLAO

VANDER STREPEN,

PRÆTORI:

DD.

IACOBO VAN RANST, Primario,
HENRICO VAN ROYE, II. Conſuli,

ET

WALTERO VAN ROYE A GRASEN,
HENRICO VANDEN BERGE,
IOANNI ÆGIDIO VAN EYNATTEN,
OTTONI IMMENS,
SERVATIO DE MEVRS,
IOANNI VANDEN PVTTE,
GVILLIELMO BOESEA, Scabinis,

TOTI DENIQVE
SENATVI POPVLOQ. REIP.

THENENSIS

S. D.

ELapsâ iam diu, ORNATISSIMI VIRI, aureâ illâ ætate, quæ, Naſonis verſu,

—Vindice nullo
Sponte ſuâ, ſine lege fidem, Ouid. Metam. I.
rectumque colebat,

cumque Chriſtiani omnes, recti & ſim-

Digitized by Google

plices,ac timentes Deum, non in contentione ſermonis, ſed in ſimplicitate fidei, regnum eſſe Dei credentes, aliud neſciebant Euangelium, niſi quod à Chriſti ſpiritu profectum, de Chriſto, per Chriſti diſcipulos,ſcriptum eſſet:elapsâ,inquam, aureâ illâ ætate, in ferream ſenſim dilapſi ſumus. Quâ oriente

——— Fugêre pudor, verumq́ue, fideſq́;
In quorum ſubiêre locum, fraudeſq́ue, doliq́;

& hæc quidem ætas eſt, luctuoſa illa ſunt tempora, quæ ter Magnus ille Gentium doctor ſuo olim diſcipulo Timotheo non caſsâ præſagitione dixerat emerſura. Furiarum enim illa quarta, æuiternæ noctis (vt cum Poëtis ita verè loquar) & Erebi filia, fractis inferni repagulis, in Orbem terrarum irrupit, diráq; intemperie graſſata, internecinum Eccleſiæ Romanæ bellum indixit. Cuius opera manúque vtens eius parens diabolus,iugulum eius, iugulum omnium noſtrûm petit, perniciemq́ue animarum noſtrarum, ſpe deuorat. Qui cùm antiquius nobis, Religione ac fide Catholicâ, Romanâ, Apoſtolicâ nihil eſſe, compertum habeat, hanc ipſam (ſine quâ,tibicine ſolidiſſimo, ſalus noſtra perſtare, non poteſt) remis, quod aiunt, veliſq́ue molitur euertere. Scit ad hæc profundæ noctis habitator ille,fide

le, fidem eſſe ſolem illum, & lumen quo prælucente ad verum, perenne, atque inexſtinguibile lumen penitiùs perſpeculandum fruendumque ducimur, eoque nos orbatos reddere adnititur vt in denſiſſimis errorum tenebris cæcultando, ceſpitantes non ſecus quàm à tali Vlyſſe exoculati Cyclopes impingamus, & tandem miſerè ruamus, aut vt pertinaciæ velo obnupti Sampſones, & ad Philiſthæi huius piſtrinum alligati in circuitu reſtibilium errorum iugiter ambulantes, ipſum veritatis centrum nunquam attingamus. Latrones hâc arte non malè imitatur hic mentium latro, qui quò magis ad votum ſuum domum quampiam depeculentur, domeſticoſq; tollant è medio, quidquid luminum aut penes ſe adportant, aut ibi loci offendunt, quam mox exſtinguunt, feneſtras item obſerando cœli radijs aditum præcludunt: Fides namque meo quidem iudicio, eſt oculus ille dexter, quem Naas Ammonites (humani generis aduerſarium licèt hunc interpretari) viris Iabes Galaad exſculptum volebat. Quod certè ni faceret verſipellis ille tenebrio, quo fieri, ſodes, pacto queat, vt tot Viri, ætate, iudicio, educatione, ſcientiâque alioqui ingenua, in ipſâ luce meridianâ ita offenderent, impingerentque: aut

 pru-

prudentes, ſcientes, videnteſque ſpontis ſuæ ad interitum præcipites ruerent? Porrò ophthalmiam hanc & glaucomam vſque eò mentibus multorum impreſſit, vt eam ſuis clientibus non ſolùm non eſſe dirum infortunium, ſed voluptatem (ſi dijs placet) atque adeò fœlicitatem perſuaſerit: pruritum inſuper & volentiam inſerüerit eam cum quibuſlibet etiam communicandi, & ſcabiem hanc ſuam vicinis affricandi; quinimò ſolis ipſum iubar & coruſcamen, ſi quà poſſent, fuliginis ſuæ inuolucro inſepeliendi: veritatem falſimoniâ; fidem, offucijs; viam regiam, ambagibus; Euangelium, ægri ſomnijs, ipſam denique rem ſpecie obfuſcandi. Quos cui congruentiùs ibo, ſodes, comparatum, quàm Napelli illius filiæ, quam refert Medicorum primas Galenus, ita venenis ab incunabulis alitam atque aſſuetam, vt hoc illi in nutrimentum verteretur, nec vllâ prorſus noxiâ mactaret, omnibus tamen contrà eius familiaritate conſortioque fruentibus, ſolo eius anhelitu infectis eueſtigiò (mirum!) animam efflantibus? Atque hinc fit, quod ſe (vt ſibi blandiuntur & palpant) puris, reliquos mortalium impurent hæ

Obſcænæ volucres, contactuq; omnia fœdent.

Omnia, inquam, quippè quæ nec à ſacro illo

illo Diuinarum litterarum inſtrumento abſtineant manus. Quot enim opinionibus eam deprauant? quot ſenſibus conuellunt? quot quæſtiunculis obſcurant? quot nodis intricant? quot interpretationibus deuenuſtant? quàm ſæpè menti Spiritus ſancti, aliam mentem affingunt? quàm ſcelerato auſu eas ſomnijs & mendacijs ſuis patrocinari cogunt? Locupletes ſunt teſtes eorum libri, atque vtinam non eſſent! Nam ſi libet, vel ab ipſis naſcentis Eccleſiæ cunis Hæreticorum memoriam replicare, nullum ex tam copioſo grege mihi reperias, qui non ſcelerati dogmatis ſui ſtruicem, aliquo ex Euangelicâ officinâ deprompto ſtatumine, conatus ſit ſtabilire. Quid? an non & Mahumetes ipſe, etſi legem Euangelicæ noſtræ Δὶς διὰ πασῶν contrariam ſuis præſcripſerit, non pauca tamen inde ad ſpurcitias flagitiaq; ſua tranſtulit, nefariumque ſuum dogma Euangelico etiam diplomate firmare niſus eſt & munire? Adeò vt non errauerit, quiſquis ille fuerit, qui ſacras litteras cum Rhododaphne herbâ iuit comparatum. Cui hanc à naturâ ineſſe vim dicit, vt hominibus quidem contra venena antidoto ſit & medelæ, bruta porrò animantia interficiat eueſtigiò. Sic enim ſacræ litteræ viris bonis ad virtutem calcar ſubigunt,

 bigunt,

bigunt, ægriſque animis, ad eam tamen compoſitis, ægrimonias, ſpongiæ adinſtar, abſtergunt, impiatos autem infidoſq; in ſalutis periculũ vocant, & opinionibus deprauatis tranſuerſos agunt. Quid enim tam ſanctè, tam præclarè, tam verè dici poteſt, quod gnathonum iſtorum virulentiâ non deuenuſtetur? Cùm verò ſimplex ſit veritas, videtur, meâ ſententiâ, ſano carere ſincipite, qui eam ad diſputationum laqueos, tanquam in aliquot verborum labyrinthum, compegerit. Illud tamen Hæreticis perquàm familiare eſt, nodum ſemper in ſcirpo, in viâ viam, in luce lucem anxiè quæritare. Qui Grammaticis illis voculis: Cur? Quare? Quomodo? litium telam ſemper exordiuntur, non de lanâ, herculès, caprinâ, vmbra-ve Aſini, verùm (vt ille olim Serpens, vnde ſuum virus hauſêre) de periculoſiſſimâ æternæ ſalutis aleâ. Nam (D. Hieronymi verbis.) *Quidquid ferè eſt, de quo diſputatur hodie, plus eſt, quàm ad ſalutem ſatis.* Atque his quidem armis quaſi velites quidam contra Romani Pontificis auctoritatem, Conciliorum decreta, Eccleſiæ gubernaculum, contra Martyrum ſanguinem & admiranda, contra ſacros ritus cæremoniaſque, contra Reliquiarum iconumq; Diuorum cultum, contra myſtica Eccle-

ſiæ

Digitized by Google

ſiæ Sacramenta, imò contra Chriſti Domini ſacratiſſimũ Corpus, Giganteo auſu depræliantur. Quæ certè quæſtiuncularum ſagittæ, adeò aculeatæ ſunt, vt hominum etiam cordatiſſimorum quoſdam penè tranſuerſos egerint, quoſdam pedetentim, per cuniculos quaſi, in tam arctum labyrinthum pertraxerint; vt niſi quãtocyus Dædaleis quaſi alis inde euolàſſent, aut filo Ariadnes, hoc eſt, Conſtantiæ, reducti fuiſſent, orcino certè Minotauro abdomen pauiſſent. Per eas namque inimicus ille homo & loliginis clandeſtinus ſator, tot tam diſcrepantes, tam pernicioſas diſciplinas, quaſi aliud agens, improbè diſſeminauit, tamque peſtiferas in multorum animis opiniones de Religione conciuit, vt poſtquam vitiorum illecebrâ quaſi loto illecti, multis iam antè vitam eripuiſſet: hoc errorum veluti præſentiſſimo faſcino, breui multitudinem totam ſtirpitùs eradicaret. Sed obuiam huic malo itum eſt, Dei prouidentiâ; & inuenit hæc Hydra ſuos Hercules, hæc Harpyia ſuos Æneas; quorum ſeriem texere foret arenam metiri, neq; porrò huius loci eſt. Qui profectò magnâ cum gnauitate & gnaritate duellum hoc ſpirituale, quod cum impietate, falſitate, peruicaciaque gerundum erat, curæ

 indu-

Digitized by Google

induſtriæq; ſuæ crediderũt. Quibus vt & me poſteri tandem ſuccenturient, talento mihi cœlitus dato parcitum ire nolui, ſed viſum planè fuit ducibus, Archiſtrategis, & Hyperaſpiſtis fidei opellam (licèt exigua ea ſit) etiam noſtram adgregare; vt hæ generis humani peſtes, Eccleſiæ carcinomata, faces patriæ, fœces orbis terræ, fomites diſcordiarum, religionis hoſtes, ſtrumæ hominum, ſacrorum prædones, execranda & exſcreanda monſtra, adunatis viribus ſemel aliquando diſſipentur, conterantur, enecentur. Neque paſſus ſum, tantùm reperire eorum numerum qui induſtriæ ſuæ panopliam ad Eccleſiæ Catholicæ ſtatum euertendum manibus pedibuſq; conferrent, me communi omnium noſtrum parenti opem ſi quà poſſem non porrigere. Porrò feci, & in colligendis hiſce curioſulorum Hæreticorum quæſtiunculis, nonnihil induſtriæ & otij, quod alijs Officij noſtri negotijs potui identidem ſurripere, collocaui. Et quoniam verbo admodum trito: *Omne Quare habet ſuum Quia*, illud ſingulis Quæſtionibus ſubtexui, vt ſi qui fortean harum periculi plenarum atque adeò ſonticarum aculeis morſi fuerint, reſponſionum noſtrarum pharmaco perſanari queant. Quidquid autem hîc à me

ad

ad maiorem Dei gloriam, auitæ fidei incrementum, & ſolidandos in eâ Catholicos exantlatum eſt, id omne ad veſtri nominis aram, ORNATISSIMI HEROES, ad immortalem poſtem honoris MAGISTRATVS THENENSIS, libens, merito, figo, ſacro, dico. Libens, inquam, meritoque. Atque id quidem totius *Ordinis Auguſtiniani* vicem. De quo, quoniam (quæ veſtra eſt benignitas) tam euidenter, tota vidente & applaudente Patriâ, bene occœpiſtis mereri, vt illum & Ciuitate veſtrâ iam pridem donaretis, & Iuuentutem veſtram, hoc eſt, theſaurum illum Cornelianum, ſpem nominis veſtri, ciuium nouellas ſtirpes, patriæ naſcentis florem, ſegetem poſterorum, curæ & manuductioni noſtræ crederetis: viuamus omnium mortalium ingratiſſimi, ni tantum honorem fauoremque aliquo ſaltem gratitudinis ſymbolo compenſaremus, & vt beneficium veſtrum publicum eſt, neque tacitis duntaxat conſcientiæ cancellis incluſum, nefas nobis viſum fuit, ſolo animo teſte gratos eſſe, publicitus autem tanquam ingratitudinis reos, pipulo differri. Notæ igitur huic eluendæ offerimus litterarium hoc munus, etſi leuidenſæ forſitan, vitæ tamen generi, quod delegimus, ſtudioque, quod

quod profitemur, conueniens. Pondus habere ex ſe, ſpero, poterit hic liber qui tam feliciter prodijt, vt trium annorum ſpatio ter renaſci eum oportuerit. Pondus à Sereniſs. ac Reuerendiſs. Lothario à Metternich Sacri Romani Imperij Principe Electore & Archiepiſcopo Treuirenſi, qui huiuſce libri lectione condire menſam ſolet. Pondus à Polonis, gente Catholiciſsima, quæ olim nullis Satanæ fraudibus adduci potuit, vt ſenſu & conſenſu totius Eccleſiæ poſthabito, vicinorum, leprâ Waldenſium tunc temporis infectorum, partibus ſeiungi permitteret, & nunc quidem ex vicinâ circum furentum Hæreſeωn ſcabie, contagem exiguam ſentiat: quæque librum hunc noſtrum, tanquam præſens antidotum aduerſus hanc luem, in nuperis nundinis Francofordenſibus ſummo ſtudio expetiuit, & omnia quotquot exſtabant exemplaria agmine quaſi cum Bohemis facto coëmit, nouaque inſuper hæc per Autumnales nundinas aduehenda auidiſſimè expectat. Pondus ab Ampliſſimo Flandriæ Metropolis Gandaui Magiſtratu, qui primo omnium ante annos admodum tres, hunc partum excipere eſt dignatus. Pondus à Nobilibus ac Magnificis principalis Oppidi Bruxellenſis

lenſis Gubernatoribus, qui ſecundas curas cum Appendice ABCdario Luthero-Caluiniano eâ quâ pollent humanitate ſunt amplexi. Tertiam ergo hanc fœturam ad incudem à me poſtliminiò reuocatam, nouiſque *Parallelis Auguſtini Catholici & Auguſtinomaſtigis Hæretici*, ampliatam, vt vos Ornatiſſimi DD. vlnis premere non grauemini, obſecratum venio & reſecratum. Vos inquam, qui neq; æquitatis amore, quam fronte, oculis, iudicijs præfertis; neque Catholicæ Religionis cultu, quæ nequicquam debacchante Martis furiâ, & omnium penè animos in talos fugante, ſtabilis atque inconcuſſa vobiſcum à longâ annorum ſerie permanſit; neque prudentiæ laude, quam in quouis negotio communem Reipub. ſtatum tangente, vt ſalem nouiſtis adhibere, vlli Vrbium Belgicarũ cedere didiciſtis. Attrita quidem mœnia veſtra fuerunt, & pomœria, ſed ijs læſis, animi perſtiterunt illæſi. Deſerta vobis Vrbs fuit, non Fides. Inculti aliquamdiu lares & foci, non aræ & diuorum loci. Quæ quia domi euertebantur, foris à vobis quærebantur, arbitrantes vos ſupellectile, domibus, agriſque relictis omnia veſtra, Biantis verbo, vobiſcum ferre, dum in ſanâ mente ſanam fidem ferretis vobiſcum. Pomœria quidem

dem Vrbis veſtræ dum videtis tam lata olim, tam ſpatioſa, tam ampla, vt cum vaſtiſſima qualibet è Belgicis oppidis certaret, diſcruciamini ſcio, animi, & vt olim Troianus ille Panthus exclamabat:

——Fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum

ſic vos filijs, ſubinde veſtris antiquitatis auidis, ingeminatis: Fuerunt Thenæ & ingens gloria illius Vrbis, quæ olim Officina Cereris, Portus frumenti, Horreum Brabantiæ, non ab horrore inanijs & araneis contracto, ſed ab hordei, tritici, frumentique affluentiâ vocitari ſolebat; cuius vos, ô filij ne vmbram nunc quidem cernitis, ne extrema quidem lineamenta. Atque ex his quidem ruderibus ruiniſq;, quas etiam-num oculis vſurpatis, tanquam manifeſtis cicatricibus metiri diſcite vulnera, quæ toti patriæ inflixit rabies illa Hæreſeos peſtilentiſſima, eamque proin vt peſtem exitialem horrere, fugere, execrari. Hæ plateæ quas modò pro ædibus, atque officinis, dumetis rubetiſque obſitas videtis; florentes olim erant, adſpectu elegantes, populi itione, reditioneque celebres, mercibus probè inſtructæ; hæ areæ laxæ nunc & patentes, domibus ſtabant offertiſſimæ, vt non falsò ce-

ſò cecinerit pronuper Cycnus ille Flander Vrientius:

Qui veteres Thenas, ſimul ille requirat Athenas,
Atque adeò exequias oppido vtriq; canat.
Illas Schiſma nocens ſupremo à culmine vertit;
Has patriæ afflixit ſeditioſa lues.

Sed patriam Deo tandem per has Martij furoris inducias, reſpirare concedente, reuiuere, & ad priſtinum decorem regreſſum facere occœptatis, vero præſagio prædicti Vatis, dum in Epigrammate ſuo pergit:

Sed conclamatæ penitùs periſtis Athenæ,
Barbarus impoſito quas pede Turca premit.
Spes iubet attritas meliùs confidere Thenas,
Quas tandem à longo Pax bona Marte videt.
Illa dabit plenos frugum (velut antè) maniplos,
Et veteres Decimas, & ſacra priſca dabit.
Nunc erit vt Thenam videat contendere Athenis,
Qui Thenam in Thena vix modò Belga videt.

Cui fini ſcopoque, tu cum primis Magne Conſul Iacobe Ranſti gnaram gnauamque Vrbi huic operam hactenus impendiſti. Quæ ne planiſſimè in cineres & rudera abiret, eam ab hoſpitio militum, qui nihil integrum relinquere ſolent, tuâ ſuadâ ſæpenumero vindicaſti. Tu ſartis tectis eius

eius reſtaurandis, eique firmandæ ac muniendæ, non leuem pecuniarũ ſummam, neque ſemel, tam à Sereniſs. Principibus noſtris, quàm ab Illuſtrib. Brabantiæ Ordinibus impetraſti. Tu anno 1604. *Excell. Fredericum Comitem vanden Berghe*, Bruxellâ euocâſti, Thenas tuas hosticâ obſidione liberatum vt aduolaret, qui niſi tuo voto obſecundaſſet, omni dubio procul miſella ciuitas hoſtili, rapinæ, incendio, depopulationi patuiſſet. Te igitur quaſi Auerruncum Vrbis huius, & defenſorem mente memori, etiam naſcendi adhuc poſteri, ſunt agnituri. Tu ciuicam coronam, ſi quis vnquam in orbe, tibi peperiſti. Tibi ſuccenturiantur Senatores illi tui, & Conſiliarij qui tecum ad iſtius Reipubl. clauum conſident, quos fama mihi dictat, tantâ (vt prælibauimus) prudentiâ, vigilantiâ, curaque bono publico inſudare, vt reapſe teſtemini vos non tam ſollicitè angi vt foris mœnia Vrbi circumdentur, quàm vt intus viua ſurrigantur ædificia: dum ſatagitis vt proles veſtra pietate, moribus, litteris probè excolatur; Religio & auita fides in ciuium mentibus foueatur & vigeat, hæreſeos lolium, vobis vſque vigilibus, ab inimico homine ſeri non poſſit. Huic rei ciues veſtros (ô Senatores ſingularis exempli!) moribus,

virtutem,

virtutem, pietatémq; ſpirantibus, ſplendidè prælucetis. Nam cùm videre ſit & animaduertere vos omnibus vbique Eccleſiæ officijs & Sacrificijs primos intereſſe, an non hoc pacto etiam muti magiſtri, ſubijcces veſtros edocetis quid imitandum ſit? His alijſque, quæ recenſere & mihi longum foret, & veſtris fortaſſean auribus onerosum, penſiculatè conſideratis, in certam ſpem coniectus ſum, librum hunc meum in manus non faſtidioſas deuolutum iri. Quâ quidem ſpe ne ego fruſtrer, vos quæſo ORNATISSIMI VIRI, veſtro fauore, benignitate, humanitateque prohibetote, & non tam me, quam fratres illos noſtros *Auguſtinianos*, nuperos nouellos colonos, & à vobis in ciues cooptatos, fouere, architectari, promouere, vt cœpiſtis, pergitote. A corpore ſano, & bene habito fortior partus emergit, & ab illis veſtrâ liberalitate probè alitis, fructus in vrbe veſtra vberrimus venit expectandus; tenuis ſteriliſque, ſi inediâ incitaque deprimantur. Vos, confidimus, obuiam ibitis, & ſeriei laudum veſtrarum hanc etiam auctarij loco appendetis, *Ordinem* vos, *D. Auguſtini*, *Doctores Eccleſiæ*, Mundi facis, Hæreticorum mallei, etiam frendente diabolo, applaudentibus bonis, in Vr-

bem veſtram inuexiſſe, inuectum aluiſſe, alito tantorum fructuum hinc pullulantium fomitem ſubminiſtraſſe. Conatibus veſtris Deus faueat, & ſpem noſtram foueat. Louan. in S. Auguſtino 17. Kalendas Septemb. 1618.

DD. VV.

Cupidiſſimus

F. HENRICVS LANCILOTTVS
Eremita Auguſtinianus.

Digitized by Google

CATALOGVS

HÆRETICVM QVARE.

1. QVARE *Papiſticæ potiùs quàm Geuziæ noſtræ fidei Reformatæ adhæres?*

2. *Quare Papicolæ in Ditionibus ſuis non permittunt cuilibet fidei libertatem?*

3. *Quare Pontificij reijciunt fidem noſtram Specialem, quæ ſecuram fidelibus propinat conſolationem?*

4. *Quare ergo & quomodo vos Romanenſes creditis Artic. fidei de* Remiſſione peccatorum, *ſi fidem Specialem non acceptetis?*

5. *Quare Papiſtæ affirmant fidem in peccatoribus manere à Charitate ſeiunctam, contra Scripturæ & Patrum tenorem?*

6. *Quare Papiſtæ in noſtræ fidei Reformatæ confirmationem, Miracula requirunt, quum ea olim per Apoſt. Martyres, Confeſſores, miraculosè ſit confirmata, adeò vt nouis non ſit opus?*

7. *Quare vos Papicolæ tanti facitis Miracula veſtra, quum meræ ſint Dæmonum præſtigiæ?*

8. *Quare ſimplices & erronei Pontificij, in Religionis negotio, obediunt Papæ, quum ſit homo, & quidem* ANTICHRISTVS?

9. *Quare veneramini Papam vt caput Eccleſiæ, omnium Epiſcoporum Epiſcopum, ſupremum deniq; & infallibilem: cauſarum fidei iudicem, quæ omnia ſapiunt Antichriſtum?*

10. *Quare tanta de Romanorũ Pontificum ſucceſſione nugantur Romanenſes, quum D. Petrus nunquam fuerit Romæ?*

11. *Quare Pontificij affirmant ſemper illum à Chriſto Domino, totius Eccleſiæ accipere Primatum, qui ab Eccleſia legitimo modo in locum D. Petri recipitur, quum*

Ioannes VIII. femina huius Pontificatus incapax, in Papam olim ſit electus, &c?

12. *Quare Papicolæ tanti faciunt ſua Concilia Oecumenica, quum Epiſcopi in ijs errare poßint vt homines, & immeritò excludant, Imperatoris ac Regum, de rebus fidei iudicandi, poteſtatem?*

13. *Quare Papiſtæ in ſola Eccleſia Rom. pollicentur hominibus ſalutem?*

14. *Quare Eccleſiam noſtram à Papalibus doctrinis ac ſuperſtitionibus Reformatam, inuidioſè appellatis,* DEFORMATAM?

15. *Quare Dei Eccleſiam Romanenſes ponunt ſemper viſibilem, quum ipſâ aliquando pereunte, inuiſibilis duntaxat permaneat?*

16. *Quare Papiſtæ Pop. interdicunt S. Scripturæ facilis captu, & in ſe claræ, lectionem?*

17. *Quare Pontificij damnant in Biblia noſtra Reformata?*

18. *Quare ita ſimplices ſunt Romanenſes, vt credant aliqua quæ expreßè non habentur in Scriptur. quæ Traditiones ipſi vocant?*

19. *Quare vos Papiſtæ negatis Spei noſtræ certitudinem, quum ſcriptum ſit,* Spes non confundit, *Rom. 5. 5?*

20. *Quare Pontificij in Miſſæ Sacrif. Sacramentorum adminiſtratione, Horarum Canonicarum, (quas M. noſter Luther. lib. de form. miſſandi vocat,* Simulatum Dei cultum) *ſolemni decantatione, alijſq; precibus, &c. non vtuntur linguâ vernaculâ, quæ capitur à vulgò, ſed Latinâ duntaxat?*

21. *Quomodo ſimplices Romaniſtæ exiſtimant ſe orare, quando recitant ſalutationem Angelicam,* AVE MARIA?

22. *Quare toties Papiſtæ in Roſariis ſuis, idem inutiliter repetunt, continuò dicentes,* AVE MARIA, AVE MARIA, *&c?*

Digitized by Google

23. *Quare potiùs inſuperſtitiosè inunctis, gemmis, auro, argentoq́ phaleratis Eccleſijs, quàm in omni loco, orandum eſſe Pontificij docent?*

24. *Quare Papicolæ affingunt nobis doctrinam* de Deo peccati Auctore, *& certiſſima* Atheiſmi introductione, *quum nihil minus cogitemus?*

25. *Quare Pontificij non acceptant ſecretam doctrinam noſtram de Prædeſtinatione & Reprobatione, quum per eam maximè illuceſcant Miſericordia & Iuſtitia Diuina?*

26. *Quare & quomodo Papiſtæ dicunt Legem Dei ſeruatu eſſe poſſibilem, quum obſtet carnis imbecillitas?*

27. *Quare Idololatræ Romanenſes honorant Sanctos mortuos cum iniuria honoris Diuini?*

28. *Quare Papiſtæ inuocant Sanctos, cum iniuria Mediatoris Chriſti?*

29. *Vbi ſcriptum eſt, licitum vobis eſſe, Chriſti & Sanctorum imagines, in Templis habere, eaſq́, mille Superſtitio. genuflexionis, nudationis capitis, oſculi, amplexus, &c. venerari?*

30. *Quare Deuotarij & Deuotariæ veſtræ ſuſcipiunt inanes, periculoſas, & (vt Superintendens noſter Ioa. Caluinus ait)* Manifeſtâ impietate plenas Peregrinationes *ad loca Sancta, imagines & Reliquias Sanctorum, maximè quum videamus, multos hodie ad Aſpricollia Deiparæ limina, propè Dieſtium ſuperſtitiosè currere, & tamen Deus ſit vbique?*

31. *Quare ſuperſtitiosè veneramini Sanctorum aridas Reliquias? Item potiùs Chriſti Crucem, Lanceam, Coronam & Clauos, quia eius corpus attigerunt, quàm labia Iudæ proditoris?*

32. *Quare ita ſtulte & temerariè delirant Papiſtæ, vt inquirant quo in loco ſint & ſtatu animæ Beatorum, antè vniuerſalem Reſurrect. & an gloriâ fruantur æternâ?*

ẽ 3 33. *Quare*

33. *Quare & quo fundamento cuiuis homini particularem Papiſtæ aſſignant Angelum cuſtodem, & non Chriſto?*

34. *Quare Eccleſiæ noſtræ Reformatæ Miniſtros, incuſatis diſcordiæ, quum omnes fidei Euangelicæ vnicè ſtudioſi, eam vnanimi conatu contra Papiſtas defendant?*

35. *Quare Papicolæ contra ordinem fraternæ charitatis, temerariè iudicant Reformatæ Religionis noſtræ fratres ac ſorores, vocantes eos Hæreticos, ſubuerſos, damnandos, &c. quum hoc repugnet Script.* Matth. 7. 1?

36. *Quare Papiſtici Epiſcopi imponunt hominibus graue Legum Eccleſiaſt. iugum, quum illæ non poſſint obligare in conſcientia?*

37. *Quare Pontificij certis temporibus prohibent eſum carnium, quum ſcriptũ ſit;* Non quod intrat in os, coinquinat hominem Matth. 15. 11?

38. *Quare vos Romaniſtæ eſtis ita ſimplices, vt obediatis Legibus Principum & Magiſtratus ciuilis, quum ipſi non poſſint nos ligare?*

39. *Quare damnatis definitionem Sacramenti ab Archimagiſtro noſtro Ioa. Calu. datam, vt ſit,* Symbolum externum, quo Deus beneuolentiæ erga nos ſuæ promiſſiones conſcientijs noſtris obſignat, ad ſuſtentandam fidei noſtræ imbecillitatem?

40. *Quare Papicolæ ponunt ſeptem Sacramenta? vbi hoc legerunt?*

41. *Quare Papiſtæ gratiæ iuſtificantis effectum aſcribunt Sacramentis, quum is proprius ſit Spiritui ſancto?*

42. *Quare Pontificij confingunt quædam Sacramenta imprimere Characterem, quum pecudes eo ſoleant diſtingui, & præter Papiſtarum nugamentum, nullum eius in Script. ſit fundamentum?*

43. *Quare Papicolæ dicunt Baptiſmum Aquæ, paruulis neceſſitate*

neceſſitate medij ad ſalutem eſſe neceſſarium, quum multi abſque eo moriantur, & alienum ſit à Diuina bonitate, tot animas ſine remedio relictas, perire?

44. *Quare pueris veſtris in Baptiſm. non imponitis nomina veteris Teſtamenti Abrahæ, Iſaac, Iacob, Tobiæ, Suſannæ, &c. Quum non ſint inefficaciora nouæ Legis nominibus?*

45. *Quare Papiſtæ maximè in Sacramentis, vtuntur tantis Cæremonijs Exorciſmorum, inſufflationum, benedictionum olei, ſalis, luminum, ſuffituum, veſtium, vnctionum, conſecrationum, genuflexionum, pectoris tunſionum, &c. quum mera ſint Necromantiæ praxes, & in hominis iuſtificatione, illis ſuperſtitionibus Deus non egeat?*

46. *Quare Papiſtæ venerantur ſignum Crucis, abominandum Magiæ ac ſuperſtitionis ſymbolum?*

47. *Vbi legiſtis adulterinam Confirmationem veſtram, eſſe Sacramentum, quod ingrediatur* fœtidum, & nunquam ab Apoſtol. vſurpatum, Papiſtarum oleum, *quodque Reformator noſter Ioan. Caluin. ne* vnius quidem ſtercoris ſe facere, *ait lib.4. Inſtit. cap.19. §.11.*

48. *Quare vos Romanenſes decipitis Pop. docentes Chriſti corpus eſſe in Euchariſt. quum panis duntaxat & corporis Chriſti figura, ſit in illa?*

49. *Quum Chriſtus accipiens panem, dicenſque:* Hoc eſt corpus meum, *aſſeruerit panem eſſe ſuum corpus, quare non intelligitis hoc de figura Corporis, quum de vero corpore nequeat intelligi, propter corpus & ſanguinem, quæ ſunt diſparata, ideoq; de ſe mutuò non poſſunt enuntiari?*

50. *Quæro ergo an Chriſti corpus, quod Papiſticus ſtomachus manducat, mittatur in ſeceſſum, quum ſcriptum ſit,* Omne quod in os intrat, in ventrem vadit,

Digitized by Google

& in ſeceſſum emittitur, *Matth.* 15.17?

51. *Quare ponitis, & poſitam tantoperè attolitis Carnem Chriſti in Euchariſtia, quum ea homini non proſit, dicente Domino:* Caro non prodeſt quicquam, *Ioan.* 6.64?

52. *Quomodo Chriſtus eſt in Altari præſens, quum apud Matth. cap.* 26.11. *dixerit:* Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis?

53. *Quare quum Deus non habitet in templis manufactis (Actor.* 17.24.) *Papiſtæ detinent Chriſtum qui eſt Deus, incluſum ſuis Capellis, monſtrantijs, Ciborijs, pixidibus, quaſi ibi habitet?*

54. *Quare vos Pontificij ponitis in Euchariſtia verã Chriſti carnem, quum ipſe Ioan.* 6. *cap. tantùm promittat panem, & Auguſt.* (contr. Adimant. cap. 12. & Comment. in Pſal. 3.) *corporis figuram?*

55. *Quomodo poteſt Chriſti corpus verum eſſe in terra, quum ſit in cœlo, ſedens ad dexteram Patris (Marc. vlt.* 19.) *& impoſſibile ſit vnum corpus ſimul eſſe in duobus locis?*

56. *Quomodo poteſt Chriſti corpus longum, latum, craſſum, eſſe ſub tam paruis ſpeciebus Sacramentalibus panis & vini: quum de ratione Quantitatis & magnitudinis corporeæ ſit, habere partes extra partes, atque extendi?*

57. *Quare ita eſtis ſimplices, vt ad nutum Papiſtici Sacerdotis conſecrantis, credatis Chriſtum quaſi obediendo, ſe ſiſtere in altari, toties, quoties iſti placebit, quod derogat dignitati Redemptoris?*

58. *Quomodo ſub pane & vino conſecratis poteſt eſſe Chriſtus, vnde tanta conſequentur abſurda, ſcilicet Chriſtum frangi, à muribus corrodi, comburi, in terram cadere, putredine & acedine interire?*

59. *Quare*

59. *Quare ita indubitatè Concil. veſtrum Trid.* (*ſeſſ.*13. *cap* 4.) *in Sacramento Altaris ponit Tranſubſtantiationem, quum* illius fictitiæ illuſionis, nullus (*vt ait Doctor Ioan. Calu. lib.*4. *Inſtit. cap.*17. §.15.) in terra oculus ſit teſtis?

60. *Quare vos Papiſtæ, præter intentionem Chriſti, fidelem Pop. laicum, alterâ ſpecie Calicis priuatis?*

61. *Quare Papicolæ, inani ſolennis Proceſſionis ſpectaculo, per vicos & plateas circumferunt Euchariſtiæ Sacramentum, quum illud inſtitutum ſit ad edendum, non ad circumferendum?*

62. *Quare Pontificij tanti faciunt idololatricā ſuam Miſſam, quum nuſquam in Script. fundetur aut legatur, Chriſtum vel Apoſtolos Miſſæ Sacrificium celebrâſſe, nec mirum, quum* Miſſare Papiſtarum ſit, Dæmonibus litare, & S. Cœnam profanare vt ait Calu.?

63. *Quomodo poteſtis vos Romanenſes ab Idololatria ſaltem iſtas Miſſas excuſare, quas celebratis de Domina, de SS. Petro, Stephano, Ioan. Laurentio, VVillibrodo, &c.*

64. *Quare Pontificij cogunt homines ad annuam ſecretorum peccatorum Confeſſionem, quum nec ad eam obligentur, nec Presbyteri abſoluendi habeant poteſtatem?*

65. *Quare Deo gratis omnem culpam & pœnā, ob Chriſti merita ignoſcente, Papiſtæ imponunt Pœnitentibus impoſſibiles Satisfactiones, quas vehementer odit Rabbi noſter M. Lutherus?*

66. *Quare Pop. proponitis* indulgentias, impijſſimas ſceleratiſſimorum Pontificum fraudes, *viuis & Defunctis inutiles, dum Pontifices iſti,* plumbo & Membranæ gratiam Ieſu Chriſti includunt?

67. *Quare & quo fundamento aſtruunt Romanenſes, eſſe aliquem* PVRGATORII *locum, quum non ſit notus in*

tus in Script. illius Architectus, *& iampridem eius ignem extinxerit Sanguis & Aqua Chriſti?*

68. *Quare Hiſtrionicā Extremæ Vnctionis hypocriſim, potiùs vocatis Sacramentum, quàm Aquam natatoriam Siloe, Vnctionem oculorum ex luto, &c. quæ à Chriſto & Sanctis quibuſdam, in morborum curatione adhibita fuerunt?*

69. *Quare Ordinem aſſeritis eſſe Sacramentum, quum Miniſtri Eccleſiæ, Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi, non creentur per collationem alicuius poteſtatis durabilis, realis, & indelebilis, ſed per deſignationem Perſonæ ad miniſterium verbi & Sacramentorum?*

70. *Quare Papiſtæ diſtinguunt Epiſcopos à Sacerdotibus, quum ijdem Miniſtri videantur olim fuiſſe Epiſcopi & Sacerdotes?*

71. *Quare Pontificij ita venerantur Papales Cardinales, quum* ſubitò facti Regum & Cæſarum Cognati, vt nunc ſunt, nihil habeant veri & legitimi muneris in Eccleſia?

72. *Quare Papiſtici Clerici ac Monachi portant in capitibus ſuis Coronam, ſtultâ ſuperſtitione plenam, & Scripturæ difformem?*

73. *Quare Sacerdotes Clerici & Monachi veſtri non ducunt vxores, ſicut noſtri Miniſtri, quum Matrimonium ſit liberum?*

74. *Quare non acceptatis, ſed contemnitis Religionis noſtræ Reformatæ miniſtros?*

75. *Quare aſſeritis nudum ciuilem contractum Matrimonij, eſſe Sacramentum?*

76. *Quare Papicolæ docent validum eſſe Matrimonium, quod diſſentientibus parentibus contrahitur à filijs & filiabus?*

77. *Quare Papiſtæ virginitatem præferunt Matrimonio, quum hoc dicant eſſe Sacramentum, Status verò cœlibum*

Digitized by Google

bum non ſit tale, ſed tantum Sæculare quiddam, terrenum,& quaſi lutum?

78. *Quare non, vt inutilia Reip. Chriſtianæ membra, expellitis tonſuratos Monachos, friuola quadam votorum Conſilia, quæ non ſunt præcepta, in iuuenili ætate, inuitis parentibus amplectentes, atque ex ocioſa mendicatione, ſine manuum labore, victitantes?*

79. *Quare vos Papiſtæ aſſeritis hominis voluntatem in Actionibus ſuis eſſe liberam, quum Liberum Arbitrium, per peccatum ſit extinctum?*

80. *Quare & quomodo Papiſtæ aſſerunt hominis Arbitrium eſſe liberum, quum Dei præſcientia, vtpote infallibilis & neceſſaria, tollat omnem libertatem: voluntas etiam Diuina, ab æterno omnia in particulari prædefinierit ac prædeſtinauerit, antè præuiſam cauſæ ſecundæ determinationem aliquando in tempore futuram?*

81. *Quare vos Pontificij negatis hominem iuſtificari per Iuſtitiam Chriſti fide apprehenſam, & nobis à Deo gratis imputatam, quum hoc magis ad conſcientiæ ſolamen, ſonare videatur Euangelij Textus?*

82. *Quare ad Iuſtitiæ conſeruationem & ſalutem, præter fidem, requiritis opera, quum tamen à veſtro Thoma Aquinate ſcriptum ſit:* Sola fides ſufficit?

83. *Quare vos Papiſtæ negatis hominem de propria Iuſtitia eſſe certum, quum ipſe* Spiritus teſtimonium reddat Spiritui noſtro, quod ſimus filij Dei, Rom. 8. 16.

84. *Quare Papiſtæ ita extollunt opera Iuſtitiæ, quum omnia opera cuiuſlibet hominis, quantumlibet etiam rectè facta, ſint peccata, impuritate carnis ſemper reſperſa, corrupta, & perpetua* Ἀταξίᾳ *affecta, ita vt (docente Rabbi noſtro Caluino)* ſemper obnoxij ſint apud Dei tribunal, mortis iudicio, *lib. 3. Inſtit. cap. 11. §. 11?*

85. *Quare*

Digitized by Google

85. *Quare vos Romanenſes arroganter docetis hominem propriè poſſe mereri augmentū gratiæ & præmium vitæ æternæ, quum hoc deroget Diuinæ Maieſtati: vnde hoc nomen meriti, tanquam arrogantiæ plenum, vehementer exoſum habet Eccleſia Reformata?*

86. *Quare docent Pontificij hominem poſſe bona opera præſtare intuitu mercedis æternæ, quum hoc ſit mercenarium & vile?*

87. *Quare vos Papiſtæ ex meritis veſtris, æternæ vitæ hauritis fiduciam, quum hoc ſapiat elationem, in præiudicium Excellentis Redemptoris?*

88. *Quare Papa veſter canoniZat Sanctos, quum in eo poßit errare, ac totam Eccleſiam decipere?*

89. *Quare Papiſtæ docent filios fidelium contrahere peccatum Originale, ideoq; debere baptiZari, quum ijs peccatum Originis non imputetur?*

90. *Quare Theologi Pontificij ponunt aliquod peccatum naturâ ſuâ veniale, quum omnia quæ verè peccata ſunt, naturâ ſuâ ſunt mortifera, eaq; inter ſe paria?*

91. *Quare tam multa nugantur Papiſtæ de ſubterraneo Damnatorum inferno, quum talis nullus ſit, ſed puerile aliquod duntaxat terriculamentum?*

92. *Quare Papiſtæ ita fugiunt Fratres noſtros Reformatos (quos Hæreticos vocant temerario auſu) vt ne quidem colloquij vel audiendæ concionis, Conſiſtoriantium communione, contra ordinem Charitatis illos dignentur?*

93. *Quare vos Romanenſes corripitis Coniugia filiorum veſtrorum cum Sororibus noſtris Reformatis, vel è contra?*

94. *Quare Papiſtæ Pop. interdicūt diſputationes, per quas Scripturæ & articulorum fidei veritas aperitur?*

95. *Quare Pontificij veſtri in diſputando prouocant ad Patres, & non ad ſolam Scripturam?*

96. Quare

96. *Quare Papiſtæ prohibent omnem in rebus fidei ad Magiſtratum prouocationem?*

97. *Quare Papicolæ interdicunt Pop. aquâ & igne, propter lectionem librorum Reformatorum (Hæreticos ipſi vocant) quum multa vtilia complectantur?*

98. *Quare vos Papiſtæ, ſupplicio, etiam mortis, afficitis Euangelicos noſtros Reformatos (Hæreticos appellatis) quum hoc non ſapiat manſuetudinem Chriſtianam & libertatem Euangelicam?*

99. *Quare Papiſtæ ſuſcipiunt bellum contra Hæreticos & Turcas, quum illud ſit contrarium charitati & Diuinæ Ordinationi?*

100. *Quare Papiſtæ mortuos ſuos ſepeliunt adhibitis cereis, oblationibus, presbyteris, Miſſis, Hymnis, floribus, &c. Corpora etiam noſtrorum Reformatorum mortua à Cœmiterijs ſuis excludunt?*

Licentia

Digitized by Google

Licentia Magiſtri Prouincialis.

EGO Fr. NICOLAVS STASSART, *S. Theol. Doctor, atque Ordinis FF. Eremitarum D. Auguſtini, per Belgium Prouincialis, do licentiam, vt* HÆRETICVM QVARE, in omni pœnè materia Religionis, per Romano-Cathol. Quia, clarè ſolutum, Auctore R.P.F. Henrico Lancilotto, Mechlinien. eiuſdem Ord. noſtri S. Theol. Doctore, & Gandauen. Priore compoſitum, *aliorumq; grauium ac Doctorum virorum iudicio approbatum, luce donetur. Datum Tornaci ad D. Auguſtini,* 10. *Kalend. Febr.* 1615.

Fr. NICOLAVS STASSART
Prouincialis.

Digitized by Google

APPROBATIO.

Has ad Hæreticum Quare, Romano-Catholicas per R.P.Henricum Lancilottum, reſponſiones, mihi viſas lectaſque, cùm adeò nihil contineant bonis moribus aut fidei Catholicæ repugnans, vt eam validis rationibus etiam & firmiſſimis documentis aſtruant, dignas prælo ac luce cenſeo, quod teſtor hac 29. Decemb.1614.

A.Smets Canonicus D.Bauonis, Archipresbyter Gandaui, & Librorum cenſor.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII

ALBERTI ET ISABELLÆ, CLARÆ EVGENIÆ, *Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, Comitum Flandriæ, &c. Sereniſſimorum Belgicæ Principum priuilegio cautum eſt; ne quis Librum cui titulus eſt*, Hæreticum Quare, Auctore R.P.F. HENRICO LANCILOTTO Ordin. Fr. Eremit. D.AVGVSTINI, S. Theol. Doctore, & Priore Gandenſi, *Præter voluntatem* CORNELI MARI, *vllo modo imprimat aut alibi impreſſum in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalem-ve habeat. Qui ſecus fa-xit, confiſcatione Librorum, & aliâ graui pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet in literis datis Bruxellæ* 7. *Ianuar.* M. DC. XV.

Signat,

C. della Faille.

Digitized by Google

HÆRETICVM QVARE

PRIMVM QVARE.

De Orthodoxæ fidei delectu.

PRÆTENSÆ

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtica potiùs quàm Geuzia noſtræ fidei Reformata adhæres?

Calu. præfat. Inſtitut. ad Franciſc. Gallorũ Reg. & paſſim Geuzæ per Belgium.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO & DICO I. Quare & vos Romano-Catholicã fidem, Lutheranæ, Caluinianæ, vel alteri cuiuis, prætenſæ duntaxat Reformationis purpuriſſo ſplendicanti, non præfertis? Modò tamen vnicam duntaxat Orthodoxam, atque ſaluantem eſſe fidem, ex magno Circuncisionis Apoſtolo, certò præſuppoſueri tis, Epheſ.4.5. *Vna fides, vnum Baptiſma.* Deus enim ſicut antè fuit, quàm Diabolus exiſteret, ita eius vera fides, procul omni dubio, antiquior eſt falſâ: nam quum priùs pater familias bonum ſemen ſeminaſſet in agro ſuo, *venit inimicus eius, &* [posteà] *ſuperſeminauit Zizania*, Matth.cap.13. verſ.25. Noſtra autem Romano-Catholica Religio & fides, præ reliquis multò antiquioribus inſtruitur tabulis veritatis; quum plurimis ſæculis iam inde à temporibus Apoſtolorum, Reformatam anteuerterit, nec Biblijſtarum veſtrorum, etiam Magdeburgenſium Centuriatorũ quiſpiam, quo tempore, loco, & auctore, Pontificiæ fidei deprauatio cœperit, valido hactenus argumento demonſtrârit; Nemo denique ante Martini Luthe-

Romano-Catholica fides fuit ante Reformatam.

Digitized by Google

ri, Quinti (ſi Dijs placet) Euangeliſtæ aduentum, extiterit, qui ea omnia contra Eccleſiã Rom. crediderit, vel credenda propoſuerit, quæ M. Lutherus (idem dico de Ioanne Caluino) de facto credidit & credenda propoſuit. Date enim, demonſtrate, ſodes, ſi poteſtis.

Pleraque dogmata Geuzarum olim fuerunt condemnata.

2. Quinimò facilè demonſtrare poſſumus, ea omnia dogmata & Paradoxa, quibus à nobis diſcrepatis, olim velut exploratiſſimas hæreſes, in varijs Sectarijs fuiſſe condemnata: Item quo tempore, quo loco, quibus auctoribus, quibus oppugnantibus, quâ accretione paulatim cœperitis vel cœperint veſtri Archirabbini; quæ omnia mutatæ religionis ſapiunt nouitatem, non diuturnioris poſſeſſionis vſucapionem.

3. Prodeat ergo pro nobis in arenam, Orthodoxæ fidei Hyperaſpiſtes Tertull. cum quo, de Præſcript. hæret. cap. 32. factiones veſtras Geuzolatricas, paululùm alternatis nominibus, adorientes diſquirimus; *Quid in meo agitis non mei? Quo denique Marcion.* [Luthere] *iure ſyluam meam cædis? Quâ licentiâ Valentine* [Caluine] *fontes meos tranſuertis? Quâ poteſtate Apelles,* [Balthazar Pacimontane] *limites meos commoues? Mea eſt poſſeſſio. Quid hic cæteri ad voluntatem veſtram ſeminatis & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio; Olim poſſideo. Prior poſſideo. Habeo origines firmas ab ipſis auctoribus quorum fuit res.* Accedat Hierony. eodem prioriſticæ Poſſeſſionis vmbone, nouorũ dogmatum aſſertores ſuis terminis abarcens; cum quo itidem Epiſt. ad Pammach. & Ocean. meritò expoſtulamus; *Cur poſt quadringentos* [hodie mille ſexcentos] *annos docere nos* [Geuza] *niteris, quod antè neſciuimus? vſque in hanc diem, ſine veſtra iſta doctrina Chriſtianus mundus fuit.*

Prioritas poſſeſsionis in Relig. Cathol.

Optima reſolutio Hieronymi.

RESPONDEO

RESPONDEO ET DICO II.

4. QVia variæ & ſolidæ rationes, mihi ſuadent, ſolam Romano-Catholicam fidem, vti veram atque Apoſtolicam, eſſe acceptandam; Lutheranam verò, Caluinianam, Mennoniſticam, & ſimiles Reformationis fuco oblitas, tanquàm meras hactenus enatarum Hæreſeun fæces, repudiandas.

Geuzarum dogmata, antiquarum Hæreſeun fæces.

5. Sit igitur prima ratio: illa eſt vera atque Apoſtolica fides, de qua D. Paulus Deum laudans, & Romanis cap. 18 ſcribens, *fides veſtra* (inquit) *annuntiatur in vniuerſo mundo*, atqui noſtra (quã odioſo nomine, Papiſticam perſtringis) eſt illa Romana; quum nemo hactenus ſcientificâ aliquâ ratione potuerit demonſtrare, Romanam ab eo tempore, vnquã per Pontificem, Concilium, Epiſcopum Catholicũ, aut alium notabilem quempiam, in eſſentialibus mutatam, aut noſtram ab illa, vel minimo articulo ſubſtantiali diſcrepare: Quæ nullo modo Lutheranæ vel Caluinianæ, &c. fidei conueniunt: noſtra proinde Papiſtica ſola fidei Orthodoxæ rationem obtinet & nomen; vt non immeritò eam, cæteris exploſis, cenſeam acceptandam.

Fides Papiſtica eadem eſt cum Romana antiqua.

6. Secunda Ratio: vera fides quam quis ordinariè alteri annuntiat, prius auribus percipi debet in Eccleſia Dei, per prædicationem de Chriſto. Rom. 10. 17. *Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti.* Q. D. vera fides concipitur, non ex immediata reuelatione, aut veteris Teſtamenti lectione, ſed ex ijs quæ audiuntur à Prædicante, ſeu mediante doctrinâ externâ; doctrina verò audita vel audienda, conſiſtit in verbo Dei, per Eccleſiam

Fides concipitur ex prædicatione externa.

prædicato: Atqui fides, per Martin. Lutherum, Ioan. Caluinum, eorumque ſequaces introducta, non eſt per auditum ſeu doctrinā externam, quam ipſi vnquam in Eccleſia ab aliquo paſtore vel doctore, verbum Dei ex auctoritate prædicante, perceperint; Ergo eorum non eſt vera fides.

Fides Reformata non eſt per externam doctrinam & prædicationē primò fundata.

7. Minorem propoſitionem probo, tum quia nullum talem producere poſſunt Doctorem vel paſtorem; producant enim ſi poſſint à quo ſuam hauſerint doctrinam; tum ex conceſſis Lutheri & eorum qui poſt Lutherum, ex inferis eruperunt: An non is libro, *De ſeruo arbitrio*, contra Eraſmum Rotterod. obiecto in cauſa liberi arbitrij, ſe à doctrina maiorum, & per os Eccleſiæ annuntiata, adeoque audita, diſcedere publicè gloriatus, *Aduerſus Dionyſ. Areopagitam*, inquit, *Irenæum, Clementem, Cyprianum, Arnobium, quorum doctrinam in cauſa liberi arbitrij, à maioribus traditam, & per os Eccleſiæ annuntiatam audiuimus, credimus ac prædicamus, Patres tot ſæculorum planè omnes cæcutijſſe, imperitiſſimos fuiſſe Sacrarum literarum?*

Luth. apertè dicit ſe diſcedere à doctr. per os Patrũ Eccleſiæ annuntiata.

8. Si exceperis hactenus fidem ex auditu, quia ex lectione ſeu interpretatione Scripturæ, nimis indignum eſt, quàm vt à Theologo, benè autem à pueris, qui prima Grammaticæ elementa addiſcunt, diluatur: quum auditus ſit per aures, verbum verò ore proferatur. Imprudenter proinde agis, dum, quod eſt auditus, transfers ad libri lectionem; quod oris, traducis ad Scripta. Longè ſanè aliter nos vult Apoſtolus attendere Eccleſiæ Doctores, aures inquam ipſis dare, fidemque eſſe ex auditu, non lectione; per verbum exterius prædicatum, non per ſcripta.

9. Tertia Ratio: veræ fidei prædicatio incipere debet

Digitized by Google

debet ab Ieroſolyma, ac poſteà in omnes mundi partes propagari; *Oportebat prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma*, Luc. 24. 47. Sed neque Lutheranæ, Caluinianæ, &c. Fidei prædicatio exordium à Ieroſolyma ſumpſit, nec inde ad omnes mundi partes diffundetur vel eſt diffuſa; Ergo ea non eſt vera fides. Propoſitio minor patet, quia Martin. Lutherus, Wittenbergæ, in Saxonia; Ioa. Caluinus, Geneuæ in Sabaudia, fidei ſuæ annuntiationem cœpêre, nunquam Ieroſolymam ſalutârunt: nunquam eorum fides, Aſiam, Africam, Græciam, Ægyptum, minus orbem vniuerſum, vel eius medietatem peruaſit, nec breui peruadet, quum Eccleſia Dei, etiam conſentientibus aduerſarijs, iam ſenuerit, ipſæque eorum ſectæ, quotidianâ, in Sacramentarios, Confeſſioniſtas, Rigidos, Molles, Antidæmoniacos, Infernales, Biſacramentales, Triſacramentales, Quadriſacramentales, Maioriſtas, Luthero-Caluinianos, Anticaluinianos, Nouipelagianos, Neomanichæos, Puritanos, Antipuritanos, Arminianos, Gummarianos, Vorſtianos, &c. degeneratione, atque infinitâ ſubdiuiſione, ad certiſſimum, & quidem mox, vti ſpero, videndum, tendant interitum.

Fidei Reformatæ prædicatio non cœpit à Ieroſolyma.

Eccleſia Dei iam conſenuit.

Deſperata Reformata Relig. cauſa.

10. Scio Geuzas veſtros Reformatos hic cauillari, replicantes ſe eam doctrinam, quæ à Ieroſolyma cœpit, tenere, quippe Apoſtolicam ſibi vendicant fidem. Sed fruſtrà. Quotuquiſque enim enatus hæreticus, idem non dixit, idem inquam, quia dictu facillimum & allegatu? Prouidè autem inſulſo illi Chriſtus occurrens cauillo, poſuit, non doctrinæ, ſed prædicationis Euangelicæ exordiū à Ieroſolyma ſumendum, ait enim, *Incipientibus,*

ſcilicet ipſis Prædicatoribus; Nec mirum, quia non niſi ex prædicatione cognoſcitur doctrina? Rom.10.14. *Quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante?*

A ſede Rom. Catholici orig. ſuam oſtendunt.

11. Eſt ergo omnium particularium Eccleſiarum, vna origo & vnum principium commune, Apoſtolica videlicet prædicatio Ieroſolymis cœpta, ac poſteà per eoſdem Apoſtolos in varias gentes diffuſa. Cæterùm nunc poſt tot ſæcula, quamuis reliquorum Apoſtolorum Eccleſiæ interierint, vnius tamen Principis Apoſtolorũ Petri, ſingulari Dei beneficio, Eccleſia manet, videlicet Romana, vbi per multos annos docuit, ac vitam finiuit; *in qua* denique, D. Auguſt. Epiſt.162. ad Glorium, teſte, *Semper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus.* Ab hac igitur Catholici originem ſuam oſtendunt; quia & Petrus ipſe in Ieruſalem primus omnium prædicauit. Ab hac etiam ſede, quum aliorum Apoſtolorum ſedes adhuc ſtarent; vt omnium tamen præcipua, Tertul. in præſcript. Iren. l.3.c.3. Epiph. hæreſ.27. alijque plures Patres, veri Orbis Senatores, Eccleſiæ ſuæ originem, contra illius temporis Hæreticos, deduxerunt.

Eccleſia Romana nunquã interijt.

12. Quarta ratio: vera fides omnino debet eſſe indubitata in cunctis rebus, quas Eccleſia proponit credendas, ita vt nobis certiſſimum ſit, res quas credere iubemur, huiuſmodi eſſe, vt aliter eſſe nequeant; *Quippe fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum,* (hoc eſt baſis & firmum fundamentum) *argumentum non apparentium*, ad Heb.11.1. Atqui nec Lutheri nec Caluini fides eſt indubitata; proinde nulla. Probo primò, quia in maximis fidei momentis, à ſe mutuo toto diſſident cœlo: Lutherus enim (vt multis omiſſis, pauculas diſcrepantias

Lutheri, & Calu. fides, non eſt indubitata.

per-

perſtringam) lib.de captiuit.Babylon. Anno 1520. edito, circa initium, vnum duntaxat Sacramentum agnoſcit, ſi ſecundum Scripturæ loquamur vſum: poſteà tamen tria pro tempore ponenda, acceptat, Baptiſmum, Panem, & Pœnitentiam. Longè aliter in ſuo Parnaſſo philoſophatur Calu. quippe qui lib.4.impietatis Inſtitutionum cap.18. §.19. duobus enumeratis Baptiſmi & Cœnæ Sacramentis: *Præter hæc duo* (inquit) *vt nullum adeò inſtitutum eſt; ita nec vllum agnoſcere debet fidelium Eccleſia.* Paulò tamen poſt (cap.19.§.31.) occinens, atque ordinem inter Sacramenta cooptans, dicit: *Supereſt impoſitio manuum, quam in veris legitimiſq; ordinationibus, Sacramentum eſſe concedo.* *Diſcrepantia Lutheri & Calu.inter ſeſe.*

Rurſum Luther.lib.de Abrogand.Miſſa priuata, apertè docet, Chriſtum, quum dixit: *Hoc eſt corpus meum*: Et, *Hic eſt ſanguis meus:* mutâſſe panem in ſuum corpus, & vinum in ſanguinem. Item ſerm. de Euchariſt. *Non eſt ibi*, ait, *panis & vinum, ſed ſpecies tantùm panis & vini.*

13. E contra Caluinus negat σωματικῶς καὶ οὐσιωδῶς, id eſt corporaliter & eſſentialiter, corpus cum ſanguine in Euchariſtia ſiſti; verùm ſpiritaliter & Sacramentaliter tantùm: Vnde lib.4. Inſtitut. cap.17. §.5. *Interim verò hanc non aliam eſſe quàm fidei manducationem fatemur, vt nulla alia fingi poteſt*, Et ante §.1. *Primò ſigna ſunt panis & vinum, quæ inuiſibile alimentum, quod percipimus ex carne & ſanguine Chriſti, nobis repræſentant.*

14. Secundò quam turpiter à ſemetipſis diſſideat in capitalibus fidei articulis, ſi placeat intueri, præter præfata teſtimonia, vnum conſule Ioannem Cochlæũ, in Septicipite, vbi 36. ſplendidiſſimas, abſurdiſſimas, & repugnantiſſimas, de ſolo *Luther. diſſidet à ſemetipſo.*

Communionis ſub vna & vtraque ſpecie, articulo, Lutheri contradictiones, à Gaſpare Querhamero collectas, ponit.

Calu. diſcrepat à ſemetipſo.

Eâdem cerebri vertigine laborat Caluin. dum lib. aduerſ. Gentilem, variiſque Epiſtolis ad Polonos, *Filium Dei æqualem aſſerit Patri.* Cæterùm lib. 2. Inſtitut. cap. 14. §. 3. eandem retractat æqualitatem filij, tam diuinam quàm humanam naturam ſubijciens Patri; tractans enim quomodo CHRISTVS peracto iudicio, redditurus ſit regnum Deo & Patri; *Tunc* (inquit) *& nomen ipſum, & coronam gloriæ, & quicquid à Patre accepit, Patri ſubijciet, vt ſit Deus omnia in omnibus.*

Calu. negat æqualitatem filij cum Patre in Diuinis.

15. Vin' clarius quicquam? lib. 1. Inſtit. cap. 18. §. 4. purgat ſe à blaſphemia per hanc obiectionem illata: *Si non modò impiorum operâ vtitur Deus, ſed etiam conſilia & affectus gubernat, ſcelerum omnium eſſe auctorem.* Item lib. 1. Inſtitut. cap. 14. §. 16. *Dei maieſtatem ab omni calumnia diſertè vindicat.* Ex diametro autem contrarium affirmat eodem lib. cap. 18 §. 3. Deum ſtatuens peccati auctorem; *Etiam*, ait, *ſatis apertè oſtendi, Deum vocari eorum omnium* (videlicet præfatorum peccatorum, iniuriarum & maleficiorum Iobo illatorum, item inobedientiæ filiorum Heli, quæ immediatè antè allegauerat) *auctorem, quæ iſti cenſores* (Papiſtæ) *volunt otioſo tantum eius permiſſu contingere.*

Calu. facit Deum peccati auctorem.

Officia veræ fidei.

16. Vltima ratio: vera fides oſtendit verũ Deum, veram ſalutem, optimam viuendi atque omnem turpitudinem vitandi rationem: talis autem eſt Romano-Catholica; non Lutheri vel Caluini, quippe quæ plurima continent contra rectam rationem, experientiam, & bonos mores; vtputa, I. Paruulos credere in Baptiſmo, Luther. contr.

Cochlæum

Digitized by Google

Cochlæũ anno 23. II. *decretum fuiſſe à Deo, vt ſuâ defectione periret Adam*, Calu. lib. 3. Inſtit. cap. 23. §. 7. III. *Aliis vitam æternam, aliis damnationem æternam præordinari: non enim pari conditione omnes creari; itaque prout in alterutrum finem quiſque conditus eſt, ita, vel ad vitam, vel ad mortem*, inquit, *prædeſtinatum dicimus:* Eodem lib. cap. 21. §. 5. IIII. Deum inceſtus Abſalomis, adeoque aliorum peccatorum eſſe operatorem: *Abſalon inceſto coitu, patris torum polluens, deteſtabile ſcelus perpetrat: Deus tamen hoc opus ſuum eſſe pronuntiat:* Idem Calu. lib. 1. Inſtit. cap. 18. § 1. & cap. 17. §. 8. V extinctũ eſſe liberum arbitrium, lib. 1. Inſtit. cap 15. §. 8. VI. hominem ſolâ fide iuſtificari, lib. 3. Inſtitut. cap. 11. §. 19. & id genus alia plurima Paradoxa, quæ omnia apertè contra rectam rationem, moreſque bonos militant, & ad omne flagitium, licentiam ſternunt.

Horrenda dogmata Caluini.

Obiectio.

17. Fides noſtra eſt Reformata quoad errores & ſuperſtitiones Papiſtarum, ergo vel hoc titulo Pontificiæ præferenda.

At cui promptiſſima hæc ſubiungitur reſponſionis

Spongia.

Seriùs ſurrexiſti, mi Geuza, quàm vt hiſce & ſimilibus præſtigijs tot, tantoſque, quos Eccleſia habet viros, ſeducas. An fortè infantes nos credis? in cunabulis iacentes, vt ſimilibus nænijs decantatis, dementare nos valeas? Minimè gentium.

18. Deformatam potiùs, & totius Eccleſiaſticæ formæ exterminium introducentem, meritò appellabo; quippe, quæ nullius ſæculi politiam & formam Eccleſiaſticam admittit, omnium præcedentium ſæculorum ritus damnat, ipſos denique

Fides Geuzarum eſt deformata & renouata.

Sanctiſſimos Patres, Apoſtolorum licèt temporibus vicinos, proſcribit & irridet. An non hæc temeritate plena eſt virgula cenſoria Calu.lib.3. Inſtitut.cap.4.§.38. *Omnes veteres quorum libri exſiſtunt, aut hac in parte lapſi ſunt, vbi de ſatisfactione agitur, aut nimis aſperè & durè locuti ſunt?* Quid in te vel in Dei cultum commiſère Patres, Caluine, vt tibi præpoſteram inijciens Religionem, lib.4.cap.12.§.20. dicas, *Non in totum excuſare veteres te auſum eſſe, quin & ſuperſtitionis quadam ſemina iecerint, & occaſionem præbuerint Tyrannidi, quæ poſteà exorta eſt, & tunc paſſim inualuerat ſuperſtitioſa Quadrageſimæ obſeruatio?* Apage apage huiuſmodi religioſam fidei reformationem.

Cal. damnat Patres.

19. Deformationem ſeu fidem nouatam potiùs alij appellant, tanquàm quæ, omnium hactenus enatarũ atque ab Eccleſia damnatarũ Hæreſeωn, monſtra, ab inferis reuocauit. Accede & inclina aurem tuam, demonſtrabo aſſumptum.

Fides Reformata renouat hæreſes olim damnatas.

Primò Eccleſiam veram adeoque viſibilem toto orbe terrarum perijſſe, in ſolis verò quibuſdam Africæ angulis hæſiſſe, docuerunt Donatiſtæ, teſte Optato Milleuitano lib.2.in Parmen.& D.Auguſt. lib.de vnitat.Eccleſiæ, cap.12. Idem docet & Calu.lib.4.Inſtit.cap.2.§.2.Item Epiſtol.ad Cardinal.Sadoletum.

Secundò filium in Diuinis Patri non eſſe æqualem, docuerunt Ariani, Epiphan.hæreſ.69.Docuit & Calu. ſupr.nu.14.

Tertiò Deum eſſe cauſam peccatorum, tenuit Florinus, apud Euſeb. lib.5.cap.20. Tenuit & Cal. ſupr.

Quartò hominem ſolâ fide ſaluari, *& non ſecundum operas iuſtas*, aſſeruerunt Simon magus & Eunomius,

nomius, referentibus D. Auguſt. hæreſ.54. & Iren. lib.1. cap.20.

Idem aſſerit cum Luthero Caluinus: Lutherus quidem ſermon. de piſcatione Petri; *Debemus cum ſolo Iſaac venire, id eſt, cum fide: ſeruos & aſinos hoc eſt opera, dorſum dimittere oportet.* Item, ſermo. *Sic Deus dilexit mundum. Si veneris cum magnis ſaccis operum plenis, deponere oportebit, alioqui non poteris penetrare.* Calu. autem lib.3. Inſtitut. cap.11. §.19. *Iam perſpicit lector, quantâ æquitate doctrinam noſtram hodie Sophiſtæ cauillentur, quum dicimus hominem ſolâ fide iuſtificari, &c.* *Blaſphemia Lutheri.*

Quintò liberum arbitriũ exploſit Manichæus, relatore Auguſt. hæreſ.46. Exploſit & Luther. lib. de ſeruo arbitrio contra Eraſm. Exploſit & Calu. lib.2. Inſtit. cap.2. §.4. *Semper*, inquit, *apud Latinos nomen liberi arbitrij extitit, apud Græcos vero αὐτεξούσιος, vocabulum multo arrogantius.*

Sextò Iouinianus nuptias dignitate & merito æquauit virginitati. Item ieiunium non eſſe meritorium, apertè docuit; Hierony. lib.1. & 2. contra Iouinia.

Vtrumque docet partim Lutherus in Epithalamio, partim Cal. lib.4. cap.12. §.19. & eodem lib. cap.13. §.3.

20. Taceo alias plurimas Albigenſium, Waldenſium, Wicleffiſtarum, Huſſitarum, Abailardi, Berengarij, Almarici, &c. Sectas abominabiles, atque Anathemate iampridem à tota Eccleſia & varijs Concilijs proſcriptas, ſed a Primipilis veſtris reuocatas; quos proinde non Reformatores, ſed Deformatores, ſed Renouatores, ſed nouatæ fidei inſtitores, iure quis concludet.

Viuat ergo Romano-Catholica fides, viuat, ad cuius caſtra, vt tu Geuza accedens, ſyncerè moneo: Dulce *Paræneſis ad Geuzam.*

Sanctiſſimos Patres, Apoſtolorum licèt temporibus vicinos, proſcribit & irridet. An non hæc temeritate plena eſt virgula cenſoria Calu. lib. 3. Inſtitut. cap. 4. §. 38. *Omnes veteres quorum libri exſiſtunt, aut hac in parte lapſi ſunt, vbi de ſatisfactione agitur, aut nimis aſperè & durè locuti ſunt?* Quid in te vel in Dei cultum commiſère Patres, Caluine, vt tibi præpoſteram inijciens Religionem, lib. 4. cap. 12. §. 20. dicas, *Non in totum excuſare veteres te auſum eſſe, quin & ſuperſtitionis quædam ſemina iecerint, & occaſionem præbuerint Tyrannidi, quæ poſteà exorta eſt, & tunc paſſim inualuerat ſuperſtitioſa Quadrageſimæ obſeruatio?* Apage apage huiuſmodi religioſam fidei reformationem.

Cal. damnat Patres.

19. Deformationem ſeu fidem nouatam potiùs alij appellant, tanquàm quæ, omnium hactenus enatarũ atque ab Eccleſia damnatarũ Hæreſeωn, monſtra, ab inferis reuocauit. Accede & inclina aurem tuam, demonſtrabo aſſumptum.

Fides Reformata renouat hæreſes olim damnatas.

Primò Eccleſiam veram adeoque viſibilem totó orbe terrarum perijſſe, in ſolis verò quibuſdam Africæ angulis hæſiſſe, docuerunt Donatiſtæ, teſte Optato Milleuitano lib. 2. in Parmen. & D. Auguſt. lib. de vnitat. Eccleſiæ, cap. 12. Idem docet & Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 2. §. 2. Item Epiſtol. ad Cardinal. Sadoletum.

Secundò filium in Diuinis Patri non eſſe æqualem, docuerunt Ariani, Epiphan. hæreſ. 69. Docuit & Calu. ſupr. nu. 14.

Tertiò Deum eſſe cauſam peccatorum, tenuit Florinus, apud Euſeb. lib. 5. cap. 20. Tenuit & Cal. ſupr.

Quartò hominem ſolâ fide ſaluari, *& non ſecundum operas iuſtas*, aſſeruerunt Simon magus & Eunomius,

Digitized by Google

nomius, referentibus D. Auguſt. hæreſ. 54. & Iren. lib. 1. cap. 20.

Idem aſſerit cum Luthero Caluinus: Lutherus quidem ſermon. de piſcatione Petri; *Debemus cum ſolo Iſaac venire, id eſt, cum fide: ſeruos & aſinos hoc eſt opera, dorſum dimittere oportet.* Item, ſermo. *Sic Deus dilexit mundum. Si veneris cum magnis ſaccis operum plenis, deponere oportebit, alioqui non poteris penetrare.* Calu. autem lib. 3. Inſtitut. cap. 11. §. 19. *Iam perſpicit lector, quantâ æquitate doctrinam noſtram hodie Sophiſtæ cauillentur, quum dicimus hominem ſolâ fide iuſtificari, &c.* *Blaſphemia Lutheri.*

Quintò liberum arbitriũ exploſit Manichæus, relatore Auguſt. hæreſ. 46. Exploſit & Luther. lib. de ſeruo arbitrio contra Eraſm. Exploſit & Calu. lib. 2. Inſtit. cap. 2. §. 4. *Semper*, inquit, *apud Latinos nomen liberi arbitrij extitit, apud Græcos vero αὐτεξούσιος, vocabulum multo arrogantius.*

Sextò Iouinianus nuptias dignitate & merito æquauit virginitati. Item ieiunium non eſſe meritorium, apertè docuit; Hierony. lib. 1. & 2. contra Iouinia.

Vtrumque docet partim Lutherus in Epithalamio, partim Cal. lib. 4. cap. 12. §. 19. & eodem lib. cap. 13. §. 3.

20. Taceo alias plurimas Albigenſium, Waldenſium, Wicleffiſtarum, Huſſitarum, Abailardi, Berengarij, Almarici, &c. Sectas abominabiles, atque Anathemate iampridem à tota Eccleſia & varijs Concilijs proſcriptas, ſed a Primipilis veſtris reuocatas; quos proinde non Reformatores, ſed Deformatores, ſed Renouatores, ſed nouatæ fidei inſtitores, iure quis concludet.

Viuat ergo Romano-Catholica fides, viuat, ad cuius caſtra, vt tu Geuza accedens, ſyncerè moneo: Dulce *Paræneſis ad Geuzam.*

ce quidem carnique gratum eſt Geuzicè viuere; ſecurius autem Romano-Catholicè mori. Proinde renuntia Luthero, renuntia Caluino, renuntia Pacimontano; qui ſicut in tres diſſecti ſunt partes, ita ſinguli nouam veritatem, cum Fauſto Manichæo, promittent nouam illuminationem, nouam Reformationem; ſinguli te ad ſe rapere feſtinabunt. Sed tu interim cum D. Hierony. ſanioris veritatis & rationis vmbone munitus, clamita, Epiſt. ad Damaſ. *Meletius, Vitalis atque Paulinus* [Lutherus, Caluinus, atque Pacimontanus] *Chriſtianæ fidei, hærere ſe dicunt. Poßem credere, ſi hoc vnus aſſereret: nunc aut duo mentiuntur, aut omnes.*

II. QVARE,

De tollenda fidei libertate.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ in ditionibus ſuis non permittunt cuilibet fidei libertatem?

ROMANO CATHOLICVS.

Georgius Caſſander lib. de offic. pij viri & Interimiſtæ Germani, apud Hoſi. lib. 1. contr. Prolego. Brentij.

1. RESPONDEO I. & quæro, ad hominem argumentans: quare, & vos plenis buccis fidei ac Conſcientiæ libertatem tonantes, in ijs, vbi rerum potimini, locis, omnia Hæreſeon & impiarum Religionum admittitis portenta, ſolâ excluſâ fide Pontificiâ? An non (vt cætera taceam) Amſtelredami & Lugduni Batauorum, Lutheranæ, Caluinianæ, Anabaptiſticæ, Puritanæ, Antipuritanæ, Arminianæ, Gummarianæ, Iudaicæ, & Mahumetanæ, &c. Religion. tutus portus, ſolâ in exilium actâ Papiſticâ fidè, vti oculis meis vidi?

Reformati omnes Religiones, vnâ dampiâ Catholicâ, admittunt.

2. Dicito

2. Dicito amabò, vel Romano-Catholica fides, vera eſt Dei cognitio, vel falſa; Si veram conceſſeris, omni dubio procul, ea capeſſenda; ſic rectâ conuincente, & euidenter atteſtante ratione.

Si falſam exceperis, cur non eâdem ſaltem licentiæ gratiâ, hanc noſtram dignaris, quâ aliàs, pro falſis à vobis iudicatas, vt Lutheranam v. g. Catabaptiſticam, Puritanam, Iudaicam, Mahumetanam, quas tu, vt putà aliâ Caluini Religione præuentus, pleno ore condemnas? nec immeritò; quum vnâ duntaxat fide, quiſque (rationabiliter de Deo & ſalute ſentiens) ducatur, vnam duntaxat vt veram amplectatur, & præ vna illa, conſequenter cæteras falſas neceſſe ſit, vt habeat, neceſſe vt damnet.

3. Sic ſanè Archimagiſter veſter Caluinus olim iudicauit, qui certis ad Reuerendiſs. Dominum Cardinalem Turnonium, Regis per Galliam vices gerentem, literis datis; Seruetum, velut blaſphemæ, inauditæ, ideoque non tollerandæ Hæreſeos buccinatorem accuſauit, & ad ignem popoſcit: vnde Cardinalis in riſum vehementer ſolutus: *Hæreticus* (aiebat) *hic Hæreticum accuſat*, de quo Hieronym. Bolſecus in vita Ioan. Calu. cap. 3. vbi haſce literas, ſibi & pluribus, ab Illuſtriſs. Cardinalis Secretario, Domino de Gaure, narrat oſtenſas.

Calu. Seruetum popoſcit ad ignem.

Dominus de Gaure teſtis oculatus literarum Caluini.

RESPONDEO II.

4. QVare vos integram, pacificam, atque ad centurias aliquot annorum ſubuectam fidei Pontificiæ poſſeſſionem, obiecto Euangelicæ libertatis fuco, in Catholicorum Regum ac Principum ditionibus, tyrannicè turbâſtis, atque vbi potuiſtis, ademiſtis? An non omnium æquioris

Reformati pacificam & antiquã Catholicorũ Relig. turbant.

ris iuris arbitrorum Maxima Generalis, vel *in dubio melior eſt conditio poßidentis?* Quo ergo iure iconomachiæ,perduellionis,Sacrilegij,Seditionis,& extremæ deſolationis crimina,florentiſſimis Germaniæ,Galliæ,Angliæ, Scotiæ, Belgij,&c. regnis ac Prouincijs illata palliabitis? quas excuſationum laruas obtendetis?

Res tamen hæc eſt certior, quàm vt poſſit negari, vel vllatenus ab ipſomet Quinteuangelicæ Reformationis Prodromo D. Eraſmo Rotterodamo diſſimulari; vnde, *Excußiſtis*, (inquit Epiſt. ad Vultur. Neocomum) *aliquot locis Epiſcopos, Canonicos ac Monachos.* Et, *Nunc Sacerdotes æquè atque cerdones, à carnifice torquentur, cæduntur, ſuſpenduntur, decollantur, exuruntur. Sic effugiſtis Regnum Pontificis.* Item Epiſt. ad fratres German. Inferior. & Phryſiæ Oriental.

Eraſm. Rotterod. contra Pſeudo-Euãgelicos Germaniæ turbatores.

5. *Quis ita lenis, quis ingenij tam mitis & boni, qui non quamprimum arma ſumenda putet in eos, qui profeßi Saluificum Euangelion Ieſu Chriſti, viuant tamen ipſi flagitioſißimè & confundant, inuertant, perdantq; ſeditioſè omnia, optimis, peßimis ſufficiant, ſoluant poteſtatem Principum, plebem in optimos quoſque arment, ſubinde tumultus excitent, ad arma identidem nullis de cauſis procurrant, foueant quoque ſceleratißimos, ſint in bonos meri Phalarides, omnem religionem aboleant, vt certißimus expectetur Paganiſmus?* Hactenus Eraſmus: plura de ſanæ fidei ac legitimæ Principum auctoritatis, per vtramq; Germaniam ſupernam & infernam, excuſſione, Tyrannicâ Metamorphoſi, triſti denique deſolatione, ſcripturus, ſi in hunc vſque diem, vitæ filum protraxiſſet.

6. Ad Galliam deſcendamus, quæ idem clamat & in hodiernum vſque diem conteſtatur cum Anglia,

glia, Scotia & Hibernia, in Theatro Crudelit. Hæreticorum huius temporis: clamat inquã, & plorat, pacificam ſibi, iam inde à Caluiniſticæ Lernæ ingreſſu, politiæ auitæque fidei poſſeſſionem ſubtractam in plurimis locis. Recens adhuc facti memoria, qualiter Pſeudo-Euangelici Hugonottæ ipſâ Natiuitat. Domini Vigiliâ, Catholicos omnes Natalitiæ pietati de nocte & moribus antiquis intentos, vnà cum Eccleſijs Pariſianis, ſtramine pro Pop. commodo inſtratis, iniecto igne, ſuffocare & concremare ſint conati. *Crudelitas Hugonottarũ Pariſienſiũ.*

7. Eidem Scholæ ſtrenuam, ne dicam inſanam operam nauârat, merus quidam zeli Caluiniani æmulus, qui Reuerendum Sacræ Theologiæ Magiſtrum & famoſiſſimũ Verbi Diuini præconem D. Franciſcum Picardum, ſub idem ferè tempus, Pariſijs ad D. Iacobi, ex cathedra Pop. declamantem, à tergo iniecto laqueo ſtrangulaſſet, niſi auditores, ſicarij factione deprehensâ, in Eccleſiaſtæ adiutorium aduolaſſent, teſte Reuerendo Domino Ioanne de la Vacquerie Doctore Sorbonico, tract. *Catholique Remonſtrance* dicto. O audaciam temerariam! O ſeditionem non ferendam! O furoris ebrietatem, vrbi Regiæ, vrbi Epiſcopali, vrbi Parlamenti, atque Almæ Vniuerſitatis prærogatiuis iampridem munitæ, intentatam! *Truculenta Hugonottæ cuiuſdam audacia.*

8. Poſtremò, Belgij noſtri fidem Orthodoxam, tanto antè annorum ſpacio pacificè per maiores noſtros poſſeſſam, atque ad nos interruptè traductam, ſed per vos ſeditioſè turbatam, Clementiſſimi Regis noſtri Hiſpaniarum, iugum excuſſum, Principum exauctorationem, nouarum legum intruſionem, Summi Pontificis Patris Patrũ eiura- *Mira Belgij Metamorphoſis per Geuzas reformatos.*

Digitized by Google

eiurationem, Clericorum cædes: Monaſteriorum ac Prouinciarum depopulationes perduelles ac ſacrilegio conſpurcatas, eloquar an ſileam? Silebo; quum res ea toti orbi ſit notiſſima, & prolixior euaſerit, quàm vt paucis perſtringi poſſit.

RESPONDEO III.

Iudæi & Pagani ad fidem non compellendi.

9. ECcleſia Romana nunquam directè ad fidem ſuam compulit aut compellere poteſt Infideles, qui nunquam Chriſti fidem & Baptiſmi ſuſceperunt, vt ſunt Iudæi & Pagani, quibus libertatem Religionis relinquit, etiamſi Principibus Chriſtianis ſint ſubiecti, non enim Eccleſiæ defuerunt potentiſſimi ac religioſiſſimi Imperatores Conſtantinus, Theodoſius Senior & Iunior, Carolus Magnus & alij, per quos tamen nullam talem intulit coactionem, nullam probauit.

Forma prædicandi Euangelij.

10. Aliam ſanè formam in conuerſione infideliũ Matth. cap. 10. Apoſtolis & Apoſtolicis viris Dominus præſcripſit, nimirum, vt poſt ſalutaris pacis apprecationem, Regni Dei prædicationem, miraculorum confirmationem, pecuniæ, & baculi (quo terror infertur) circumferendi prohibitionem, ſi non fuerint recepti; exeant & puluerem de pedibus excutiant, oſtendentes ſe in nulla re cum talibus velle communicare, nec etiam puluerem loci iſtius adhærentem habere: Deo vindictam relinquant, & tanquam oues in medio luporum, abſque vlla coactionis illatione conuerſentur.

Incommoda coactionis ad fidem.

11. Nec immeritò; dum enim ita compelluntur, raro interiùs conuertuntur, ſed exteriùs ſimulatâ Religione Chriſtianâ, manent in ſua perfidia, inferunt

ferunt

Digitized by Google

ferunt ſacrilegam iniuriam Sacramentis, quinimò ad decimam vſque generationem, ſæpè hanc ſimulationem transfundunt. Quibus etiam ceſſantibus incommodis, nobilior adhuc, (vtpote Diuina & ſupernaturalis) eſt fides Chriſtiana, quàm vt ad eam inuitus quiſpiam compellatur, antequàm acceptârit; Decuit autem, vt ipſa ſplendore ſuo, & præmij cœleſtis propoſitione homines ad ſe inuitaret. Quare in primo aduentu, Saluator doctrinam ſuam mundo patefacturus, cum ſumma venit manſuetudine, inſidens aſinæ, non potentiâ fretus & armis, vti Theodorus Beza, qui in certo Epiſtolio Gaſpari de Collignij, inſcripto, gloriatur ſe fidem Reformatam plantâſſe in ore gladij & bombardæ. Vnde in Axiomatum ſuorum numerum Hugonottæ retulerunt; *Non veni pacem mittere, ſed gladium:* Cuius Maximæ virtute, Miniſtri quidam adacti, vtraq; manu gladium ac Bombardam præhendentes, Populo ex ſuggeſtu verbum declamabant. Vâh monſtra Præconum.

Nobilitas fidei Chriſtianæ.

Hugonottæ cùm gladio & bombarda concionãtur.

RESPONDEO IIII.

12. QVIA non poſſunt Principes Chriſtiani ſubditis ſuis Religionem Chriſtianam aliquando profeſſis, & Baptiſmi gratiam adeptis, concedere fidei libertatem, ſed quantum in ipſis eſt, incumbere tenentur, vt illa duntaxat Religio ſeruetur, quàm ſeruandam decreuerint Epiſcopi Catholici, imprimis autem Pontifex Romanus.

Libertas Religionis illicita.

Quæro enim abs te, mi Geuza, an minus ordinatus eſſe debeat Eccleſiæ Chriſtianæ, quàm Iudaicæ ſtatus? Minimè gentium, quia *lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Ioan. 1. 17. Iam verò dum apud Iudæos vera flore-

 at

Digitized by Google

Iudæis illicita Rel gionis libertas.

bat Religio, illicitum erat Regibus, diuerſæ fidei buccinatores, in Pop. tolerare, aut fidei libertatem impertire, quinimò *ſtatim interficies*, ait Dominus Deuter.13.6. quod idem de ijs mandat qui Sacerdotis iudicio ſtare detrectant, Deuter.17. 12. Quales omnes ſunt hæreſeos & Schiſmatis rei. Multo ergo minus Reges & Principes Chriſtiani, *qui ſedent in ſolio iudicij, vt diſſipent omne malum*, Prouerb.20. 8. hanc perniciosam admittere poſſunt libertatem fidei ac religionis: perniciosam dico, ob peruerſionis periculum, dum *modicum fermentum totam m*[illegible]*m corrumpit*, ad Galat.5.9.

Vna tantùm eſt fides ſaluifica.

13. Deinde fides [illegible]ifica non eſt, niſi vna, *vna fides, vnum Baptiſm*[illegible]phes.45. ergo qui conceſſerit libertatem credendi, libertatem concedet errandi; & in re quidem omnium grauiſſima, qualis eſt fides, *ſperandarum ſubſtantia rerum*, atque adeò fundamentum ſalutis æternæ: hoc autem malum populo ſalubriter arcere Rectores debent, ſicut ouibus ſalubriter præcluditur periculoſa per montes vagandi libertas.

Libertas ſectarũ parit diſſenſionem Regnorum.

14. Accedunt tertiò perpetuæ, & publicæ Regnorum ac Prouinciarum, paci inimicæ, diſſenſiones, ad certiſſimum Rerumpubl. interitum ac deſolationem tendentes, Luc.11. 17. has quippe vti hæreſes omnes adducunt; ita nunquam potuerunt, poſſunt, aut poterunt conciliari, Religione diſſidentium animi, certò id conteſtantibus varijs pacificationibus, Antuerpienſi, Gandenſi, Amſtelredamenſi, Harlemenſi, Brugenſi, &c. Sæpè & fruſtrà in Belgio, inter Catholicos & Confratres veſtros Geuzios attentatis, de quibus plura deprome ex * *Anathomia noſtra Chriſtiani Deformati*, verſ.3. ſect.3. dub.2. Moral.

** Antuerpiæ apud Hieron. Verduſſen. anno 1613.*

Obiectio I.

Obiectio I.

Fides debet eſſe libera; malè ergo faciunt Papiſtæ, ad ſuam, Reformatos noſtros compellentes.

Spongia.

15. Primò quæro à vobis, Biblijſtæ, quo Scripturæ loco, hoc liberæ fidei Axioma confirmare poteſtis? Vbi legiſtis? Producite, ſodes, ſi valetis.

Secundò dico: Fidem liberam eſſe antequàm eam quis profiteatur; cæterùm poſt eius profeſſionem, non ampliùs libera relinquitur, ſed eam quantum in ſe eſt, quiſque retinere ac tutari debet. Quod patet in ſimili de Matrimonio, Militia, Sacerdotio, &c. quæ libera ſunt antè acceptationem, non, poſt; & hoc ſalubriter quidem in fidei negotio, hæreticos coërcendi ius poſſidere Imperatores ac Reges iampridem probatum eſt D. Auguſtino, qui tamen aliquando contrariam ſecutus fuerat ſententiam, vnde Epiſt. 48. ad Vincentium; *Mea* (inquit) *primitus ſententia erat, neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea, non contradicentium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur ciuitas mea, quæ quum tota eſſet in parte Donati, ad vnitatem Catholicam, timore Legum Imperialium, conuerſa eſt, quàm nũc videmus ita huius veſtræ animoſitatis perniciem deteſtari, vt in ea nunquam fuiſſe credatur. Ita aliæ multæ quæ mihi nominatim commemorabantur, vt ipſis rebus agnoſcerem, etiam in hac cauſa rectè intelligi poſſe, quod ſcriptum eſt* (Prouerb. 9. 9.) *Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit*: Et paulò infrà: *Seruiant Reges terræ Chriſto, etiam leges ferendo pro Chriſto.*

Fides eſt libera antè eius acceptationem, non poſt eam.

Hæreticos [illegible] ſe cogendos probatur D. Auguſtino.

Leges Imperatorũ contra Hæretic. tempore D. Auguſtini.

16. Leges inquam, quibus vel ipſo Diui Auguſtini tempore, ordinator clerici Hæreticus, vel ipſe ordinatus, denis auri libris mulctabatur: locus verò hæreticorum ſeruiens conuenticulis, redigebatur in fiſcum; erant & aliæ generales Imperatorũ iuſſiones, quibus eis vel Teſtamenta condendi, vel per donationes quippiam offerendi, vel ex donationibus aut Teſtamentis aliquid capiendi, adimebatur facultas; de quo plura lib. 1. contra Epiſt. Parmen. cap. 7.

Filij Hæreticorum bonis priuãtur etſi Catholici.

17. Mirum proinde videri non debet, ſi hæreticorum filij, licèt Catholici, & qui ſe paterno crimine non coinquinârunt, parentũ bonis priuentur; dum enim crimen commiſſum eſt à Parente, bona adhuc dominio cedebant parentis; vnde quum ex eo tempore & temporis puncto incipiant eſſe fiſci, poſſunt auferri poſteà apud quemcunque reperiantur: & hoc ideò, quia filij ſunt aliquid parentis & à parente deciſum, vnde parens in illis punitur, quam pœnam interdum magis, quàm propriam timent, ideoque grauiſſimis criminibus tales pœnæ meritò ſunt aſtrictæ.

Poteſtas coactiua neceſſaria eſt Reipubl.

18. Cæterùm harum Legum æquitatem, vel ipſa ratio ex Diuinæ Prouidentiæ diſpoſitione petita, conuincit; in omni enim Repub. conuenit eſſe poteſtatem, quà, timore pœnæ, ad officium præſtandum, cogantur hi, qui ſponte nolunt: quare Catholicæ Eccleſiæ, quæ ordinatiſſimum eſt Regnum, Daniel. 2. 44. meritò deeſſe non potuit hæc poteſtas; quâ Apoſtatas & hæreticos, qui fidem Eccleſiæ per Baptiſmum aliquando dederunt, vel cogat datam proteſtari fidem, vel ſimpliciter puniat ob deſertam.

Deus ſæpè

Quid; an non & Deus ipſe terroribus ſæpè homines

mines mouet ad fidem ſuſcipiendam, teſtante Catholico Auguſtino, Epiſt. 48. ad Vincentium, & 50. ad Bonifacium, vbi ad hoc conuerſionem Sauli producit Actor. 9. 6. *Et tremens ac ſtupens dixit: Domine quid me vis facere?* An non eiuſdem doctrinæ conſortem habemus Gregor. Homil. 16. in illud Luc. 14. 23. *Compelle intrare?* Quod de hæreticis & Schiſmaticis fidem aliquando profeſſis intelligitur; non de Iudæis vel paganis, in quos ſeſe nullam coactiuam habere poteſtatem, inſinuat Paul. 1. Corinth. 5. 12. *Quid enim* (ait) *mihi de ijs qui foris ſunt iudicare? Nonne de ijs qui intus ſunt vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit.*

mouet terroribus.

Compelle intrare, de quibus intelligatur.

19. Nihil proinde ab officio piorum Regum Ioſaphat, Ezechiæ & Ioſiæ, alienum, præſtitiſſet inuictiſſimus rei Chriſtianæ defenſor & Imperator Carolus V. ſi quemadmodum illi à Pontificibus & Sacerdotibus admoniti, excelſa & lucos de Iuda abſtulerunt, & per aliquos de Principibus ſuis, ſubmiſſos, Populum in ijs quæ ſunt ad Deum, Pontifici morem gerere præceperunt; ita ſtatim initio, excelſa & lucos, hoc eſt altitudinem Martini Lutheri, Oecolampadij, Melanchtonis, Carolſtadij, &c. hæreticorum, aduerſus ſcientiam & potentiam Dei ſe extollentem, de Iuda & Eccleſia Germanica (tantis impræſentiarum, prô dolor, bellorum, diſſenſionum & hæreſeωn infortunijs mactata) abſtuliſſet: verùm religioſiſſimi, & ad hoc paratiſſimi Imperatoris voluntati nihil defuit: ſoli illi obſtiterunt per quos minimè obſiſti oportebat; quæ vnicè ploranda eſt rei Chriſtianæ remora.

Laus Regum Iſraeliticorũ.

Zelus Imperatoris Caroli V.

20. Tertiò denique ad allegatam fidei libertatem, Reſpondeo, Mahumeto Geuzas aſſimilari; is enim

Geuza aſſimilãtur Mahumeto.

Digitized by Google

enim ſui initio Imperij, cuiuſuis fidei aſſeruit libertatem, at maiores poſtmodum nactus vires, nullum non coëgit aut iugulauit: Sic & vos ſpecioſo Euangelicæ libertatis pallio amicti, intrâſtis Germaniam, Galliam, Angliam, Belgium, vt vulpes; at poſtmodum durioribus exilij, proſcriptionis bonorum, excommunicationis, carceris, equulei, ferri & flammæ ſtimulis, ad nouam Religionem Catholicos adegiſtis, baculis impactis conciones veſtras viſitare compuliſtis, Catholicorum cathedraticis verbi Diuini declamationibus aſſiſtentes, è Synagoga veſtra propuliſtis; crudeliſſimo antè biennium per Hollandiam, Zeelandiam cœteraſque confœderatas Prouincias, publicato edicto, nouis & libertati Chriſtianæ, toties à vobis ſub initium Geuziſmi deprædicatæ, repugnantiſſimis terriculamentis, Romano-Catholicos iteratò affligere cœpiſtis, atque adeò tyrannicè, (vbicunq; locorum præualetis) regnatis & regnaſtis, vt lupi atque leones.

Fœdifraga Geuzarum in Belgio coactio.

21. Eadem ſanè cum veſtra & Turcica, erat Arianorum iudicum ſententia; *Aut ſubſcribite, aut ab Eccleſiis recedite*; eadem factio, eadem tyrannis, eadem periura libertas, vt non immeritò quidam Germanicæ Theologiæ Doctor Ioannes Scuthz, lib. 50. cauſarum, cauſ. 48. Mahumetiſmum, Arianiſmum, & Caluiniſmum, TRES FRATRES, ET SORORES, TRES CALIGAS EIVSDEM PANNI, appellet.

Comparatio Arianiſmi, Mahumetiſmi, & Caluiniſmi.

Obiectio II.

Deus homini liberam dedit voluntatem, ergò Reformati, Papiſticæ fidei deſertores, ad eam non ſunt compellendi.

Spongia.

Digitized by Google

Spongia.

22. Admiſsâ eâ, quam aliàs diſertè negatis, humani arbitrij libertate; reſpondeat pro me Catholicus Auguſtinus, contra Creſcon. Grammat. lib. 3. cap. 51. *Fruſtra dicis: relinquas libero arbitrio: Cur enim non in homicidiis & in ſtupris, & in quibuſcunque aliis facinoribus & flagitiis, libero te arbitrio dimittendum eſſe proclamas? Quæ tamen omnia iuſtis legibus comprimi, vtiliſsimum ac ſaluberrimum eſt. Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem; ſed nec bonam infructuoſam, nec malam eſſe voluit impunitam.* *Quomodo Deus homini dedit liberã voluntatem.*

Obiectio III.

Fides eſt donum Dei, ergò, &c.

Spongia.

23. Verùm eſt, ſed ad quam etiam concurrit actus humani arbitrij, ſicut & ad alias virtutes à Deo datas, Caſtitatem, Iuſtitiam, &c. quarum tranſgreſſores adulteri, homicidæ, &c. vti pœnis, caſtè ac iuſtè viuere compelluntur: ita fidei Orthodoxæ peruerſores, Catholicè viuere & ſentire ſunt cogendi.

Obiectio IIII.

Iudæos tollerant Papiſtæ: Cur non & Hæreticos?

Spongia.

Ratio diuerſitatis ſæpè in medium producta eſt, quod Iudæi abſolutè ſint foris, iuxta D. Paulum ſupr. ſiue, quod nunquam fidem Chriſtianam ſint profeſſi, vti Reformati Geuzæ: Deinde religio Iudaica à Deo inſtituta, pro tempore fuit bona & Sancta: Hæretica verò ſeu Geuzia, à Diabolo ſub Plutonis incude fabricata ex inferis prorupit. *Iudæi quare tolerentur, non Hæretici.*

III. QVARE,

De damnabili fide ſpeciali Pſeudo-Euangelicorum.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. art. 10. 11. & 12. Cal. lib. 2. Inſtit. c. 2. § 16. 17. &c. Item Geuzæ.

Quare Pontificij reijciunt fidem noſtram Specialem, quæ ſecuram fidelibus propinat conſolationem?

ROMANO CATHOLICVS.

Fides ſpecialis hæreticorum Peſtifera, Script. reclamat.

RESPONDEO I; QVIA fides illa Specialis, quâ certâ fiduciâ propter imputatam Chriſti iuſtitiam, meritum ac ſatisfactionem vobis creditis remiſſa peccata, eſſe iuſtos, ad æternam vitam prædeſtinatos, adeoque infallibiliter Regni cœleſtis hæreditatem conſecuturos; ſicut fucatam & peſtifero veneno plenam conſcientijs veſtris tranquillitatem propinat & obſignat: ita ex diametro Sacratum literarum tenori reclamat, eſtque falſa, ſtulta & ex conſequenti, anathematis ſententiâ proſcribenda. Clarè id docetur.

2. Primò Eccleſ. cap. 9. 1. *Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur incerta,* vbi agitur de iuſtis, qui ſibi nullius conſcij ſunt peccati, paulò enim antè dixerat: *Sunt iuſti atque ſapientes*; Quorum ſtatus, cùm prædeſtinationis, tum præſentis iuſtitiæ, in hac vita perhibetur eſſe incertus.

Secundò, Eccli. 5. 5. *De propitiato peccato, noli eſſe ſine metu.*

Incertitudo Iuſtificationis.

Tertiò, Paulus 1. Corinth. 4. 4. de conſcientiæ loquens iudicio, ait; *Sed neque meipſum iudico: nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Quæ omnia iuſtificationis incertitudinem ſonāt. Q. D.

Digitized by Google

Q. D. Hominis iuſtitia adeò eſt occulta, vt quamuis non ſit cuiuſpiam conſcius delicti, non tamen idcirco ſibi infallibiliter valeat iuſtitiam polliceri, vti Patres exponunt D. Ambroſ. Chryſoſt. Theophil. Theod. Anſelm.

3. Quibus conſonans Auctor operis imperfecti in Matth. Homil. 38. *Nemo* (inquit) *tantâ eſt firmitate ſuffultus, vt de ſua iuſtificatione debeat eſſe ſecurus*. Pudeat te ergo Lutherane, pudeat Caluiniane temerarij auſus, quo illam Prædeſtinationis ac præſentis iuſtitiæ certitudinem vobis vendicâſtis, quàm nec Sapiens, nec magnus Circuncißionis Apoſtolus, nec Patres Orthodoxi ſibi aſcribere præſumpſerunt.

Temeritate fidei ſpecialis exploſâ, ſtultitiam eiuſdem hoc argumento demonſtro: nemo quippe aliquid certò, fidei certitudine credere valet, niſi idipſum à Deo fuerit reuelatum; Atqui in particulari, iuſtitiâ habituali iuſtum me eſſe, nuſquam eſt reuelatum, vt ſupr. (excluſo tamen ſingulari Diuinæ reuelationis priuilegio, quod pauciſſimis datur) fieri proinde nequit, vt id tali credam fide, veluti impoſſibili. *Stultitia fidei ſpecialis Hæretic.*

4. Taceo quod nemo falſum credere poſſit fide Diuinâ, falſum verò eſt de multis, illos eſſe iuſtos, quum Lutherani credant ſe eſſe iuſtos, ſed Caluiniſtas iniuſtos, è contra verò Caluiniſtæ, ſe iuſtos, ſed Lutheranos iniuſtos: quæuis enim ſecta credit ſuos eſſe iuſtos, alios verò iniuſtos; neceſſe ergo eſt hanc fidem eſſe iniuſtam, cur enim veriùs eſt, quòd credunt Lutherani, quàm quod Caluiniſtæ? alter enim alteri Spiritus ſancti obijciet inſpirationem, alter alteri errorem. Apage ergo cum tua fide ſpeciali, quæ nihil eſt aliud quàm mera ſim- *Caluiniſta & Lutherani ſe mutuo damnant.*

plicium impoſtura,ad carnis libertatem tuendam inuenta.

5. Fateor eam vobis profundere conſolationem atque animæ tranquillitatem, ſed periculo pleniſſima; quippe omnia euertit ſalutis præſidia, Sacramenta, bona opera, quæ erunt ſuperflua: deinde orationes erunt pernicioſæ, quia recitare orationem Dominicam, eſſet dubitare de fide.

Fides ſpecialis pernicioſa.

RESPONDEO II.

Fides iuſtificans, non eſt fiducia, ſed quid ab ea planè diſtinctum.

FIdes iuſtificans non eſt ſolùm vel præcipuè, fiducia, & firma ſpes de miſericordia Dei remittentis peccata, habens pro obiecto bonum difficilè ad conſequendum, ideoque in voluntate ſubiectata: verùm eſt facultas quædam Intellectus, quâ piè, humiliter, & ineuidenter quidem, ſed firmiter aſſentimur ijs omnibus, quæ tanquàm à Deo reuelata, in Eccleſia proponuntur; ita vt ſit virtus planè à fiducia diſtincta, & ex qua fiducia ipſa progignatur: Qui enim credit Deum eſſe & potentiâ maximũ & bonitate optimum, facilè de hac ſumma bonitate cum ſumma potentia coniuncta, alicuius beneficij concipit fiduciam.

6. Quod tibi facilè perſuadebo, ſi ſequeſtratis animi paſſionibus, purè intenderis Scripturæ, quæ primò manifeſtè fidem à ſpe atque adeò fiduciam diſtinguit: ita vt duæ ſint, non vna res: Primæ ad Corinth. 13, 13. *Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc.* Falleris ergo, falleris Reformate, dum fidem cum ſpe confundis.

Fiducia eſt effectus fidei Chriſtianæ.

Secundò, quia Scriptura docet ſpem atque fiduciam, velut effectum, ex fide Chriſtiana, tanquàm magna cauſa & certo parente oriri, atque adeò

adeò non eſſe ipſam fidem, ſed quid ex ea conſectaneum, ad Epheſ. 3. 13. *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius*, quæ ſcilicet generat fiduciam. Item 1. ad Timoth. 3. 13. *Qui enim benè miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Vbi iterum ex fide deducit fiduciam, tanquam ex cauſa effectum; quia enim credimus Deum eſſe potentem, & in ſuis promiſſis fidelem, ideò in ſpem & fiduciam, aſſurgimus.

7. Tertiò, quia non ſemper fides coniunctam habet fiduciam, vt patet in leproſo, Matth. 8. 2. dicente: *Domine, ſi vis, potes me mundare.* *Fides nō ſemper habet fiduciam coniunctam.*

Quartò, Script. loquens de fide ad ſalutem neceſſaria, non raro oſtendit materiam atque obiectum eius aliquid eſſe, quod ſolùm credatur ac per intellectum apprehendatur, nec propriè in voluntatis ſpem atque fiduciam cadat. Quid enim Saluator aliud expreſsè innuit Ioan. 14. 10. *Non creditis quia ego in Patre & Pater in me eſt?* An non hæc & ſimiles (vti Matth. 9. 28. *Creditis quia hoc poſſum facere vobis?*) Veritates, quæ iam de præſenti aut etiam de præterito enuntiantur, ſolo intellectu apprehenduntur, non autem ſperantur? Spes enim & fiducia ſolùm reſpiciunt futura. *Obiectũ fidei eſt aliquid intellectu apprehenſum.*

8. Huc accedit omnium ferè ſententia Patrum, qui fidem & eius actum, in aſſenſu & operatione conſtituunt intellectus, non in fiducia voluntatis. Prodi ergo omnium nomine mallee Hæreticorum Pater Auguſtine; in lib. de Prædeſtinat. Sanctor. quid ſcribis? *Ipſum credere* (reſpõdet) *nihil aliud eſt, quàm cum aſſenſione cogitare.* Proinde obmuteſce Kemniti, obmuteſce Melanchton, dum vocabulum Græcum πίστις, Latinè, *Fides*, tranſlatum, non niſi

Digitized by Google

Quid ſignificet πίςις. niſi pro fiducia propriè ſupponere vultis, Græca enim vocula illa πίςις, ſimiliter ſignificat tum fiduciā tum aſſenſum, ſiue perſuaſionem: vbi enim Matth. 9. 29. legimus, *ſecundum fidem veſtram fiat vobis*; in Græco eſt, κατὰ τὴν πίςιν ὑμῶν, nec poteſt ibi πίςις aliud ſignificare, quàm aſſenſum & perſuaſionem: ſignificat enim fidem illam, quâ cæci credebant Chriſtum reſtituere poſſe eis viſum: de potentia autem faciendi non eſt fiducia, ſed perſuaſio: ſiquidem fiducia potiùs eſt de effectu, quem hìc & nunc firmiter me ſpero conſecuturum.

RESPONDEO III.

Fides Euangelica plures habuit adiūctas virtutes. 9. FIdes illa quam toties Chriſtus laudauit, & de qua aliquando, *Fides tua te ſaluam fecit,* Luc. 7. 50. & cap. 8. 48. non fuit ſola; vt Reformati hodie ſimplicioribus imponere moliuntur, dum ſuam ſolam fidem huiuſmodi ſcripturis friuolè ſtabiliunt: ſed alijs præterea fuit virtutibus comitata, vt flagrantiſſimo in Deum amore, precibus feruentiſſimis, fiduciâ, proximi dilectione, perſeuerantiâ, lachrymis, operibus pietatis, pœnitentiâ, humilitate, verecundiâ, ingenuâ confeſſione acceptam ſanitatem agnoſcente, ſui abiectione; quæ maximè in Mariæ Magdalenæ fide poſſunt connotari.

Tantummodò crede, vt intelligatur. 10. Scio Saluatorem Archiſynagogo, filiæ ſanitatem inuocanti, dixiſſe: *Noli timere, tantummodò crede,* Marc. 5. 36. non tamen, ita vt propter ſolam fidem Patris, filiæ ſanitas impertienda foret (quāquàm ſi ſolius fidei paternæ intuitu, filiæ ſanitas daretur, hoc tamen factum, iuſtificationi internæ per ſolam fidem, nullatenus patrocinaretur) verùm

rùm ſicut medicus infirmo dicere ſolet: *Tantum bono animo eſto, & conualeſces*, quum tamen ex eiuſdem præſcripto, & dietam ſeruare, & congruis medicamentis, oporteat vti; fidei interim præ cæteris virtutibus aſcribitur ſalus, quia omnium virtutū radix eſt recta fides, nec vlla opera extra eam facta, Deo abſolutè ſunt grata.

Fidei præ cæteris virtutibus adſcribitur ſalus.

Reſtat iam vt ad vnius atque alterius argumenti diſſolutionem nos accingamus.

Obiectio I.

Nos ſcimus quoniā tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, ait D. Ioan. 1. Epiſtol. cap. 3. 14. Ergo per fidem ſpecialem certi ſumus de iuſtitia & remiſs. peccatorum, hâc enim viâ fit tranſlatio de morte peccati ad gratiæ vitam.

Spongia.

11. Falleris amice; neque enim (vita) hìc pro iuſtificatione, ſed pro vita æterna ſupponit, hoc ſenſu: Scimus nos regni cœleſtis inſtitutos hæredes, dummodò tamen proximum diligamus, ita vt vox (*quoniam*) pro (*ſi*) conditionali accipiatur.

Obiectio II.

Incertitudo remiſſionis peccatorum & iuſtitiæ præſentis, excarnificat conſcientias fidelium, adimit quietem, & adducit varias dubietatis anxietates, vnde Archirabbi noſter Lutherus in cap. 41. Geneſ. aſſerit Papiſtas, iampridem docere ſolitos, *debere nos vagari & fluctuare ambigentes & dubios de remiſſione peccatorum, gratia & ſalute noſtra*; Qua etiam de cauſa, confœderatus noſter Kemnitius tract. de certitud. fidei iuſtificant. Pontificiam Eccleſiam, appellat *Dubitationis officinam*.

Mendacium Lutheri.

Cenſura Kemnitij merè ſtraminea.

Retinenda ergo fides ſpecialis Eccleſiæ Reformatæ, quæ vti certitudinem iuſtitiæ actualis, & ex con-

conſequenti, remiſſionis peccatorum conſcientijs noſtris obſignat; ita eaſdem mille ſcrupulorum lancinationibus liberat.

Spongia.

12. Abſit, vel deſperationis, vel anxiæ excarnificationis laqueos, piorum Chriſti fidelium conſcientijs, ſublatâ hac fide veſtrâ ſpeciali, innectamus; neque enim ſola fides Diuina, hunc animi cruciatum tollit, hos ſcrupulos eximit, animi ſerenitatem propinat, verumetiam moralis quædam certitudo, citra fidem, ex varijs ſignis obtenta, de ſtatu gratiæ iuſtificantis & remiſſio peccatorum. Iuſti quippe eò certitudinis poſſunt aſſurgere, vt ſæpè non formident, etiamſi poſſint formidare, ſi propriam infirmitatem ſpectent; quod duobus modis fieri poteſt: primò ita confidendo ſe eſſe in gratia, vt contrarium non ſit eis probabilius, licèt actu dubitent & formident, ne fortè fallantur; qui modus iudicandi de ſua iuſtitia, omnibus iuſtis communis eſſe debet. Alius modus longè eſt perfectior, nec omnibus communis, ſed ijs tantùm, qui vel magno feruore conuertuntur, vel diu Deo ſeruierunt; qui eò poſſunt pertingere, vt moraliter quodammodò certi ſint, ſe eſſe in gratia, ita vt nō ſint anxij neque actu formident, ſicut quis moraliter certus eſt, ſe eſſe ſacerdotem, verè baptizatum, quamuis aliquo modo poſſet dubitare, ſi propriam fragilitatem ſpectet: Vt ſi quis poſt longam & vehementem contritionem abſoluatur in Sacramento Pœnitentiæ, vel magno feruore baptizetur à viro Sancto, de cuius intentione nullo modo dubitari poteſt, vel longiſſimo tempore, poſt diligens examen quotidie factum, non ſit ſibi conſcius alicuius

Moralis certitudo iuſtitiæ tollit animi ſcrupulos.

ius peccati mortalis; è contrà verò, totis viribus aſpernetur mundum, in omnibus nitatur placere Deo.

13. Signa igitur moralis huius certitudinis (citra fidem tamen) ſunt virtutũ officijs oblectari, Pœnitentiæ operibus vacare, à peccatis abſtinere; grauiores animæ perturbationes, iræ, libidinis, inanis gloriæ, paſſiones ſuperaſſe, tædium mundi, cum interno & pacifico ſerenæ conſcientiæ gaudio, in ſe ſentire, diligere Deum ex toto corde, zelum ſalutis proximi aſſumere, iniurias humiliter atque ex animo condonare, &c. Quæ quò plura fuerint in homine, eò timor magis adimitur, fiducia verò accreſcit, intantum vt D. Baſil. in Regulis Breuior. dicat: *Quicumque in ſuis, vel in alienis peccatis hoc modo ſe affectum, aduertit; ſine dubio credat ſe liberum eſſe à peccatis*; credat inquam, ſine anxietate inordinata, non quidem fide diuinâ, ſed humanâ, ita vt animo non pendeat, nec multum ſit anxius, loquitur enim de crudelitate ex ſignis, quæ eſt humana fides, non Diuina. *Signa moralis certitudinis iuſtitia.*

14. Dico ergo; quum Prouerb. 28. 14. *Beatus* [prædicetur] *homo qui ſemper eſt pauidus*: adeoque Diuus Gregor. lib. 6. Epiſtol. 186. teſte, *Mater negligentia ſoleat eſſe ſecuritas*, voluiſſe Deum, ſpem noſtram, non ſolùm Diuinis niti promiſſis, ſed etiam bonorum operum, contritionis peccatorum, atque emendatioris vitæ teſtimonio fulciri: Ex quo, quum iuſtitiæ moralis certitudo ſufficienter reſultet, quæ & ſcrupulos anxietatis eximat, & ſerenitatem conſcientiæ iuſto propinet: reſtat, Eccleſiam Reformatã (in qua fides iſta ſpecialis excuſa) meram eſſe TEMERITATIS OFFICINAM. *Eccleſia Reformata eſt Temeritatis officina.*

Obiectio

Obiectio III.

Matth. 92. dicit Saluator Paralytico: *Confide fili remittuntur tibi peccata tua.* Ergo ad remiſs. peccatorum, Deus, præter fidem ſpecialem, ſeu confidentiam Euangelicam, nihil aliud requirit.

Spongia.

Confide fili, quomodo intelligatur.

15. Renuntio abſurdiſſimæ ſequelæ tuæ, neque enim ad impetrandam peccatorum remiſſionem, iubetur in ſe fiduciam ſuſcitare, verùm propter remiſſionem per fidem præcedentem, iubetur hic paralyticus confidere, ſeu confidentiã futuræ ſanitatis concipere: non enim illi dicitur, Remittentur, ſed *Remittuntur*, id eſt, remiſſa ſunt, Græcè enim eſt, ἀφεώνται, Præteritum. Q.D. futuræ ſanitatis concipe fiduciã, nam peccata, quæ ſunt cauſa morbi tui, iam à me remiſſa ſunt.

IIII. QVARE,

De fide Articuli, Remiſſionis Peccatorum.

Calu. lib. 3. Inſtit. cap 13. §. 4. & Bret. in Prolegom. contra A Soto.

GEVZA REFORMATVS.

Quare ergo & quomodo vos Romanenſes creditis articulum fidei, de Remiſſione peccatorum, ſi fidem ſpecialem non acceptetis?

ROMANO-CATHOLICVS.

Non poteſt Cal. doctrina conciliari cũ remiſs. peccatorum.

1. RESPONDEO I. & quæro, quomodò vos Reformati ſanè creditis articulum Symboli Apoſtolici, de remiſſione peccatorum, quum dicatis omnia opera noſtra, peccati maculâ eſſe conſperſa, etiam quantumuis ſanctorum virorum optimos actus, carnis impuritate manere pollutos, corruptos, & fæce conſperſos: nos denique ab

ab originali peccato non eximi, non ab alijs peccatis ſolui, ſed duntaxat imputatione iuſtitiæ Chriſti tegi, neque ad culpam vel pœnam imputari, prout fusè docet Archirabbi veſter Cal. lib. 3. Inſtitut. cap. 14. §. 9. 10. 11. &c. Item, lib. 4. cap. 15. §. 10? Quæ omnia euertunt realem peccati remiſſionem: maximè tamen id aſſerit, lib. 3. Inſtitut. cap. 3. §. 10. vbi excuſsâ D. Auguſt. ſententiâ de concupiſcentia in renatis.

2. *Docemus* (inquit) *in Sanctis, donec mortali corpore exuantur, ſemper eſſe peccatum.* Et §. 11. *Quod autem Deus Eccleſiam ſuam purgare ab omni peccato dicitur, quod eam liberationis gratiam per Baptiſm. pollicetur, & in electis ſuis implet: ad reatum potiùs referimus, quàm ad ipſam peccati materiam: Præſtat hoc quidem Deus, ſuos regenerando, vt peccati regnum in ipſis aboleatur (virtutem enim ſpiritus ſubminiſtrat, quâ ſuperiores in certamine, victoreſq; fiant) ſed regnare tantum, non etiam habitare deſinit:* Item poſt pauca: *Et illas quidem* [peccati reliquias] *fatemur non imputari, ac ſi non eſſent.*

Calu. docet ſemper in homine etiam ſancto, manere peccata: ſed non imputari.

Similia habet paragraphis inſequentibus: Ex quibus corollariè ſequitur, peccata abſolutè non remitti; implicat enim euidentem contradictionem, peccatum ineſſe, & tamen ad culpam non imputari, de quo poſteà latius, *Quære* 43. num. 7. *Quære* 81. num. 7. & 8.

RESPONDEO ET DICO II.

3. QVIA hortamur omnes firmiter credere, certoque ſtatuere, quod ſit remiſſio peccatorum in Eccleſia, quodque remiſſionem hanc, & nobis, & vobis, quinimò Iudæ proditori, & ſingulis adeò mortalibus, etiam ijs, qui vel iam ſunt, vel deinceps etiam futuri ſunt apud inferos, abundè

Catholici firmiter credūt peccatorum remiſſ.

dè Chriſtus promeruerit vniuerſis, qui pendens in cruce, factus *eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi,* 1. Ioan.2.2. Vt autem credamus, omnes hanc remiſſionem de facto eſſe cōſecutos; non nos, ſed Scriptura credere vetat, vt dictum eſt ſuprà. Guſtauit quidem Chriſtus mortem pro omnibus, ſed mortis illius pretioſæ fructum, non omnes ſibi applicare conantur: *Factus eſt cauſa ſalutis omnibus,* ſed addit Scriptura: *Obtemperantibus ſibi.* Hebr.5.9.

Catholicus non credit remiſs. peccati ſibi in particulari factam.

4. Credo ergo firmiſſimè remiſs. peccatorum, verùm non mihi in particulari & priuato, ea eſſe remiſſa, ſed Eccleſiæ remittendi poteſtatem conceſſam. Admitto promiſſa diuina de peccatorum remiſſione, iuſtitia, vita æterna, & ſimilia, quæ generaliter enuntiantur, ad ſingulos homines pertinere, ſcilicet quantum in Deo ſitum eſt, qui ſine acceptione omnibus dat affluenter; verùm eâ cōditione, vt cōdignam pœnitentiam concipiamus, & Dei mādata, ad finem vſque vitæ, cuſtodiamus; Ezech.18.21. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vitâ viuet, & non morietur.* Item, *Eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Matth 10.22.

Incertitudo perſeuerātiæ magna.

5. Verùm quia homo incertus eſt de ſua iniuſtitia ac virtutibus perſeuerantia, incertus eſt & de ſalute, Apoc.3.11. *Tene quod habes vt nemo accipiat coronam tuam.* Exciderūt enim Saul, Salomon, Iſcariotes, &c. Quinimò Paulus Alciatus, Sartorius, Blādrata, Socinus, Liſmannus, alijque plures ſocij veſtri Caluiniani, abiuratâ hâc fide ſpeciali, in turpiſſimum Mahumetiſmum & Atheiſmum (referentibus

Caluiniſtæ quidam Turcæ facti.

Digitized by Google

tibus Bezâ hiſtor. de Valentino Gentil. & Caluino Turciſmo, lib. 1. cap. 1.) ſunt deuoluti.

6. Concidit proinde atque apertè falſitatis conuincitur Caluinianæ Theol. baſis, & Maxima generalis, *fides ſpecialis ſemel obtenta nunquam perit*: vt egregiè id demonſtrat eruditiſs. D. Petrus Cudſemius in ſuo Hyperaſpiſte. Taceo multos è veſtris, ad fidem noſtram Romano-Catholicam, (in qua & vitam clauſerunt) tranſijſſe, qui proinde ex veſtra doctrina, æternæ obnoxij ſunt damnationi. O crudelitatem infandam! *Falſitas cuiuſdã Axiomatis Caluiniani, ex l. 3. Inſtit. cap. 2. variis §§.*

Obiectio I.

Quid igitur? Deſperare non iubes?

Spongia.

7. Abſit: ſicut enim conſtanter negamus teneri aut poſſe quemquam firmiter credere, certoque ſtatuere ſibi peccata remiſſa eſſe: ſic non minus conſtanter affirmamus, teneri quemlibet fidelem quod in ſe eſt, firmâ & certâ ſpe exſpectare, in hac quidem vita, per Baptiſmum & pœnitentiæ ſacramentum, peccatorum remiſſionem, in ſæculo autem futuro, vitam æternam. Quam ſpem niſi firmam & ſolidam habuerimus; fruſtrà Chriſtiani ſumus. *Quid ſperare teneatur Chriſtianus.*

Obiectio II.

Paradoxum aſſeris, quum firmiter credere, certoque poſſe ſtatuere negas, firmâ autem & certâ ſpe vnumquemque eſſe iubes, quod in præſenti peccatorum remiſſionem, in futuro verò ſæculo vitam ſit accepturus æternam.

Spongia.

8. Nego aſſumptum: nihil enim à nobis rectè & Catholicè creditur, cui falſum poſſit ſubeſſe; fides quippe eſt *ſperandarũ ſubſtantia rerum, argumen-* *Differentia inter credere & ſperare.*

Digitized by Google

ſuorũ remiſs. peccatorum.

tum non apparentium: fidei ratio, in veritate tanquã à Deo reuelata, eſt ſita; quæ proinde nec fallere poteſt, nec falli. Speramus autem etiam ea rectè, quæ aliter nonnunquam euenire poſſunt, quippe ſpei ſufficientiſſima ratio conſiſtit in poſſibilitate eius rei acquirendæ, quam ſecundùm Dei mandatum ac promiſſum ſperes.

Quoniam ergo fieri poteſt, quinimò in magnis peccatoribus, peccatis onuſtam conſcientiam circumferentibus, Deo ingratis, & tanquàm ſi iuſtorum opera haberent, ſecurè agentibus, ſæpiſſimè contingit, vt credat aliquis firmiter, certoque ſtatuat, ſe eſſe in gratia, ac vitam æternam conſecuturum, ideoque hæc eum opinio fallat; ſperare iubemur magis quàm credere certum & particularem iuſtitiæ actualis obtentum.

V. QVARE,

De fide informi Peccatorum.

GEVZA REFORMATVS.

Caluin. lib. 3. Inſtit. cap. 2. §. 8. 9. 10. &c. & in Antid. contra Concil. Trid.

Quare Papiſtæ affirmant fidem in peccatoribus manere à charitate ſeiunctam, contra Scripturæ & Patrum tenorem?

ROMANO-CATHOLICVS.

Sæpè fides ſeparatur à charitate.

I. RESPONDEO ET DICO. QVIA Orthodoxa doctrina eſt, veram fidem Theologicam, quam Apoſt. Hebr. 11. 1. definit, *Sperandarum ſubſtantiam rerum, argumentum non apparentium*, ſucceſſiuè cum charitate & ſine ea poſſe conſtare, adeò vt eadem ſpecie & numero fides poſſit eſſe (diuerſo tamen tempore) formata & informis: quicquid in contrarium, ſed inefficaciter produxerit

Calu.

Digitized by Google

Calu. ſupr. vbi nugatoriã hanc fidei diſtinctionem definit, atque in Sophiſtarum (ſcilicet Pontificiorum) ſcholis volitantem irridet.

2. Accedat verò is humanorum & diuinorum irriſor, ad S. Paginæ fontes, ſano palato deguſtandos, profectò non grauatè inueniet, eundem numero habitum fidei, poſſe habere ſtatum meritorium, & non meritorium, & ſic chacinnus ceſſabit. Primò namque Matth. 7. Chriſto in peccatoribus agnoſcens fidem, multos ſibi perhibet dicturos in illa die, generalis ſcilicet iudicij vel particularis, verſ. 22. *Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos.*

Fides formata & informis.

3. *Nunquam*, hoc eſt, ne tunc quidem, quando in fide & ex fide nominis mei, miracula edebatis, ſed vitam dictationi fidei difformem, ac peccatis contaminatã, ducebatis, ad inſtar peritiſſimi medici, qui licèt non ignorantiã, ſed fragilitate naturæ, artis, quam callet, præcepta violet, intemperanter viuendo, medicam tamen ſcientiam non amittit: ita Chriſtianus, ita Prophetæ, ita fideles ſanâ fide inſtructi, ſed in fidei decreta peccantes, nec fidem amittunt, nec fideles, Chriſtiani-ve eſſe deſiſtunt; à regno tamen cœlorum excludentur, ſolo charitatis & operum defectu.

Simile de medico ex fragilitate, contra artis ſua præcepta peccante.

4. Secundò Matth. 22. qui intrauit ad Regis conuiuium *non habens veſtem nuptialem*, mittitur in tenebras exteriores, non fidei, non Baptiſmi, (per quæ in Eccleſiã intrârat & manebat) at ſolius veſtis nuptialis, id eſt charitatis defectu, ſic exponentibus Orthodoxis Eccleſiæ Senatoribus, ſignanter D. Gregor. homil 28. in Euangelia.

Quid veſtis nuptialis.

Tertiò, ad omnes excludendas dubitationum

Digitized by Google

tenebras, *Si habuero*. (inquit Paul. 1. Corinth. 13. 2.) *omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum,* videlicet ſecundum eſſe gratiæ. Nec valet hîc magiſtelli veſtri Caluini exceptio, quaſi Apoſtolus non de Catholica, ſed miraculorum fide, ſeu fiducia, ad patranda miracula, hîc loquatur; quippe qui abſolutè *omnem fidem* dicit, omnem inquam, extenſiuè, intenſiuè firmiſſimam, perfectiſſimam, intentiſſimamque. Deinde quum in fine cap. verſ. 13. concludat: *Nunc autem manent, Fides, Spes, Charitas: tria hæc, maior autem horum eſt charitas*, de illa proculdubio fide loquitur, cuius antè in eodem capite meminerat, ſicut de eadem loquitur charitate, de qua antè. Conſtat autem ipſum in ea concluſione, fidem Catholicam cum charitate comparaſſe.

Fruſtranea Cal. euaſio.

5. Quartò Iacob. 2. 14. *Quid proderit fratres mei; ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides ſaluare eum?* Eſt ne aliquis tam abſurdus Chriſtianus, qui exiſtimet fidem etiam veram abſque operibus poſſe iuſtificare?

Concinunt eidem veritati Patres omnes, qui hac de re ſcripſerunt: duo ergo præ reliquis tibi ſatisfaciant: Iren. lib. 4. cap. 25. ex ſententia Apoſtoli affirmat, *Neque agnitionem* (vt ait) *ſine dilectione, quæ eſt erga Deum, praſtare aliquid, neque myſteriorum comprehenſionem, neque fidem, neque prophetiam, ſed omnia vacua & fruſtrata eſſe, ſine dilectione.* Sic D. Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 18. *Sine charitate fides poteſt eſſe, ſed non & prodeſſe.*

Fides ſine Charitate eſſe, ſed non poteſt prodeſſe.

6. Quid adhuc egemus teſtibus? Sanè quum fide ab infidelibus diſtinguãtur fideles, ſi fidem perdãt peccatores, vtique infideles, atque, Ethnicorum more, ab Eccleſia erunt ſeparati, cuius tamen contra-

Digitized by Google

cõtrarium varijs dogmatibus parabolicis demonſtrat Script. quæ ſicut in eodem agro, zizania cum tritico, in eadem ſagena, malos & bonos piſces, in eadem domo, fatuas atq; prudentes virgines, &c. comprehenſas enarrat; ita non obſcurè, peccatores ad Eccleſiam pertinere, docet.

7. Fidem ergo charitate formatam eſſe vel informem, planè accidit illi, neque ad eius pertinet eſſentiam: ex ſola verò pendet voluntate eius, cui charitas ineſt. Falluntur proinde hæretici contrarium inſulſiſſimè obtrudentes; quum enim veram fidem præcipuè ſitam arbitrentur in illa perſuaſione, quâ certò quis ſibi perſuadeat atque cõfidat, propter imputatam Chriſti iuſtitiam, ſibi de facto remiſſa eſſe peccata, donatamque gratiam & charitatem, perſuaſio verò illa eorundem iudicio ſit veriſſima; non putant hanc fidem vmquam à gratia & charitate ſeparari. Verùm fundamento falſo, atque à nobis ſuprà euerſo, fragilem hanc indiuidui, fidei ſpecialis ac gratiæ, comitatus, ſuper imponunt molem.

Charitate formatã, vel informẽ eſſe, accidit fidei.

Fundamentũ Hæretic. quo putant fidem inſeparabilẽ eſſe à charitate, explicatur.

Nunc argumentorum partis aduerſæ terebella retundamus.

Obiectio I.

8. Fides conſiſtit in notitia Chriſti, Chriſtus autem niſi cum Spiritus ſui ſanctificatione, cognoſci poteſt, ergo fides nullo modo à charitate poteſt ſeparari; *corde creditur ad iuſtitiam*, Rom. 10. 10.

Spongia.

Nemo minorem, ſi intelligas ſanctificationem ſpiritus, charitatem includentem; illud autem, *Corde creditur ad iuſtitiam*, deſignat fidem eſſe medium ad iuſtitiam impetrandam, non verò neceſſariò vel ſemper ipſum iuſtitiæ ac charitatis actua-

Digitized by Google

lem ſtatum inuoluere. Alij exponunt de pio voluntatis affectu ad credendum requiſito, non tamen neceſſariò actui charitatis annexo.

Obiectio II.

Fides ſine operibus mortua eſt, Iacobi 2.20. Ergò ſicut homo mortuus, non eſt verus homo; ita nec fides in peccatoribus, operibus & charitate deſtituta, vera eſt fides.

Spongia.

Fides mortua à D. Iacobo, comparatur corpori mortuo, non homini mortuo.

9. Nulla eſt, mi Geuza, ſequela, quum Apoſtol. mortuam fidem, non homini mortuo, verùm corpori tali aſſimilet, verſ.26. *Sicut enim corpus,* ait, *ſine ſpiritu mortuum eſt,* (quoad vitales operationes, licèt non deſinat eſſe verum corpus) *ita & fides ſine operibus mortua eſt,* quoad vtilitatem, meritum, iuſtitiam & ſalutem, licèt non deſinat eſſe vera fides: ita nihil hæc ratiuncula Calu. conuincit, vti nec *Credere dæmonum*, fidei informi, ab Apoſt. verſ.19. collatũ, non per omnia, ſed in ratione meriti atque vtilitatis, ad aſſequendam ſalutem.

Credere dæmonum.

Obiectio III.

Patres in quorum verba toties iuras, docent fidem abſq; operibus non eſſe veram fidem, Cypr. lib. de Simplicitat. Prælat. Beda in cap. 2. Iacobi, & alij, ergò.

Spongia.

Quomodo Patres negent fidem informem eſſe veram fidem.

10. Negant talem eſſe viuam, id eſt, veram, atque perfectam, qualis eſſe deberet: ſic gaudium aliquod minus, dicimus, non eſſe verum gaudium. Sic Hierony. in cap. ad Galat. *Cum dilectio procul abfuerit, & fides pariter abſcedit*; non quoad eſſentiam, ſed perfectionem & vitam.

VI.

VI. QVARE,

De Miraculorum neceſſitate.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ in noſtræ fidei Reformatæ confirmationem, miracula requirunt, quum ea olim per Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, miraculosè ſit confirmata, adeò vt nouis non ſit opus.

Calu. Præfatio. Inſtit. ad Frãciſc. Gallor. Regem.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro, cur ergo Mart. Lutherus tertius veſter Elias dictus, in ſui Euangelij confirmationem, ad miracula prouocauit, dum Wilhelmum Neſenum in Albi ſubmerſum, ſpe miraculi, certis, ſed fruſtraneis quibuſdam verborum religioſorũ inſuſurrationibus, à morte excitare tentauit, referente oculato Pſeudo-miraculoſæ factionis teſte, Staphylo, in Abſoluta reſponſ. Cur inquam, ad extraordinarium ſuadendi medium conuolauit, ſi antiquum eius doctrina obtinuit?

M. Lutherus mortuũ fruſtra nititur excitare.

2. Quare ad idem Pſeudo miraculoſæ machinationis argumentum, in doctrinæ ſuæ, de Prædeſtinatione, aſſertionem prouocauit, Caluinus, teſte Hieron. Bolſeco, in vita eius, cap. 13. qui ſicut Epiſt. dedicatoriâ, Reuerendiſs. Domino Petro de Eſpinaco, Archiepiſcopo & Comiti Lugdunen. Franciæque Primati inſcriptâ, Deum teſtatur, nihil ſe libro iſto complexum, quod inuidiâ aut odio cuiuſpiam, contra conſcientiam, incitatus ſcripſerit; ſed quæcumque ſcribit, omnia veritate niti, & vel ex tabulis & teſtimonijs, manu ipſius Caluini cõſcriptis ſe deprompſiſſe, vel referentibus maximæ

Proteſtatio Hieronym. Bolſeci.

Digitized by Google

lem ſtatum inuoluere. Alij exponunt de pio voluntatis affectu ad credendum requiſito, non tamen neceſſariò actui charitatis annexo.

Obiectio II.

Fides ſine operibus mortua eſt, Iacobi 2.20. Ergò ſicut homo mortuus, non eſt verus homo; ita nec fides in peccatoribus, operibus & charitate deſtituta, vera eſt fides.

Spongia.

Fides mortua à D. Iacobo, comparatur corpori mortuo, non homini mortuo.

9. Nulla eſt, mi Geuza, ſequela, quum Apoſtol. mortuam fidem, non homini mortuo, verùm corpori tali aſſimilet, verſ.26. *Sicut enim corpus*, ait, *ſine ſpiritu mortuum eſt*, (quoad vitales operationes, licèt non deſinat eſſe verum corpus) *ita & fides ſine operibus, mortua eſt*, quoad vtilitatem, meritum, iuſtitiam & ſalutem, licèt non deſinat eſſe vera fides: ita nihil hæc ratiuncula Calu. conuincit, vti nec *Credere dæmonum*, fidei informi, ab Apoſt. verſ.19. collatū, non per omnia, ſed in ratione meriti atque vtilitatis, ad aſſequendam ſalutem.

Credere dæmonum.

Obiectio III.

Patres in quorum verba toties iuras, docent fidem abſq; operibus non eſſe veram fidem, Cypr. lib. de Simplicitat. Prælat. Beda in cap. 2. Iacobi, & alij, ergò.

Spongia.

Quomodo Patres negent fidem informem eſſe veram fidem.

10. Negant talem eſſe viuam, id eſt, veram, atque perfectam, qualis eſſe deberet: ſic gaudium aliquod minus, dicimus, non eſſe verum gaudium. Sic Hierony. in cap. ad Galat. *Cum dilectio procul abfuerit, & fides pariter abſcedit*; non quoad eſſentiam, ſed perfectionem & vitam.

VI.

Digitized by Google

VI. QVARE,

De Miraculorum neceſſitate.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ in noſtræ fidei Reformatæ confirmationem, miracula requirunt, quum ea olim per Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, miraculosè ſit confirmata, adeò vt nouis non ſit opus. *Calu. Præfatio. Inſtit. ad Frãciſc. Gallor. Regem.*

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro, cur ergo Mart. Lutherus tertius veſter Elias dictus, in ſui Euangelij confirmationem, ad miracula prouocauit, dum Wilhelmum Neſenum in Albi ſubmerſum, ſpe miraculi, certis, ſed fruſtraneis quibuſdam verborum religioſorũ inſuſurrationibus, à morte excitare tentauit, referente oculato Pſeudo-miraculoſæ factionis teſte, Staphylo, in Abſoluta reſponſ. Cur inquam, ad extraordinarium ſuadendi medium conuolauit, ſi antiquum eius doctrina obtinuit? *M. Lutherus mortuũ fruſtra nititur excitare.*

2. Quare ad idem Pſeudo miraculoſæ machinationis argumentum, in doctrinæ ſuæ, de Prædeſtinatione, aſſertionem prouocauit, Caluinus, teſte Hieron. Bolſeco, in vita eius, cap. 13. qui ſicut Epiſt. dedicatoriâ, Reuerendiſs. Domino Petro de Eſpinaco, Archiepiſcopo & Comiti Lugdunen. Franciæque Primati inſcriptâ, Deum teſtatur, nihil ſe libro iſto complexum, quod inuidiâ aut odio cuiuſpiam, contra conſcientiam, incitatus ſcripſerit; ſed quæcumque ſcribit, omnia veritate niti, & vel ex tabulis & teſtimonijs, manu ipſius Caluini cõſcriptis ſe deprompſiſſe, vel referentibus maximæ *Proteſtatio Hieronym. Bolſeci.*

Digitized by Google

auctoritatis viris cognouiſſe, vel ſuis oculis conſpexiſſe, manuq; palpaſſe; ita præfatam prouocationem hoc ordine narrat.

Horrenda prædeſtinatio lapſus Adæ ſecundum Caluin.

3. Anno 1552. quum intellexiſſet Calu. Eccleſias Tigurinam & Baſileenſem, ſuam de Prædeſtinatione ac prædeterminatione lapſus Adæ, doctrinam non approbare; antequam is nuntius, qui ab illarum Eccleſiarum Dominis, cum literis hac de cauſa Geneuam miſſus fuerat, aduenisſet, omniũ Miniſtrorum tam intra quàm extra Geneuam degentium, indicit & congregat cœtum in templo D. Petri, adeoque Feriâ ſextâ antè Domini Natalem. Quid fit? Efficit vt doctrinam hanc & quicquid de prædeſtinatione æterna damnatorum, eorumque qui ſaluandi eſſent, ab ipſo ſcriptum, extaret, hi ſic coacti, ſuo calculo atque ſuffragio probarent. In quem finem, hanc vafram & ſubdolam cõminiſcitur factionem; quâ ſtatim vſus eſt, dum quendã, cui Brulleus nomen, & Patria, Oſtunum, in vitam reuocare molitur, vt Sancti ac glorioſi Dei Prophetæ, miraculorumque Patratoris nomen ſibi conciliaret ac famam.

Aſtutia Caluini.

Brulleus à morte ſubdolè excitandus, Oſtuno oriundus.

Hiſtoriam verò his verbis proſequitur Bolſecus ſup.

4. *Is Brulleus Oſtuno Geneuam, vigentis illic Religionis ſtudioſus, demigrârat, & quum inops eſſet atque pauper, vterque ipſe, & vxor, Caluini gratiam aucupabantur, vt ei commendati peculÿ pauperum, cuius ipſe loculos geſtabat, eleemoſynarumq; fierent participes. Eis Caluinus vitæ ſubſidia benignè pollicetur, aliÿſque in rebus ſe adiuturum promittit, ſi ipſi contra, ſuam operam ſibi non negarent ad rem quandam, quam per eos fieri vellet: ſed opus eſſe fide, & magnâ taciturnitate. Viciſſim autem illi ad hoc, quod iubere vellet, promptos ſe offerunt. Et quemadmodum à Caluino edoctus*

Brulleus pauper decipitur à Calu.

Brulleus ſimulat mortuũ.

edoctus inſtructuſq; fuerat, miſer hic Brulleus morbum ſimulat, & ſe in lectum abijcit. Miniſtri pro concione, Populo commendat, vt precibus iuuarent, & eleemoſynis paupertati ſuccurrerent.

5. Non diu poſt, perſonam mortui inducit, & quidem mortuum ſe ſimulat. Hic Caluinus clam admonitus, quaſi tamen omnium rerum ignarus, deambulatum prodit, ſed comitatus pro more ſuo, magnâ cateruâ amicorum, qui ipſi ſingulariter coniuncti & ſummè intimi eſſent, ſine quibus vix pedem domo efferebat. Poſtquam autem eò ventum eſſet, vbi clamores & eiulatus vxoris, quæ miſellam & deſolatam aliquam mulierem egregiè exprimebat, exaudiret, quidnam hoc eſſet ſciſcitatus, domum ingreditur; vbi ingenua ipſe & reliqua caterua prouoluitur, precibuſq; altâ voce profuſis, Deum obteſtatur, potentiam ſuam vt declarare, & mortuo huic vitam reſtituere, gloriamq; ſuam ſic vniuerſo populo declarare vellet, ſimulq; manifeſtum facere, ſe Caluinum, peculiarem, ſibiq; gratum ſeruum eſſe, & à ſe ad Euangelij ſui miniſterium, atque Eccleſiæ Reformationem, ſingulariter & verè vocatum.

Brulleus Caluini conſilio, mortem ſimulat.

Vafricies Caluini.

Finis Pſeudomiraculi Caluiniani.

6. Poſt quas preces ad mortuum appropinquat, & miſeri hominis manu apprehenſa, in Dei & filij eius Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine imperat, vt ſe erigere, Deiq; ſic gratiam manifeſtam faceret. Repetit iterum, ſæpiuſq; eoſdem ſermones, voce etiam altius eleuata.

Calu. imperat Brulleo, vt reſurgat.

Quid fit? neque audit, neque loquitur, neque ſe commouet mortuus, iuſto enim Dei iudicio qui fucos mendaciaq; deteſtatur, is qui ſe mortuum ſimulabat, verè eſſe mortuus repertus eſt; & vxor quicquid eum agitaret, quomodocunq; eum impelleret, neque vocem extorquere, neque vt ſe commouerit, efficere potuerit, ſed totus frigebat, rigebat totus.

Brulleus ſimulans mortem, verè mortuus inuenitur.

Quo animaduerſo, plorare, vlulatus ſeriò edere, & ex animo cœpit vxor, & in Caluinum inuecta, impoſtorem eum, ſicarium, latronem, qui maritum interemiſſet, appellans,

Vxor Brullei inuehitur in Caluinum.

Digitized by Google

pellans, ex ordine rem, quomodo erat geſta, clarâ altâq; voce expoſuit.

7. *Quæ quum neque admonitionibus vllis permoueri, neque minis ſatis terreri poſſet, vt taceret, Caluinus apud maritum mortuum eâ relictâ, illinc ſe ſubduxit, in vulgus ſpargens, mœrore ex mariti obitu deliram, ideoq; excuſandam, & hoc illi indulgendum eſſe. Certum hoc eſt, conuentum cum ea deinde, vrbe vt excederet, & eſt ipſa Oſtunum reuerſa, nupſitq; poſteà Miniſtro, quem Couldræum vocabant.*

Excuſatio friuola Caluini.

Negent autem hoc (addit Bolſec.) *quantum velint Caluini mancipia, exploratum & cognitum ſatis fuit, veritaſq; rei ſatis probata, immo per ipſammet vxorem confirmata, quæ nihil minus erat quàm mente capta; vt quæ nihil loqueretur abſonum, neque quod à ratione alienum eſſet.* Hactenus Bolſecus.

Certitudo Pſeudo-miraculi Calu.

Hic iterum quæro, ſi Orthodoxam fidei doctrinam diſſeminare ſibi conſcius erat Caluinus, ſi nouam non inuehebat, ſi næuos duntaxat Papiſticæ eluebat Eccleſiæ, cur ad inſolitũ, inauditum, totique mundo ſtupendum, tam Pſeudo-miraculoſæ operationis confugit teſtimonium.

8. An non eiuſdem factionis conſortem, vterque habuit quendam Anabaptiſtarum Principem atque Anteſignanum? Habuit planè in certo Polonici Regni diſtrictu; vbi (referente Thom. Boſio de ſignis Eccleſ. Dei, lib. 5. cap. 2.) Catabaptiſticos omnes congerrones ſuos vndique conuolantes, Anteſignanus ad ſuum inuitauit Baptiſmum, fore affirmans, vt actio tota miraculis Diuinitus illuſtraretur, & Spiritus ſanctus adeſſet. Aduenêre die & loco indictis, inuitati Pſeudo-Euangelici fratres, primus in lauacro pedem ponit Anteſignanus ille: Sed loco Spiritus ſancti, ſpiritus veritatis,

Quidã Anteſignanus Anabaptiſt. miracula fruſtra promittit.

Digitized by Google

ritatis, ſpiritus cœleſtis; ecce diabolum horrendâ facie omnibus ſe offerentem (is enim eſt omnium Reformatorum & Geuziorum Miniſtrorum Spiritus ſanctus, veriùs illuſorius) qui ſtatim capillis apprehenſū impoſtorem, in aërem tollens, aquis, ad inſtar Baptiſmi adminiſtri, immergens atque allidens, tandem perterritis atque exanimatis vniuerſis, ſuffocauit.

Quis Spiritus S. Reformatorum Geuziorom, & Miniſtrorum.

Diabolus egregiè Anabaptiſtam rebaptizat.

9. Mirabile huiuſmodi Magiſtros, atque Euangelicæ veritatis Architectos, ad tales miraculorū confugere demonſtrationes, ſi dogmata non afferant noua, ſed antiqua, ſed ſyncera.

RESPONDEO ET DICO II.

MEritò à vobis, Reformati & Geuzij Miniſtri, maximè Archirabbini, authenticas ſupernaturalium ſignorum ac miraculorum literas, vulgò, dimiſſoriales, dictas poſtulamus; QVIA & abſolutè nouam, adeoq; ex diametro, priori mille quingentorum annorum, repugnantem fidem ſubuexiſtis, & ordinariâ per legitimam ſucceſſionem atque ordinationem, miſſione contemptâ, extraordinariam, quæ eſt per ſpiritum excitantem, excepiſtis. Quibus caſibus iam inde à naſcentis Eccleſiæ antiquæ & nouæ exordio, ſemper miraculis opus fuiſſe, nemo negat, niſi qui nihil in S. Pagina legit.

Miraculis opus in noua doctr. Profeſſione & extraordinaria miſſione.

10. Mittitur ad Pharaonem Moyſes noua mandata & viſionem Diuinam perlaturus; at non niſi miraculoſæ poteſtatis ei prius communicato ſigillo, *vt credant*, inquit Script. Exod. 4. 5. *quod apparuerit tibi Dominus Deus Patrum tuorum.*

Moyſes mittitur cum miraculis.

Mittitur ad inauditi & à ſæculo abſconditi Incarnationis Sacramenti annuntiationem D. Ioannes

Circa Ioan. Baptiſt. per-

ſonam facta miracula.

nes Baptiſta; ſed cuius perſonam multa & ſublimia miracula, decorârunt.

Chriſtus mittitur cum ſignis.

Mittitur IESVS Dei filius, qui tamen ſemetipſum non clarificauit vt Pontifex (cuius munus eſt offerre & prædicare Hebr. 5. 1. & 2.) ſed expectauit, donec Pater diceret; *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*, Pſalm. 109. 4. *Et apertis cœlis vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam; & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Vt non immeritò poſteà veritati (ad quam miſſus erat) perhibens teſtimonium, dicat; *Ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me*, Ioan. 5. 36. Et, *Si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis, &c.* Ioan. 10. 38.

Apoſtoli mittuntur cum miraculis.

11. Mittuntur in vniuerſum Orbem, ad noui Euangelij diſſeminationem Apoſtoli atque diſcipuli; ſed non niſi à Chriſto ſummo totius Eccleſiæ Præſide, Euangelizandi, Baptizandi, conſecrandi, offerendi, abſoluendi, ligandi, &c. Poteſtate acceptâ, & miraculâ faciendi, gratiâ gratis datâ, comitatâ: teſte Matth. 10. 1. *Dedit*, ait, *illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem*, & infr. verſ. 7. *Euntes autem prædicate dicentes: quia appropinquauit regnum cœlorum: Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, &c.*

Prophetæ mittuntur cum miraculis.

Miſſi denique extraordinariè fuêre varij Prophetæ, ſed non niſi ſignis & virtutibus, eorum miſſionem Deo conteſtante; congruo ſanæ Diuinæ prouidentiæ modo, vt egregiè diſputat magnus Eccleſiæ Doctor D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. cap. 8.

12. Niſi enim miſſio, prædicatio & doctrina ſingularis, hoc eſt, à recepta communiquę orbis ſen-

tentia

tentia abhorrens, eorumque qui auctoritate, ſecundum iudicium humanum, cæteris inferiores videbantur, miniſterio propoſita, miraculis diuinitus comprobaretur; certè non poſſet huiuſmodi doctrina prudenter recipi, ab his præſertim, qui rationem ipſam doctrinæ, per ſe nequeunt dijudicare, ſed auctoritate potiſſimùm docentis debent commoueri; quo caſu ſi miracula, ingenij, rationes diſcutientis, inſufficientiam ſupplentia, deſint, neſcio, quomodo ſe prudenter in docentis partem inflectent: cui veritati vel Zwinglius ipſe to.2. de Eccleſ. cogitur ſubſcribere: *Quotquot*, ait, *docendi, concionandiq́ue functionem vſurparunt, vel mirificis oſtentis, à Deo vocati fuerunt & confirmati, vel Paſtorum Eccleſiæ electione.*

Ratio cur miraculis in extraor. miſſione & doctr. opus.

Zvvinglius miracula requirit.

13. Cedite iam, Luthere, Caluine, Menno, Pacimontane, Rottemanne, cedite Geuzæ, cedite Reformati, cedite Quinteuangelici Miniſtri; quippe qui ordinariâ per legitimam ſucceſſionem atque Eccleſiaſticam Ordinationem, miſſione contemptâ, *Vos Præpoſitos ſine vlla Ordinationis Lege conſtituiſtis, qui nemine Epiſcopatum dante, Epiſcopi vobis nomen aſſumpſiſtis*, *vt exprobrat* Cypr. lib. de Simplicit. Prælatorum: *Qui (manente verò Paſtore, & in Eccleſia Dei, ordinatione ſuccedaneâ, præſidente) nemini ſuccedentes, & à vobis ipſis incipientes, alieni eſtis & prophani; Dominicæ pacis ac Diuinæ vnitatis inimici*, eodem auctore Cypr. lib. 1. Epiſt. 6.

Ordinaria miſſio fit per ordinationẽ & ſucceſſionem.

Scio Caluinum lib. de vera Eccleſ. Reformandæ ratione, docere; *Deum extra ordinem excitaſſe ſuo ſpiritu Prophetas & alios Miniſtros, qui collapſam dirutamq́ue Eccleſiam reſtituerent. Vtq́ue olim in Synagoga* (inquit) *extraordinario ſuo ſtatu, ſuſcitauit Prophetas:*

14. *Sic noſtris temporibus, ceſſante hominum operâ, ſolus* ipſe

ipſe conſtituit Prophetas (Lutherum, Zvvinglium, &c.) qui Eccleſia ædificandæ erant neceſſarij.

Scio Bezam in reſponſ. Saincteſij, vocare, *Lutherum, Eximium Dei organum, toto ore Diuinitus inſpiratum, ſeruum Dei admirandum in diebus noſtris, in quo qui Dei ſpiritum non ſentit, nihil ſentit,* inquit.

Arrogantia Caluini.

Scio Caluinum inter hoſce lubenter cooptari Prophetas; nam ſæpè in has voces pro concione eum prorupiſſe, ſcribit Hieronym. Bolſecus ſup. *Ego,* inquiens, *Propheta ſum, ego Dei ſpiritum habeo, ego à Deo miſſus ſum, ego errare non poſſum, & ego ſi erro, tu es Deus qui me propter peccata huiuſce Pop. in errorem mittis & decipis.*

Omnes Miniſtri Reformati ſunt illegitimè miſſi.

15. Cedere tamen omnes oportet Eccleſiæ Romano-Catholicæ, & tanquã meros Pſeudo-prophetas exulare, quippe qui abſque vllo extraordinariæ Miſſionis ſigillo Diuino, (quod eſt miraculum, nouam legem, nouum, & quintum Euangelium, nouam fidei doctrinam promulgârunt, nouam ac ſuperioribus ſæculis inauditam, Religionem, introduxerunt. Aſſumptum confirmo; Omni enim ſuperiori ſæculo vera Dei Eccleſia docuit atque inconcuſsâ fidei traditione, haſce ad nos veritates deriuauit: I. Deum ab æterno præſciuiſſe quidem, non tamen in particulari præordinâſſe, voluiſſe, atque antè præuiſam arbitrij creati determinationem, omnia etiam mala & peccata, prædefiniuiſſe; II. Primum hominem, Dei permiſſu, non ordinatione, non prædeſtinatione, lapſum eſſe; III. Deum nullum ad æternam damnationem decreuiſſe creare, abſque vllo ad futura opera mala reſpectu, ſolummodo vt in ijs damnandis & puniendis ſuam monſtraret iuſtitiam. IIII. Deum nullo modo auctorem eſſe peccati;

Varij articuli doctr. Orthodoxæ ab aduerſariis negati.

cati V. Filium Patri in Diuinis non eſſe ſubiectū. VI. Fidem vel fiduciam ſolam non ſufficere ad iuſtitiam. VII. Eſſe liberum arbitrium. VIII. Homines verè & ex condigno mereri. IX. Nullum in hac vita, extra peculiarem reuelationis articulum, certum eſſe de remiſſione peccatorum & iuſtitia actuali. X. In iuſtificatione peccata abſolutè remitti, non imputatâ iuſtitiâ Chriſti duntaxat tegi. XI. Concupiſcentiæ fomitem in renatis, non eſſe veri nominis peccatū. XII. Legem Dei ſeruatu eſſe poſſibilem. XIII. Traditiones vt Dei verbum acceptandas. XIIII. Pontificem eſſe caput Eccleſiæ. XV. Sacramenta numero ſeptem, dignitate imparia, à Chriſto duntaxat inſtituta, gratiam habitualem conferre ex opere operato omni obicem non ponenti; Tria autem characterem indelebilem imprimere. XVI. Baptiſmum omnibus etiam paruulis, neceſſitate medij, ad ſalutem eſſe neceſſarium. XVII. In Euchariſtia ſubſtantialiter & realiter ſub ſpeciebus panis & vini eſſe corpus & ſanguinem Chriſti. XVIII. Eſſe Sacrificium Miſſæ. XIX. Eſſe purgatorium. XX. In pœnitentia, ab homine, auctoritate Diuina, peccata remitti. Haſce & plurimas alias fidei doctrinas, iam inde à temporibus Apoſtolorum certò Eccleſia credidit, in varijs Concilijs definiuit, cōtrarium ſentientes anathemate puniuit: nec vnquam aliter ſentiendum decreuit.

16. Donec nouitatis ſpiritu agitati M. Lutherus, Caluinus, Balthazar Pacimontanus, cum ſuis, præfata fidei dogmata inuertentes, negantes, & falſificantes, vt latiùs infrà patebit in decurſu, nouam Legem, Euangelium nouum, nouam fidem, Religionem nouam, cæremonias nouas, Sacra-

Miracula Reformatorum.

menta noua, nouum deniq; & alium Deum prædeſtinatorem peccati & auctorem, hactenus Eccleſiæ Dei incognitum, at luce Euangelij Reformati patefactum, enſis & ignis, non veris miraculis atque prodigijs, freti inuexerunt.

Tantæ molis & iuris erat, ô Geuzæ, in Quinti Euangelij veſtri noua promulgatione, miracula extorquere; quæ quia non datis, nec dare poteſtis, *Abite confuſi, redite confeſſi*, monente D. Auguſt. lib. 13. contra Fauſt. cap. 6.

Obiectio.

Vera miracula confirmant Euangelium, non euertunt; Papiſtica verò confirmant idololatriam Miſſæ, inuocationis Sanctorum, &c. Ergo impertinentia ad fidei confirmationem.

Spongia.

Concedo Papiſticæ Eccleſiæ miracula euertere Euangelium, ſed Lutheri, Calu. &c. non Chriſti: vel probent ipſi audaciſſimum Calumniæ ſuæ Aſſumptum. Vnde ſequitur.

VII. QVARE,

De veritate Miraculorum Catholic.

GEVZA REFORMATVS.

Calu. in Præfat. Inſtitut. Magdeburgenſes Centur. 1. lib. 2. c. 4. & Geuzæ paſſim in Belgio.

Quare vos Papicolæ tanti facitis miracula veſtra, quum meræ ſint Dæmonum præſtigiæ.

ROMANO CATHOLICVS.

Diabolus nulla vera miracula edere poteſt.

I. Respondeo et dico I. Qvia Diabolus nulla vera miracula, omnimodam atque inſolitam naturæ potentiam tranſcendentia; Benè autem mira & apparenter talia, poteſt operari, applicando videlicet actiua paſſiuis, de quibus

bus Apocal. 13. Auguſt. tract. 13. in Ioan. Tertull. in Apologet. cap. 22. Cornelius Tacit. lib. 4. Hiſtor. & alij Ratio eſt, quia vera miracula, ſolâ Dei virtute perfici poſſunt, de quo ſcriptum eſt, id ei ſoli reſeruatum, *Qui facit mirabilia magna ſolus*, Pſalm. 135. 4. tanquàm videlicet naturæ ſummus Dominus & gubernator.

2. Vnde rectè alibi vocantur, *Teſtimonia Dei credibilia nimis*, Pſalm. 92. 5. Si qua ergo talia vera miracula edantur, (ſicuti plurima etiam in *Monte acuto, propè Dieſtium*, in Belgio, ante paucos annos, ſupra omnium creaturarum vires, edita fuerunt) à ſola Dei virtute promanârunt: talia ſunt inſtantaneæ curationes claudorum, excitationes mortuorum, illuminationes cæcorum, &c. Quæ ſicut ſolâ Diuinâ virtute perficiuntur, ita in Romano-Catholica Eccleſia ſingulis annorum centurijs edita, fide digniſſimæ hiſtoriæ narrant. Quæ ſicut Calu. ſupr. irridet, ideoque Romano-Catholicos, *Mirabiliarios* cognominat, ita Magos & Incantatores miraculis ſemper claruiſſe, & idolôlatriam ſtupendis miraculis aluiſſe, abſquè vlla intonat conſcientia, vtroque ſplendidè mentitus.

Miracula Deo, propria; nuper in Brabantia edita.

Caluini irriſio & mendacium.

RESPONDEO ET DICO II.

3. Nihil à S. Scriptura, Diuino honore, & ratione alienum proferunt Romano-Catholici, quum dicunt talem Sanctum vel talem Sanctam aliquod edidiſſe Miraculum; Quod probo, quia licèt illa omnia à Deo fiant, vt Deus tamen illa fecerit, Sanctorum merita ſunt in cauſa, ad quorum interceſſionem & exaltationem, Deus vult fieri miracula: Quare quum propter merita illius Sancti, Deus ea faciat, rectè ab illo Sancto

Quomodo Sancti miracula facere dicantur.

fieri dicuntur. Nec verò hic modus à SS. literis eſt alienus, quum ipſe veritatis magiſter Ioan. 14. 12: expreſsè dicat: *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet.*

Nota. Vbi nota Saluatorem non dixiſſe, maiora horum propter merita illius ego faciam, ſed: *Et ipſe faciet, & maiora horum faciet.*

Sic Matth. 10. 8 *Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eÿcite.* Deniq; Marci vlt. 17. *In nomine meo dæmonia eÿcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, &c.* vbi nec dixit: Ad eorum preces ego eijciam dæmonia, tollam ſerpentes, ſed ſicut Romano-Catholici in tali negotio loquuntur, *eÿcient dæmonia, ſerpentes tollent, &c.*

4. Cedant ergo veritati, iſti nugatorij pipiones & miraculorum ſubſannatores; *Abeant & confuſi, redeant confeſſi,* cum D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. c. 8. dicente: *Faciunt autem iſta* [miracula] *Martyres, vel potiùs Deus, vel orantibus, vel cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, quâ eos non Deos eſſe noſtros, ſed vnum Deum habere nobiſcum, credamus.*

Deus facit miracula orantibus vel cooperantib. martyrib.

RESPONDEO ET DICO III.

Cur hoc, non alio loco, Deus faciat miracula, tota ratio eſt eius volũtas.

5. QVare in quibuſdam locis certa quædam edantur Miracula, quæ in alijs non fiunt, ſi non vis errare, noli curioſius indagâre; tota quippe ratio facti non factique, in omnipotentiam & occultum Dei eſt referenda conſilium. Hoc enim ſimilibus Quariſtarum interrogationibus ſuo tempore opponere ſolebat D. Auguſtin. Epiſt. 137. ad Clerum & Pop. Hipponen. *Vbique quidem,* ait, *Deus eſt, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in ſpiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in*

occulto etiam iuſtificet & coronet. Verumtamen ad iſta quæ hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt eius conſilium perſcrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Hæc Auguſt.

Idem in veteri Teſtamento eſt videre, quando ad motum certæ aquæ, Probaticæ piſcinæ, in Ieroſolymis, non aliarũ aquarum, motum inquam per deſcendentem Angelum, certo quodam & definito tempore factum, non antè vel poſt, cæci, claudi, aridi, languentes, &c. ſani fiebant, Ioan. 5. *In omnibus memoriis Sãctorum non eadem fiunt miracula.*

Sicut etiam, (ait D. Auguſt. ſupr.) *Quod Apoſtol. dicit* 1. Corinth. 12. 30. *Non omnes ſancti habent dona curationum, nec omnes habent dijudicationem ſpirituum: ita nec in omnibus memoriis Sanctorum* [videlicet poſt mortem] *iſta fieri voluit ille, qui diuidit propria vnicuique prout vult.*

Exclamemus ergo infirmitatis noſtræ conſcij, cum D. Paulo, Rom. 11. 33. *O altitudo diuitiarum Sapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.*

RESPONDEO ET DICO IIII.

6. Tantum abeſt, authentica Romano-Catholicæ Eccleſiæ miracula, Diabolicâ efficì virtute, meraſque præſtigias eſſe: vt etiam illæ quæ per Magos ſuperſtructæ erant, admirabili miraculi ratione, apud memoriam Sanctorum, fuerint diſſolutæ, & non rarò diaboli, quæ nollent, confiteri compellantur. *Cathol. miracula diſſoluunt diab. præſtigias. Diaboli coguntur que nolunt confiteri.*

Verùm ne aliena ſcrinia tacitus videar compilare, gemino exemplo (cæteris innumeris miſſis) dicti veritatem ex D. Auguſt. libr. 22. de Ciuitate, cap. 8. confirmabo: Primò, *A quodam*, inquit, *Iudæo dicit* [Petronia clariſſima fœmina, diuturno lan-

Praſtigia magica magno miraculo ad S. Stephani memoriam diſſoluta.

guore detenta] *ſibi fuiſſe perſuaſum, vt annulum capillatio vinculo inſereret, quo ſub omni veſte, ad nuda corporis veſtiretur: qui annulus haberet ſub gemma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligata quaſi remedio, ad Sancti Martyris* [Stephani] *limina veniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradæ, in ſua poſſeſſione manſiſſet, ſurgens vt iter arriperet, ante pedes ſuos illum iacentem annulum vidit, & capillatiam Zonam, quâ fuerat alligatus, mirata tentauit.*

7. *Quam quum omnino ſuis nodis firmiſſimis, ſicut fuerat, comperiſſet aſtrictam, crepuiſſe, atque exiliiſſe annulum ſuſpicata eſt. Qui etiam ipſe cum integerrimus fuiſſet inuentus futuræ ſalutis quodammodò pignus de tanto miraculo ſe accepiſſe præſumpſit, atque illud vinculum ſoluens, ſimul cum eodem annulo proiecit in flumen; Non credunt hoc qui etiam Dominum Ieſum per integra virginalia matris enixum, & ad diſcipulos ſuos oſtiis clauſis ingreſſum fuiſſe, non credunt,* Ioan. 20. 26.

Reformati variãt in expoſit. ingreſſus Chriſti ad Apoſt.

8. Certè nec Reformati fratres, Caluinus, Wicleff, Bulingerus, Petrus Martyr, Beza, & Quinteuangelici ſocij veſtri hæc credunt, qui ſupernaturalem corporum & dimenſionum quantitatis penetrationem, velut impoſſibilem negantes, Chriſto ad Apoſtolos intranti, non peruia abſolutè oſtia, ſed diuinam virtutem ianuas aperientem, vel rimulas inuiſibiles, vel Angelum reſerantem, vel feneſtram, vel infumibulum, vel portam rarefactam concedunt, & ex conſequenti hoc miraculum annulli, zonam capillatiam, manentem aſtrictam in lapſu, pertranſeuntis, explodent, quum tamen fœminam hanc ampliſſimam perſonam, nobiliter natam, nobiliter nuptam, Carthagine olim habitantem adeóque fide digniſſimam, aſſerat Aurelius, hoc addens: *Martyr certè ipſe, quo impe-*

Sãctis impe-

impetrante, illa ſanata eſt. in filium permanentis virginis credidit, in eum qui oſtijs clauſis ad diſcipulos ingreſſus eſt, credidit.

trantib. ſunt miracula.

Secundò Epiſt.137. ad Clerum & Pop. Hipponen. ſup. *Nos nouimus*, ait, *Mediolani apud memoriam Sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter Dæmones confitentur, furem quendam qui ad eum locum venerat, vt falſum iurando deciperet, compulſum fuiſſe confiteri furtum, & quod abſtulerat, reddere.* Ex his duobus veris, & D. Auguſtino iampridem probatis euentibus pateſcit, per miracula, Dæmonum præſtigias diſſipari. Ea tamen eſt Geuzarum in re tam clara malignitas, vt duobus cauillis, in ſenſu perfidorũ Iudæorum & fatalium Paganorum, hanc veritatem impetere non vereantur.

Fur cohibetur à periurio apud memoriam Sanctorum.

Obiectio I.

9. In Beelzebub, ſeu poteſtate Dæmonum, Papiſtæ eijciunt dæmonia, & perpetrant miracula, ergò, &c.

Spongia.

Audacter aſſumptam, audaciùs nego propoſitionem; ſi enim ad contactum Reliquiarum, viſitationes SS. locorum, Peregrinationes, Sanctorum cum Deo regnantium inuocationes, Sacramentorum & Sacramentalium applicationes, &c. Miracula in Eccleſia Roman. facta, Dæmonum virtuti atq; illuſioni ſint adſcribenda; duo magna conſequentur abſurda; Primò Diabolum ſuâ virtute Chriſtum & Sanctos honorare, quo nihil turpius; Sic enim Diabolus ſeipſum deſtrueret, eorum cultum promouens, quibus nullum vult exhiberi.

Miracula Cathol. non poſſunt fieri virtute diaboli.

Secundò ad inuocationem nominis Chriſti, & Sanctorum, Diabolum ſuam exerere virtutem,

quod impium; ſic enim Diabolicæ operationi, Chriſti & Sanctorum nomen ſubſeruiret. Hæc duo maſtica & ſaniùs habebis.

Obiectio II.

Euaſio Geuzarum Belgicorum.

10. Quando hæc & ſimilia extraordinaria opera eueniunt, non Sanctis, eorumque meritis & impetrationibus ſunt aſcribenda, ſed quia ſic in fatis erat, quod Reformati Geuzæ Flandricâ linguâ dicunt: Die uur was ghecomen, id eſt, iam eorum aduenerat hora.

Spongia.

Nullus apud Chriſtianos fato locus.

Contra primò, aperta blaſphemia eſt, fatalibus ſtellis & cœlorum occultis influentijs, corpora, animas, rerumque euentus opinari aſtringi; adeò vt iſta ſectantibus, nullum in Eccleſia Catholica locum ſupereſſe aſſerat Leo Papa Epiſt. ad Aſtoricen. Epiſcopum, *Quoniam qui ſe talibus*, ait, *perſuaſionibus dedit, à Chriſti corpore totus abſcedit.* Et Conſil. Bracaren. 1. cap. ſuorum Decret. *Si quis animas & corpora humana fatali ſigno credit aſtringi, ſicut Pagani & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.*

Cur potiùs hora venit eo tempore quo deuotioni Romanæ vacãt, quam extra illud?

11. Secundò, amabò, quæro vt dicant, cur tunc potiùs, id eſt, ad applicationem & venerationem Reliquiarum, Sanctorum inuocationem; Sacramentorum & Sacramentalium ſuſceptionem, talia prodigia eueniant, quàm extra illius vel ſimilis deuotionis articulum? Extra quem quum talia opera prodigioſa non recurrant, ſæpiſſimè autem in illo, adeoque dum Sanctorum venerationi, ſe Populus dedit, certum eſt hoſce euentus non fatalibus influentijs, ſed Deo omnis pietatis auctori, aſcribendos, ducto ſimili à virtute ſanandi Diuina Probaticæ Piſcinæ.

VIII.

VIII. QVARE,

De Papa à Reformatis, Antichriſtus, habito.

GEVZA REFORMATVS.

Quare ſimplices & erronei Pontificij, in Religionis negotio obediunt Papæ, quum ſit homo, & quidem Antichriſtus?

Luther. Aſſert. art. 27. Synod. Smalchald. de poteſt. Pap. Cal. in 2. ad Theſſ. 2. Illyricus de Primatu Papæ, et Geuzæ paſſim.

ROMANO CATHOLICVS.

Argumentũ Aduerſariorum in ipſos retorquetur.

1. RESPONDEO ET DICO I. Magnum mecum ingrederis mare, chariſſime Geuza, ſed quia propoſitũ mihi eſt breuibus tecum agere, beneuolè quæro; quare vos & Miniſtri veſtri Eccleſiarum per Hollandiam, Zeelandiam, cæteraſque Prouincias confœderatas, Pſeudo-reformatarum Ordinibus, Hominibus, & quidem merè laicis, nullaque auctoritate Eccleſiaſticâ inſtructis, in ſpiritalibus parent? Quare confratres veſtri (non in Domino) Anglo-caluiniſtæ, homagium, atque in Diuinis obedientiam, præſtiterunt Elizabethæ Angliæ Reginæ, & prætenſo duntaxat Reformatæ Synagogæ capiti? ex eius etiam præſcripto, varijs cæremonijs Eccleſiaſticis, Miniſtros illos ſcimus fuiſſe aſtrictos. Quæ abſurditas! Quæ vilitas! Quæ indignitas! Mulieri, quæ à D. Paulo, 1. ad Timoth. 2. 11. & 12. *In ſilentio diſcere iubetur cum omni ſubiectione, cui nec permittitur docere, neque in virum dominari,* præpoſterum Eccleſiæ Primatum deferre! An non ſaltem minus à ratione & Scripturæ tenore alienum, viro, quàm fœminæ ſubdi?

Anglo-caluiniſtæ agnoſcunt Regem & Reginam in Diuinis caput.

2. An non & Sereniſſ. magnæ Britanniæ Rex

Digitized by Google

ipſe conſtituit Prophetas (*Lutherum, Zvvinglium, &c.*) *qui Eccleſiæ ædificandæ erant neceſſarij.*

Scio Bezam in reſponſ. Sainctesij, vocare, *Lutherum*, *Eximium Dei organum, toto ore Diuinitus inſpiratum, ſeruum Dei admirandum in diebus noſtris, in quo qui Dei ſpiritum non ſentit, nihil ſentit*, inquit.

Arrogantia Caluini.

Scio Caluinum inter hoſce lubenter cooptari Prophetas; nam ſæpè in has voces pro concione eum prorupiſſe, ſcribit Hieronym. Bolſecus ſup. *Ego*, inquiens, *Propheta ſum, ego Dei ſpiritum habeo, ego à Deo miſſus ſum, ego errare non poſſum, & ego ſi erro, tu es Deus qui me propter peccata huiuſce Pop. in errorem mittis & decipis.*

Omnes Miniſtri Reformati ſunt illegitimè miſſi.

15. Cedere tamen omnes oportet Eccleſiæ Romano-Catholicæ, & tanquã meros Pſeudo-prophetas exulare, quippe qui abſque vllo extraordinariæ Miſſionis ſigillo Diuino, (quod eſt miraculum, nouam legem, nouum, & quintum Euangelium, nouam fidei doctrinam promulgârunt, nouam ac ſuperioribus ſæculis inauditam, Religionem, introduxerunt. Aſſumptum confirmo; Omni enim ſuperiori ſæculo vera Dei Eccleſia docuit atque inconcuſsâ fidei traditione, haſce ad nos veritates deriuauit: I. Deum ab æterno præſciuiſſe quidem, non tamen in particulari præordinâſſe, voluiſſe, atque antè præuiſam arbitrij creati determinationem, omnia etiam mala & peccata, prædefiniuiſſe; II. Primum hominem, Dei permiſſu, non ordinatione, non prædeſtinatione, lapſum eſſe; III. Deum nullum ad æternam damnationem decreuiſſe creare, abſque vllo ad futura opera mala reſpectu, ſolummodo vt in ijs damnandis & puniendis ſuam monſtraret iuſtitiam. IIII. Deum nullo modo auctorem eſſe peccati;

Varij articuli doctr. Orthodoxæ ab aduerſariis negati.

cati V. Filium Patri in Diuinis non eſſe ſubiectũ, VI. Fidem vel fiduciam ſolam non ſufficere ad iuſtitiam. VII. Eſſe liberum arbitrium. VIII. Homines verè & ex condigno mereri. IX. Nullum in hac vita, extra peculiarem reuelationis articulum, certum eſſe de remiſſione peccatorum & iuſtitia actuali. X. In iuſtificatione peccata abſolutè remitti, non imputatâ iuſtitiâ Chriſti duntaxat tegi. XI. Concupiſcentiæ fomitem in renatis, non eſſe veri nominis peccatũ. XII. Legem Dei ſeruatu eſſe poſſibilem. XIII. Traditiones vt Dei verbum acceptandas. XIIII. Pontificem eſſe caput Eccleſiæ. XV. Sacramenta numero ſeptem, dignitate imparia, à Chriſto duntaxat inſtituta, gratiam habitualem conferre ex opere operato omni obicem non ponenti; Tria autem characterem indelebilem imprimere. XVI. Baptiſmum omnibus etiam paruulis, neceſſitate medij, ad ſalutem eſſe neceſſarium. XVII. In Euchariſtia ſubſtantialiter & realiter ſub ſpeciebus panis & vini eſſe corpus & ſanguinem Chriſti. XVIII. Eſſe Sacrificium Miſſæ. XIX. Eſſe purgatorium. XX. In pœnitentia, ab homine, auctoritate Diuina, peccata remitti. Haſce & plurimas alias fidei doctrinas, iam inde à temporibus Apoſtolorum certò Eccleſia credidit, in varijs Concilijs definiuit, cõtrarium ſentientes anathemate puniuit: nec vnquam aliter ſentiendum decreuit.

16. Donec nouitatis ſpiritu agitati M. Lutherus, Caluinus, Balthazar Pacimontanus, cum ſuis, præfata fidei dogmata inuertentes, negantes, & falſificantes, vt latiùs infrà patebit in decurſu, nouam Legem, Euangelium nouum, nouam fidem, Religionem nouam, cæremonias nouas, Sacra-

Miracula Reformatorum.

menta noua, nouum deniq; & alium Deum prædeſtinatorem peccati & auctorem, hactenus Eccleſiæ Dei incognitum, at luce Euangelij Reformati patefactum, enſis & ignis, non veris miraculis atque prodigijs, freti inuexerunt.

Tantæ molis & iuris erat, ô Geuzæ, in Quinti Euangelij veſtri noua promulgatione, miracula extorquere; quæ quia non datis, nec dare poteſtis, *Abite confuſi, redite confeſſi*, monente D. Auguſt. lib. 13. contra Fauſt. cap. 6.

Obiectio.

Vera miracula confirmant Euangelium, non euertunt; Papiſtica verò confirmant idololatriam Miſſæ, inuocationis Sanctorum, &c. Ergo impertinentia ad fidei confirmationem.

Spongia.

Concedo Papiſticæ Eccleſiæ miracula euertere Euangelium, ſed Lutheri, Calu. &c. non Chriſti: vel probent ipſi audaciſſimum Calumniæ ſuæ Aſſumptum. Vnde ſequitur.

VII. QVARE,

De veritate Miraculorum Catholic.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Papicolæ tanti facitis miracula veſtra, quum meræ ſint Dæmonum præſtigiæ.

Calu. in Præfat. Inſtitut. Magdeburgenſes Centur. 1. lib. 2. c. 4. & Geuzæ paſſim in Belgio.

ROMANO CATHOLICVS.

Diabolus nulla vera miracula edere poteſt.

I. RESPONDEO ET DICO I. QVIA Diabolus nulla vera miracula, omnimodam atque inſolitam naturæ potentiam tranſcendentia; Benè autem mira & apparenter talia, poteſt operari, applicando videlicet actiua paſſiuis, de quibus

bus Apocal. 13. Auguſt. tract. 13. in Ioan. Tertull. in Apologet. cap. 22. Cornelius Tacit. lib. 4. Hiſtor. & alij Ratio eſt, quia vera miracula, ſolâ Dei virtute perfici poſſunt, de quo ſcriptum eſt, id ei ſoli reſeruatum, *Qui facit mirabilia magna ſolus*, Pſalm. 135. 4. tanquàm videlicet naturæ ſummus Dominus & gubernator.

2. Vnde rectè alibi vocantur, *Teſtimonia Dei credibilia nimis*, Pſalm. 92. 5. Si qua ergo talia vera miracula edantur, (ſicuti plurima etiam in *Monte acuto, propè Dieſtium*, in Belgio, ante paucos annos, ſupra omnium creaturarum vires, edita fuerunt) à ſola Dei virtute promanârunt: talia ſunt inſtantaneæ curationes claudorum, excitationes mortuorum, illuminationes cæcorum, &c. Quæ ſicut ſolâ Diuinâ virtute perficiuntur, ita in Romano-Catholica Eccleſia ſingulis annorum centurijs edita, fide digniſſimæ hiſtoriæ narrant. Quæ ſicut Calu. ſupr. irridet, ideoque Romano-Catholicos, *Mirabiliarios* cognominat, ita Magos & Incantatores miraculis ſemper claruiſſe, & idolôlatriam ſtupendis miraculis aluiſſe, abſquè vlla intonat conſcientia, vtroque ſplendidè mentitus.

Miracula Deo propria; nuper in Brabantia edita.

Caluini irriſio & mendacium.

RESPONDEO ET DICO II.

3. Nihil à S. Scriptura, Diuino honore, & ratione alienum proferunt Romano-Catholici, quum dicunt talem Sanctum vel talem Sanctam aliquod edidiſſe Miraculum; Quod probo, quia licèt illa omnia à Deo fiant, vt Deus tamen illa fecerit, Sanctorum merita ſunt in cauſa, ad quorum interceſſionem & exaltationem, Deus vult fieri miracula: Quare quum propter merita illius Sancti, Deus ea faciat, rectè ab illo Sancto

Quomodo Sancti miracula facere dicantur.

Digitized by Google

fieri dicuntur. Nec verò hic modus à SS.literis eſt alienus, quum ipſe veritatis magiſter Ioan. 14. 12: expreſsè dicat: *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet.*

Nota.

Vbi nota Saluatorem non dixiſſe, maiora horum propter merita illius ego faciam, ſed: *Et ipſe faciet, & maiora horum faciet.*

Sic Matth. 10. 8 *Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite.* Deniq; Marci vlt. 17. *In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, &c.* vbi nec dixit: Ad eorum preces ego eijciam dæmonia, tollam ſerpentes, ſed ſicut Romano-Catholici in tali negotio loquuntur, *eijcient dæmonia, ſerpentes tollent, &c.*

4. Cedant ergo veritati, iſti nugatorij pipiones & miraculorum ſubſannatores; *Abeant & confuſi, redeant confeſſi,* cum D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. c. 8. dicente: *Faciunt autem iſta* [miracula] *Martyres, vel potiùs Deus, vel orantibus, vel cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, quâ eos non Deos eſſe noſtros, ſed vnum Deum habere nobiſcum, credamus.*

Deus facit miracula orantibus vel cooperantib. martyrib.

RESPONDEO ET DICO III.

Cur hoc, non alio loco, Deus faciat miracula, tota ratio eſt eius volũtas.

5. QVare in quibuſdam locis certa quædam edantur Miracula, quæ in alijs non fiunt, ſi non vis errare, noli curioſius indagare; tota quippe ratio facti non factique, in omnipotentiam & occultum Dei eſt referenda conſilium. Hoc enim ſimilibus Quariſtarum interrogationibus ſuo tempore opponere ſolebat D. Auguſtin. Epiſt. 137. ad Clerum & Pop. Hipponen. *Vbique quidem,* ait, *Deus eſt, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in ſpiritu & veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in*

Digitized by Google

occulto etiam iuſtificet & coronet. Verumtamen ad iſta quæ hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt eius conſilium perſcrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Hæc Auguſt.

Idem in veteri Teſtamento eſt videre, quando ad motum certæ aquæ, Probaticæ piſcinæ, in Ieroſolymis, non aliarũ aquarum, motum inquam per deſcendentem Angelum, certo quodam & definito tempore factum, non antè vel poſt, cæci, claudi, aridi, languentes, &c. ſani fiebant, Ioan. 5.

In omnibus memoriis Sãctorum non eadem fiunt miracula.

Sicut etiam, (ait D. Auguſt. ſupr.) *Quod Apoſtol. dicit* 1. Corinth. 12. 30. *Non omnes ſancti habent dona curationum, nec omnes habent dijudicationem ſpirituum: ita nec in omnibus memoriis Sanctorum* [videlicet poſt mortem] *iſta fieri voluit ille, qui diuidit propria vnicuique prout vult.*

Exclamemus ergo infirmitatis noſtræ conſcij, cum D. Paulo, Rom. 11. 33. *O altitudo diuitiarum Sapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.*

RESPONDEO ET DICO IIII.

6. TAntum abeſt, authentica Romano-Catholicæ Eccleſiæ miracula, Diabolicâ efficî virtute, meraſque præſtigias eſſe: vt etiam illæ quæ per Magos ſuperſtructæ erant, admirabili miraculi ratione, apud memoriam Sanctorum, fuerint diſſolutæ, & non raro diaboli, quæ nollent, confiteri compellantur.

Cathol. miracula diſſoluunt diab. præſtigias. Diaboli coguntur que nolunt confiteri.

Verùm ne aliena ſcrinia tacitus videar compilare, gemino exemplo (cæteris innumeris miſſis) dicti veritatem ex D. Auguſt. libr. 22. de Ciuitate, cap. 8. confirmabo: Primò, *A quodam,* inquit, *Iudæo dicit* [Petronia clariſſima fœmina, diuturno lan-

 guore

Præſtigia magica magno miraculo ad S. Stephani memoriam diſſoluta.

guore detenta] *ſibi fuiſſe perſuaſum, vt annulum capillatio vinculo inſereret, quo ſub omni veſte, ad nuda corporis veſtiretur: qui annulus haberet ſub gemma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligata quaſi remedio, ad Sancti Martyris* [Stephani] *limina veniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradæ, in ſua poſſeſſione manſiſſet, ſurgens vt iter arriperet, ante pedes ſuos illum iacentem annulum vidit, & capillatiam Zonam, quâ fuerat alligatus, mirata tentauit.*

7. *Quam quum omnino ſuis nodis firmiſſimis, ſicut fuerat, comperiſſet aſtrictam, crepuiſſe, atque exiliſſe annulum ſuſpicata eſt. Qui etiam ipſe cum integerrimus fuiſſet inuentus futuræ ſalutis quodammodò pignus de tanto miraculo ſe accepiſſe præſumpſit, atque illud vinculum ſoluens, ſimul cum eodem annulo proiecit in flumen; Non credunt hoc qui etiam Dominum Ieſum per integra virginalia matris enixum, & ad diſcipulos ſuos oſtiis clauſis ingreſſum fuiſſe, non credunt,* Ioan. 20. 26.

Reformati variãt in expoſit. ingreſſus Chriſti ad Apoſt.

8. Certè nec Reformati fratres, Caluinus, Wicleff, Bulingerus, Petrus Martyr, Beza, & Quinteuangelici ſocij veſtri hæc credunt, qui ſupernaturalem corporum & dimenſionum quantitatis penetrationem, velut impoſſibilem negantes, Chriſto ad Apoſtolos intranti, non peruia abſolutè oſtia, ſed diuinam virtutem ianuas aperientem, vel rimulas inuiſibiles, vel Angelum reſerantem, vel feneſtram, vel infumibulum, vel portam rarefactam concedunt, & ex conſequenti hoc miraculum annulli, zonam capillatiam, manentem aſtrictam in lapſu, pertranſeuntis, explodent, quum tamen fœminam hanc ampliſſimam perſonam, nobiliter natam, nobiliter nuptam, Carthagine olim habitantem adeoque fide digniſſimam, aſſerat Aurelius, hoc addens: *Martyr certè ipſe, quo impe-*

Sãctis impe-

impetrante, illa ſanata eſt, in filium permanentis virginis credidit, in eum qui oſtijs clauſis ad diſcipulos ingreſſus eſt, credidit.

trantib. ſunt miracula.

Secundò Epiſt. 137. ad Clerum & Pop. Hipponen. ſup. *Nos nouimus*, ait, *Mediolani apud memoriam Sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter Dæmones confitentur, furem quendam qui ad eum locum venerat, vt falſum iurando deciperet, compulſum fuiſſe confiteri furtum, & quod abſtulerat, reddere.* Ex his duobus veris, & D. Auguſtino iampridem probatis euentibus pateſcit, per miracula, Dæmonum præſtigias diſſipari. Ea tamen eſt Geuzarum in re tam clara malignitas, vt duobus cauillis, in ſenſu perfidorũ Iudæorum & fatalium Paganorum, hanc veritatem impetere non vereantur.

Fur cohibetur à periurio apud memoriam Sanctorum.

Obiectio I.

9. In Beelzebub, ſeu poteſtate Dæmonum, Papiſtæ eijciunt dæmonia, & perpetrant miracula, ergò, &c.

Spongia.

Audacter aſſumptam, audaciùs nego propoſitionem; ſi enim ad contactum Reliquiarum, viſitationes SS. locorum, Peregrinationes, Sanctorum cum Deo regnantium inuocationes, Sacramentorum & Sacramentalium applicationes, &c. Miracula in Eccleſia Roman. facta, Dæmonum virtuti atq; illuſioni ſint adſcribenda; duo magna conſequentur abſurda; Primò Diabolum ſuâ virtute Chriſtum & Sanctos honorare, quo nihil turpius; Sic enim Diabolus ſeipſum deſtrueret, eorum cultum promouens, quibus nullum vult exhiberi.

Miracula Cathol. non poſſunt fieri virtute diaboli.

Secundò ad inuocationem nominis Chriſti, & Sanctorum, Diabolum ſuam exercere virtutem,

VIII. QVARE,

De Papa à Reformatis, Antichriſtus, habito.

Luther. Aſſert. art. 27. Synod. Smalchald. de poteſt. Pap. Cal. in 2. ad Theſs. 2. Illyricus de Primatu Papæ, et Geuzæ paſſim.

GEVZA REFORMATVS.

Quare ſimplices & erronei Pontificij, in Religionis negotio obediunt Papæ, quum ſit homo, & quidem Antichriſtus?

ROMANO CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Magnum mecum ingrederis mare, chariſſime Geuza, ſed quia propoſitũ mihi eſt breuibus tecum agere, beneuolè quæro; quare vos & Miniſtri veſtri Eccleſiarum per Hollandiam, Zeelandiam, cæteraſque Prouincias confœderatas, Pſeudo-reformatarum Ordinibus, Hominibus, & quidem merè laicis, nullaque auctoritate Eccleſiaſticâ inſtructis, in ſpiritalibus parent? Quare confratres veſtri (non in Domino) Anglo-caluiniſtæ, homagium, atque in Diuinis obedientiam, præſtiterunt Elizabethæ Angliæ Reginæ, & prætenſo duntaxat Reformatæ Synagogæ capiti? ex eius etiam præſcripto, varijs cæremonijs Eccleſiaſticis, Miniſtros illos ſcimus fuiſſe aſtrictos. Quæ abſurditas! Quæ vilitas! Quæ indignitas! Mulieri, quæ à D. Paulo, 1. ad Timoth. 2. 11. & 12. *In ſilentio diſcere iubetur cum omni ſubiectione, cui nec permittitur docere, neque in virum dominari,* præpoſterum Eccleſiæ Primatum deferre! An non ſaltem minus à ratione & Scripturæ tenore alienum, viro, quàm fœminæ ſubdi?

Argumentũ Aduerſariorum in ipſos retorquetur.

Anglo-caluiniſtæ agnoſcunt Regem & Reginam in Diuinis caput.

2. An non & Sereniſs. magnæ Britanniæ Rex

D 5 Iaco-

Iacobus, homo? An Propheta? An Euangeliſta? An Patriarcha? An Angelus? In quem tamen velut Eccleſiæ Caput, ſub hac ferè verborum generalitate, Angli iurare coguntur; *Regem*, videlicet, *ſeu Reginam in omnibus cauſis Eccleſiaſticis ſupremum eſſe caput, Gubernatorem ſeu Gubernatricem, non ſecus atque in Politicis, & temporalibus*, de quo eruditiſſimus Dominus Thomas Stapletonus, & ipſe Anglus, hanc iuramenti barbariem deteſtatus, Prompt. Cathol. Dom. 22. poſt Pentec. §. 1.

Barbarũ Anglo-Caluiniſtarum iuramentum.

RESPONDEO ET DICO II.

3. IMpiè & blaſphemè Romanum Pontificem Antichriſtum perſtringis, in quo Martin. Lutheri execrandum te imbibiſſe teſtaris furorem. Is enim ſicut ſe doctrinæ totius auctorem Diabolum ſortitum eſſe non obſcurè fert lib. de Miſſa angulari, vbi dæmonem ſecum diſputantem, familiariſſimè agentem, inexpugnabilia contra Miſſam argumenta ſubminiſtrantem, plus vno ſalis modio ſimul comedentem, de nocte excitantem, ac ſe, vt contra Miſſam calamum acueret, ſtimulantem, graui denique, robuſtâ ac terribili, vſque ad horrendiſſimas corporis & animi anxietates, voce inſonantem inducit; ita eodem magiſtro Diabolo, tanto in Roman. Pontificem odio (præter Chriſtianæ charitatis legem) exarſit, tantis eum blaſphemijs, conuitijs, mendacijs & ſacrilegis cognomentis onerauit, vt vel ipſæ Barbarorum, adeoque à fide Chriſtiana alienorum aures horreant audire.

Impietas Papam Antichriſtum vocantium. Lutherus familiariter à Diabol. docetur: Luther. ſalis modium edit cũ Diabolo.

Lutheri conuitia contra Papam.

4. Vt enim taceam vaniſſimum fanatici hominis vaticinium, quo Papæ memoriam, poſt duos annos è terris abolendam, irrito euentu prognoſticauit,

Prophetia Luther. contra Papam.

Digitized by Google

ſticauit, in certa quadam ad Argentinenſes Epiſt. diſertè iactat, ſe diffiteri nec velle nec poſſe, quod ſi Carolſtadius aut alius quiſpiam ante quinquennium perſuadere illi potuiſſet, in Sacramẽto præter panem & vinum, eſſe nihil, illum magno beneficio Martinum ſibi fuiſſe deuincturum; *Grauibus enim*, ait, *curis anxius, in hac excutienda materia deſudabam, omnibus neruis extenſis me obtricare & expedire conatus ſum, quum probè perſpiciebam, hac re Papatui valdè me incommodare poſſe.* *Nequitia Lutheri.* *Odium Papatus cõſiliarius eſt Luther.*

Falleris hìc Martine, Falleris, quippe qui peregrinæ tuæ doctrinæ, Populo, dictis, ſcriptis, factis inculcandæ, non alios quàm iram atque inſaturabile in Papam, odium, peſſimos, ad mortem vſque, conſultores adhibuiſti.

5. Narrat Vitus Theodorus Lutheranus, tom. 4. operum Lutheri, Præfat. in Ioel. Lutherũ (quem Sanctâ memoriâ dignatur) quum ad Synodum de Confeſſione Auguſtana, ſcriptura & veterum Patrum Teſtimonijs confirmanda, veniſſet, grauiſſimoq; morbo (nam in nonum vſque diem, vrinæ viæ obſtructæ erant) conflictaretur, exanimem ſe in viam dediſſe. *Conſcenſo igitur* (inquit) *curru ac leuatis manibus benedicens, & vale dicens circunſtantibus nobis magno numero, hæc vltima verba edebat*: IMPLEAT VOS DOMINVS BENEDICTIONE SVA, ET ODIO PAPÆ. *Benedictio Lutheri terminatur ad odium Papæ.*

Ita ille quum eſſet ſemi-mortuus & iam nunc expiraturus, odium Papæ, quaſi ius hæreditarium ſuis ſectatoribus relinquit. Impium ſanè & prophanum Teſtamentum, Chriſti ex hoc mundo ad Patrem rediturı, extremæ voluntati extremè difforme; *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.* Ioan. 15. 17. Item, *Pax vobis*, Lucæ 24. 36. Et; *Diligite inimicos* *Impium Teſtamentum Luther.*

veſtros,

Digitized by Google

veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Luc. 6. 27. & 28. Maximè verò benedictio rependenda benedicentibus; quales Pontifex Romanus & Chriſtiani illi ſubditi, qui in publico Sacrificio, conuerſionis eorum memoriam faciunt ad altare. Impiè ergo & blaſphemè Chriſti in terris vicarium, inuidioſiſſimo Antichriſti laceras cognomento.

Quin & prætereà,

RESPONDEO ET DICO III.

Falſum eſt Papam eſſe Antichriſtū.

6. FAlſiſſimè te Populo imponere, quando vnà cum anteſignanis tuis Luthero, Calu. Illyrico, Tilemanno, Smalchaldicis, Chytræo, Samoſatenis, &c. Papam aſſeris eſſe Antichriſtum:

Antichriſtus erit homo ſingularis.

Primò; QVIA Antichriſtus propriè dictus, ſingularis perſona, Indiuiduum, ſingularis homo (& quidem ex tribu Dan oriturus) erit, teſte D. Paulo; non regnum, non plures, non perſonæ ſuccedaneæ; *Niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati,* 2. ad Theſſal. 2. 3. Hoc eſt, niſi omnibus palàm innotuerit ille, ſingularis homo, totaliter peccato deditus: vbi Apoſt. loquitur de Antichriſto, velut certa quadam & particulari Perſona, vti patet ex articulis Græcis, tum hic, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, & infrà verſ. 8. καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, id eſt, *& tunc reuelabitur ille iniquus.* Græci enim articuli, contrahunt nominis ſignificātiam, teſte Epiph. hæreſ. 9. vnde ἄνθρωπος, ſignificat hominem in communi, ſed, ὁ ἄνθρωπος, hominem ſingularem. Antichriſtus ergo, niſi velis nugari; ſingularis aliquis, in indiuiduo erit homo, non plures, non regnum Papale.

7. Secun-

Digitized by Google

7. Secundò, Pontifices Romani, iampridem venerunt, non ergo Papa eſſe poteſt Antichriſtus, qui necdum venit, tum quia Euangelium necdum prædicatum eſt per vniuerſum orbem, quod certum eſt ſignum aduentus Antichriſti, *Prædicabitur hoc Euangelium Regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio:* Matth. 24.14. Tum quia necdum impleta prædicatio Henochi & Eliæ, vt ſe Antichriſto opponant, & fideles in Orthodoxa atque Apoſtolica fide confirment; quod D. Ioan. requirit Apocal. 11.3. *Dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis,* vbi vide Primaſium, Bed. Richar. Aret. in Apocal. Damaſ. lib. 4. cap. 28. B. Gregor. lib. 14. cap. 11. D. Auguſt. de Gen. ad lit. lib. 9. cap. 6. Tum quia Antichriſti regnum duntaxat durabit tribus annis cum dimidio, Apocal. 11. ſup. & cap. 12.14. *Per tempus & tempora & dimidium temporis:* Non ergo Papa eſſe poteſt Antichriſtus: quippe cuius regnum ſpiritale iam durauit annis circiter 1600.

Antichriſtus necdũ venit.

Henoch & Elia ſeſe opponent Anti-Chriſto.

Antichriſtus tantùm regnabit tribus annis cum medio.

Tum denique quia aduentus Antichriſti immediatè præcedet finem mundi, proinde ſi Antichriſtus iampridem veniſſet, iampridem mundus interijſſe debuiſſet: quod dicere caue Geuza.

Antichr. immediatè præcedet finem mundi.

RESPONDEO ET DICO IIII.

8. VEl tibi, mi Geuza, à calumnia Antichriſti in Rom. Pontificem torquenda, abſtinendum, vel eandem in Grandæuum Patrem veſtrum *Martinum Lutherum* (idem de alijs pluribus formari poſſet iudicium) cogemur retorquere; facillimo negotio, ſecundum conceſſa tua, eum eſſe Antichriſtum, demonſtraturi.

Lutherus potiùs fuit Antichriſtus.

. Vt enim ſilentio prætercam aſſeclas ſuos, non Chriſtianos, ſed Euangelicos deinceps appellari voluiſſe.

Prima conditio Antichriſti, venire ſecundũ operationẽ Satanæ.

Primò Antichriſtus vaticinante D. Paulo, veniet, *ſecundum operationem Satanæ*, 2 ad Theſſal. 2. 9. Idem ſanè de ſe fatetur Lutherus, ſup. vbi ſe familiariter cum Dæmone egiſſe, plus modio vno ſalis cum eodem comediſſe, atque vt contra Miſsã ſcriberet, diuerſis vicibus, de nocte excitatum & inſtigatũ ab eo fuiſſe, rotundè enarrat: Quæ omnia verum Sataniſmũ, veram ſapiunt Satanæ operationem.

2. Antichriſtus ſeducet.

9. Secundò, Antichriſtus veniet, *in omni ſeductione iniquitatis*, ibidem verſ. 10. Venit & Lutherus, docens paſſim ſolam fidem ſufficere ad ſalutem. Idem hominem quò pluribus inquinatus eſt peccatis, eò aptiorem eſſe Euchariſtiæ percipiendæ, lib. de abrogand. Miſſa. Quo quid horrendius, & ad Pop. ſeductionem accommodatius? Taceo Ioannem Dietenbergium, in duabus confutationibus, Lutherum conuiciſſe octingentorũ, ſeptuagintaquatuor mendaciorum, vt ex Surio in Chronic. refert Thomas Boſius de ſignis Eccleſ. lib. 12. cap. 13. Sed & hoc ſaluâ pace omnium dixero Lutheranorũ, eumdemmet Lutherum in ſuis mendacijs ſplendidiſſimis ac contradictionibus palpabilibus, nimis apertè abſque vllo fuco, aut circuitu, adeoque impudentiſſimè procedere: quod niſi ego in ſolo articulo de Communione, ſub vna vel duabus ſpeciebus, clariſſimè vidiſſem, aduertiſſemque eum, Bohemos, Principes Germaniæ, & alios, ſub idem ferè tempus, nunc ad vnam, nunc ad duas ſpecies *in ſolum Papæ* (ait) *deſpectum*, adhortari, geminæ ſpeciei ius Diuinum nunc alligare,

874. Mendacia Lutheri.

Sur. fol. 121. Impreſſio. Colon. an. 1574.

Extrema impudentia Lutheri. in mẽtiendo & cõtradicendo.

nunc

Digitized by Google

nunc abſtrahere; nunquàm, etiam iurato teſti, credere potuiſſem, hominis ingenium, eò contradictoriæ dementiæ prolabi potuiſſe.

10. Tertiò, *Antichriſtus aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*: Extollitur & Lutherus, ex Epiſt. D. Ioan. auferens illud 1. Epiſt. cap. 5. 7. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt.* Idem ex Litanijs eraſit: *Sancta Trinitas vnus Deus.* Deniq; infandas blaſphemias euomuit paſſim in Sanctos cum Deo regnantes: imprimis Deiparam. *3. Antichriſtus extollit ſe vltra omne quod Deus.*

Quartò, Antichriſtus auferet Sacrificium, Daniel. 11. Abſtulit identidem Miſſæ Sacrificium Lutherus, & hoc inſtinctu Diaboli, inquit ſup. *4. Antichriſtus auferet Sacrificium.*

Quintò, Antichriſtus Crucis ſignum vbicumque poterit, tollet, teſte Hippolyt. lib. de conſummatione ſæculi; & D. Paulo, Phil. 3. 18. *Inimicos crucis Chriſti.* Abſtulit & vbicumque potuit, imagines ac memorias Crucifixi IESV Lutherus. *5. Antichriſtus tollet ſignum Crucis.*

11. Sextò, Antichriſtus faciet diſceſſionem, *Niſi venerit diſceſſio primum,* 2. ad Theſſal. 2. 3. hoc eſt, defectio à Rom. Imperio, fide, pietate, bonis operibus, & omni vinculo obedientiæ, Maioribus omnibus, ipſi Deo denique, debitæ. Lutherus defecit à Roman. Eccleſia, Pontifice, & Imperatore, quos atrociſſimis calumnijs & ſeditionibus exagitauit, hortatus inter cætera, Germaniæ Principes, vt armis omnibus Pontificem & Cardinales oppugnarent, donec in eorum ſanguine manus ſuas lauarent. In Imperatorem Carolum V. Saxoniæ Ducis, Lantgrauij Haſſiæ, &c. Arma concitauit: Lib. de ſæculari poteſtate, Germaniæ Principes, moriones & deterrimos nebulones appellauit, vulgus, ne Imperatori & Principibus obediant, *6. Antichriſtus faciet diſceſſionem.* *Lutherus oppugnat Rom. Eccleſiam & Imperatorē.*

Digitized by Google

diant,ſæpè eſt cohortatus,auctore Surio in Chronico.

7. Antichriſtus omnem malitiam & Hæreſim complebit.

12. Septimò, Antichriſtus *verus homo peccati,totam nequitiam impietatem,* [& hæreticam ſeductionem] *quam omnes Pſeudo-prophetæ inchoauerunt, impleturus eſt,* inquit D. Auguſt.in Pſalm.9. Lutherus iam indè ab ortu Eccleſiæ damnatiſſimos fidei ac morum errores,ab inferis reuocauit,vt patebit in decurſu,& apud Surium ſupr.anno 1546.vbi ſceleratam & impiam Lutheri orationem hanc, ex Iona Croco & ipſo Lutherano,Lutherique morti præſente teſte, recenſet: ORATE PRO DOMINO NOSTRO DEO, ET EIVS EVANGELIO, VT EI BENE SVCCEDAT, QVIA CONCILIVM TRIDENTINI, ET ABOMINABILIS PAPA GRAVITER EI ADVERSANTVR. Ad eum prorſus modum, quo Rabbi Salomon in cap.28. Num.ſceleſtiſſimum ſuſtinens hæreticæ blaſphemiæ errorem, affirmat præceptum eſſe, vt holocauſtum offeratur in die nouilunij, pro peccato Dei, quod tum commiſiſſe videatur, quum diminuit lumen Lunæ.

Lutherus vult orari pro Deo.

R. Salomon ait Deum commiſiſſe peccatum.

8. Antichriſtus erit libidinoſus, ſicut Luther.

13. Octauò,Antichriſtus omni ferè genere luxuriæ ſe conſpurcabit, Daniel.cap.11. Idem fecit & faciendum docuit Lutherus, aſſerens licitum eſſe coniugatis *ſi non vult vxor,accerſere ancillam*; coitum non minus quam cibum,potum, ſcreatum,hominibus eſſe neceſſariũ; Monialibus profeſſis (idem fert iudicium de Monachis) licere nuptias cõtrahere; concedit poligamiam,matrimonia cum fratrum ſuorum coniugibus, &c. Quibus præiactis fundamentis, in eam, Euangelici Reformati, immundæ vitæ profecerunt intemperiem, vt ipſemet Lutherus coactus fuerit ſubmittere viſitatores,

Luth.cogitur ad Pop.mittere viſitatores.

Digitized by Google

res, qui Pop. in omnem licentiam ruentem, cohiberent, teſte Lutherizato Eraſm. Rotterodamo, Epiſt. ad fratres German. inferioris.

Quæ rationum momenta, ſi non abſolutè, ſed expoſitione duntaxat partis aduerſæ, concludant M. Lutherum fuiſſe Antichriſtum; id ſaltem efficiunt, cùm ipſum, tum alios eiuſdem farinæ Hæreſiarchas, velut ſtrenuos coadiutores, magnâ Antichriſtum tanti laboris parte leuâſſe, & firmos adeoque commenſos gradus, eius aduentui iampridem præſtituiſſe.

Luther. cum ſuis magnâ parte laboris ſui, Antichriſtum exonerauit.

Obiectio I.

14. Papa mutat doctrinam & cultum Chriſti, arrogatâ ſibi poteſtate Diuinâ, etiam in animas defunctorum poſt hanc vitam: ergò, &c.

Spongia.

Hæc quidem dicis, ſed nihil probas, quinimò ſplendidè parcis veritati; nec enim te latet publicè in Romano-Catholica Eccleſia doceri, Chriſti doctrinam & Cultum, nec ab homine nec Angelo poſſe mutari: Solum inter nos quæſtio fuit, & eſt, quænam ſit illa doctrina & cultus atque Religio: illáne quàm cerebro veſtro, & proprij ſpiritus ſcripturali interpretatione, comminiſcimini, an verò illa, quæ Patrum vnanimi conſenſu, atque Eccleſiæ Catholicæ ſuccedaneo decreto vel conſuetudine munitur; quam poſteriorem vti amplectimur cum doctrinam, tum Religionem; ita in nullo Dei verbo præiudicamus, benè autem gloſſationi & iudicio veſtro.

Papa non mutat doctrinam & cultum Chriſti, ſed, &c.

In quo differant Romani & Reformati.

15. Fateor Pontificem per modum ſuffragij, compenſationis, ac ſolutionis, applicare animabus Purgatorij, preces viuorum, Sacrificium & Satisfactiones Sanctorum; non tamen per modum abſolu-

Papa non abſoluit animas Purgatorij.

Digitized by Google

ſolutionis, quum in tales animas, hoc ſeculo exutas, nullā Eccleſia habeat iuriſdictionem, dictum eſt enim Petro; *Quodcumq; ſolueris ſuper terram*: non ſub terra; Tale quid verò neque auctoritati Diuinæ, neque antiquitati derogare, teſtis eſt D. Auguſt. ſerm. 34 de verb. Apoſtol. *Orationibus*, inquit, *Sancta Eccleſia & Sacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubium mortuos adiuuari.*

Suffragia animarum Purgatorij.

Obiectio II.

Inter cæteras Antichriſti *Notas*, à Daniel. cap. 11. tactas, vna eſt verſ. 36. *Et faciet iuxta voluntatem ſuā*: Hoc autem competit Papæ, quippe qui facit quicquid libet, ergò, &c.

Spongia.

Geuza Belgici quicquid libuit fecerūt in Deum & homines.

16. Hoc maximè in Geuzas quadrare etiam pueri in Belgio nôrunt; quippe qui Euangelicæ libertatis prætextu, Sereniſs. Hiſpaniarum Regis, Epiſcoporum, adeoque omnium Spiritalium Prælatorum excutientes iugum, nullam Tyrannidem, nullum ſcelus, nullum libidinis genus, nullum licentioſæ vitæ portentum intactum reliquerunt, humana, Diuina, turbarunt, verbis & factis dicentes illud Pſalm. 2. 3. *Dirumpamus vincula eorum* [Papiſtarum] *& proijciamus à nobis iugum ipſorum.*

Antichriſtus reſpuet omnem ſuperiorem.

Cæterùm Daniel. ſupr. vult ſignificare, nullum ſuperiorem, ne quidem Deum, ab Antichriſto agnoſcendum, vnde ſequitur, *& magnificabitur aduerſus omnem Deum.* Qualis non eſt Papa, nam & Deum ſuperiorem agnoſcit, & eius legi paret, vti maximè patet in Confeſſionis mandato. Neque enim minùs Papa, peccata ſua confitetur, & Sacramentali Sacerdotis ſe abſolutioni ſubijcit, quàm alius quiſpiam homo. His ergo omnibus

Papa confitetur peccata ſua ſacerdoti.

non

non obſtantibus, meritò obedimus Papæ, qui vobis omnibus inuitis, in Eccleſia Romana, Apoſtolicæ Cathedræ Principatum tenebit.

IX. QVARE,

De Primatu Papæ.

GEVZA REFORMATVS.

Quare veneramini Papam vt caput Eccleſiæ, omnium Epiſcoporum Epiſcopum, ſupremum denique & infallibilem cauſarum fidei iudicem, quæ omnia ſapiunt Antichriſtum?

Luth. art. 25. apud Roſſen. Calu. lib. 4. Inſtit. cap 7. §. 21. & 22. Magdeburg. Cent. 1 lib. 2. cap. 10. Nilus lib. de Primatu. Velenus Sebaſt. Francus, etc. Geuza.

ROMANO-CATHOLICVS.

I. RESPONDEO ET DICO I. Hæc ſapiunt Antichriſtum, ſed in ludo maleuolentiæ, ſed in cathedra Lutheranæ, Caluinianæ, Geuziæ, Mennoſticæ peſtilentiæ: non in ſchola Orthodoxa ſapientiæ ac totius Antiquitatis, quæ D. Petro eiuſque ſucceſſori Pontifici Romano, conformiter Scriptura attribuit totius Eccleſiæ primatum.

Petrus caput totius Eccleſia.

QVIA. Primo Ioan. vltim. 15. & 16. Petro bis dicitur à Domino, *Paſce agnos meos*, & verſ. 17. *Paſce oues meas*: Quibus verbis dat illi poteſtatem paſcendi, ducendi, regendi, præſidendi, caſtigandi, vt pareant cogendi, (*Reges eos in virga ferrea*, Pſal. 2. 9.) totum ſuum ouile, (vniuerſam Eccleſiam) in quo ſunt *Agni*, ſeu Populi nullam habentes curam paſtoralem, ſuntq; filij duntaxat: Sunt & oues, hoc eſt, Sacerdotes minores & maiores, qui ſunt Epiſcopi, tanquàm aliorum matres, quique Agnis præſunt tanquàm ſubiectis: Cæterùm M. Lutherus, Caluin. &c. Cum ſuis, quia non ſunt ex hiſce

Paſce agnos & oues meas.

Vide Pſeudominiſt. Pſeudorefor. ſect. 5. Agni qui ſint.

Oues qui ſint.

Digitized by Google

M. Luther. Caluin.&c. ſunt de numero hœdorum.

ouibus vel agnis,ſed ex illorũ numero hædorum, quos Deus conſtituet ad ſiniſtram,ideò nolunt eſſe ſub cura huius Paſtoris,hoc eſt D.Petri,eiuſque legitimi Succeſſoris.

2. Secundò eidem Petro à filio Dei dicitur Matth. 16.18. *Tu es Petrus,& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues Regni cœlorum.* Quibus verbis Petro promittit Chriſtus,ſe ædificaturum Eccleſiam ſuper ipſum, eumque futurum Eccleſiæ fundamentum: nihil enim aliud ſignificat ly, *Tu es Petrus,* ſiue Petra, nam Syriacè eſt, Cephas, quod ſignificat duriſſimum ſaxum. Item promittit ei *claues regni cœlorum*, ſiue ſummam poteſtatem in ijs quæ pertinent ad vitam æternam,ſicut Iſaiæ 22.22. *Dabo claues domus Dauid ſuper humerum eius,*poteſtas magna deſignatur.

Petrus eſt Petra & Cephas.

3. Corollariè ſequitur Petrum fuiſſe fundamentum, & totius Eccleſiæ caput, cui quum Pontifex Romanus canonicè electus ſuccedat, neceſſe item eſt Eccleſiæ eſſe caput, atque vt talem à nobis honorari.

Primariam verò illam in vniuerſam Eccleſiam, auctoritatem, Petro vitâ defunćto, perpetua ſucceſſionis ſerie,ad Roman.Pontifices,tanquàm D. Petri ſucceſſores deſcendere, atque adeò Chriſtum ipſum, eandem prærogatiuã ac poteſtatem, de fide, Religione atque alijs ad fidelium ſalutem ſpectantibus, diſponendi, ſicut olim D.Petro, ita nunc Papæ conferre,eadem Scriptura loca,iunctâ Patrum traditione,conuincunt.

Primatus viâ ſucceſſionis deriuatur ad D. Petri Succeſſores.

Primò, dum ait, *ædificabo,* verbum illud, perpetuitatem deſignat, adeò vt quantam ad humani generis perpetuam generationem,verba illa, Ge-

neſ.

neſ.1.18.*Creſcite & multiplicamini*, virtutem habent, tantam ſimiliter verbũ illud habere aſſerat Chryſoſt. Debet ergo ſemper eſſe aliquis Petrus, ſuper quem Eccleſia ædificetur.

Secundò, *Eccleſia*, de qua hic loquitur, illam indubiè deſignat, quæ iuxta certiſſimas Chriſti promiſſiones, ad finem vſque mundi durabit, Matth. 28.verſ.20. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi*, & Daniel.2.24. *Suſcitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur*, hæc enim omnino eſt Eccleſia ipſius: hanc autem Eccleſiam ita perpetuò duraturam, ſupra ipſam D. Petri indiuiduam Perſonam ſolam, non potuit ædificare; mortalis enim erat adinſtar aliorum Apoſtolor. ſuo quidem tempore, eò videlicet per martyrij mortem, *ducendus, quo ipſe non vellet*. Proinde D. Petrum ipſum & ſucceſſores eius intellexit, vt optimè D. Thom. de Aquino. lib.3. aduerſus Gent. cap.26.

Eccleſia quæ hic intelligatur.

Petri perſona non poterat ſemper in indiuiduo manere.

4. Tertiò verbis illis, *Paſce oues meas*, ſupremus eſt D. Petrus Dominici ouilis paſtor conſtitutus: Atqui Paſtoris officium eſt ordinarium, non, vti Apoſtolatus, extraordinarium, vel ipſo Calu. teſte. Habet ergo in hoc paſcendi, regendi, præſidendi, ducendi, & vt oues debitè pareant, cogendi officio, ordinarium ſucceſſorem. Quam rem confirmat, quod quum omnes aliorum Apoſtolorum ſedes & Eccleſiæ, in manus infidelium dilapſæ, à fide & Chriſti cultu defecerint, ſingulariter tamen ſola D. Petri ſedes Chriſtum docet, profitetur, colit, nec vnquam defecit, vt non abs re D. Chryſoſt. lib. 2. de Sacerdot. ſcripſerit, *Chriſtum ouium ſuarum curam, tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus commiſiſſe*, & D. Auguſt. Epiſt.92. Innoc. Pap. ſcribens,

Officium Paſtoris eſt ordinarium.

Sola Romana ſedes aliis deficientibus manſit.

Digitized by Google

bens, adeoque eius prærogatiuam ac Primatum è SS. literis depromptum agnoſcens, apertè dicat: *Arbitramur adiuuante miſericordia Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti, qui te & regere conſulentem, & erantem exaudire dignatur, auctoritate Sanctitatis tuæ, de Sanctarum Script. auctoritate deprompta faciliùs eos qui tam peruerſa & pernicioſa ſentiunt, eſſe ceſſuros.*

Finis primatus Eccleſiæ.

5. Quartò Confirmatur ex fine, in quem hic D. Petro datus eſt Primatus, nempè ob Eccleſiæ vtilitatem, non ad ipſum primariò honorandum; quatenus hâc ſummi capitis vnitate; fidei, Diuini cultus, atque animorum integritati conſuleretur, *vt vno paſtore atque capite conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio,* ait D. Hierony. lib. 1. contra Iouinian. *Neque aliunde* (teſte Cyprian. lib. 1. Epiſt. 3 ad Cornel. Pap.) *hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt Schiſmata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur. nec vnus in Eccleſia, ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria Diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum Sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt Diuinum iudicium, poſt Pop. ſuffragium, poſt Coepiſcoporum conſenſum, iudicem ſe, non iam Epiſcopi, ſed Dei faceret; nemo diſsidio vnitatis, Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens ac tumens, ſeorſum foris nouam hæreſim conderet.*

Origo Schiſmatum & Hæreſeon.

Cur Hæretici ſemper Papæ inferant bellum.

6. Qua ſola de cauſa in D. Petri eiuſque ſucceſſoris Romani Pontificis primatum, Hæretici omnes ſuam rabiem conuertunt, hunc vnicè labefactare atque extirpare conantur, quo ſic gubernatore ſublato; atrociùs ac violentiùs hæreſes ſuas inuehere poſſint, illiſque liberiùs ſuccedat quod Iudic. 21. 24. ſcriptum; *In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſq; quod rectum ſibi videbatur, hoc faciebat,* vnde hæc ſedes Petri & Romanorũ Pontificum

cum ſibi ſuccedentium, vocatur à D. Auguſt. to. 7. in Pſalm. *Contra partem Donati, Petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ.*

Ortâ, initio naſcentis Eccleſiæ, Act. 15. de Legalium ceſſatione, quæſtione, alijs ea eſſe neceſſaria affirmantibus, alijs è contra negantibus; ne res in confuſionem & ſectarũ diſſenſionem abiret, indicitur Ieroſolymis concilium: Surgit Petrus in medio illorum, primus loquitur, definit, reſoluit, eius ſententiæ ſubſcribunt omnes, atque ita veroſimiliter enaſcituræ diſſenſioni maturè occurritur, & veritas ſolidatur.

D. Petrus occurrit diſſenſioni.

7. Præuidet Deus populus Iſraeliticum aliquando ad dexterã vel ſiniſtram, in materia Religionis poſſe declinare, Ideò Synagogæ paſtorem vnum Deuter. 17. prouidit, vt illius auctoritate (quamdiu tamen illa ſtare debuit) controuerſiæ omnes exortæ decidantur: *Quia autem ſuperbierit*, ait, *nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille*, verſ. 12. Quamobrem quum non minori fauore Eccleſiam ſuam, quàm olim Synagogam, proſequatur Dei filius, dum illi Petrum paſtorem præfigit, perpetuò eum, in ſucceſſoribus ſuis, illi præeſſe decreuit.

Synagoga parebat Summi Sacerdotis Imperio.

Accedit maior neceſſitas temporis præſentis, quàm D. Petri, eandem vnius in terra Capitis præſidentiam, Primatum ac prærogatiuam dictans: Longè enim plures iam ſunt Chriſtiani, quaquauerſum toto orbe diſperſi, longè minori quàm olim, ſanctitate præditi, pluribus in dies ſuccreſcentibus hæreſibus circumdati; ac proinde vnius capitis magis indigi, à quo in vna fide, Religio & Eccleſia contineantur.

Soli Pontifices Romani ſunt D. Petri ſucceſſores.

Iam verò ex teſtimonijs omnium ferè ætatum locupletiſſimis, cõſtat, nullos Epiſcopos vel Pontifices, præter Romanos, continuâ ſucceſſionis ſerie, in D. Petri locum ſedemque, ab Eccleſia fuiſſe receptos, abſque vlla poteſtatis reſtrictione; quinimò ad eos ſolos, velut ad D. Petri in eadem poteſtate ſucceſſores, per omnes Eccleſiæ ætates; maiores fidei, cultus Sacramentorum, cæremoniarum, adeoque totius Politiæ ſpiritalis cauſas, fuiſſe relatas.

Ad ſolos Roman. Pontifices referuntur cauſæ Religionis.

8. Reſpexerunt huc omnes ferè Patres cùm Græci tum Latini, pietate, doctrina & ætate, Geuziâ Eccleſiâ multò anteriores: *Antiquiſſimum autem quodque veriſſimum.*

Axioma.

Primus accedat magnus Patriarcha Alexandrinus, D. Athanaſ. qui in Epiſt. à ſe & alijs è Synodo Alexandrina ad Felicem II. Papam, miſſa, ſic Romanum Pontificem compellat: *Vos Præceſſoreſq; veſtros Apoſtolicos, videlicet Præſules, in ſummitatis arce Deus conſtituit: omniumq; Eccleſiarum curam habere præcepit.*

Secundus, Theophyl. in cap. 21. Ioan. *Petro, non alij, præfecturam ouium per vniuerſum mundum tribuit.*

Chryſoſt. appellat ad Roman. Pontificem.

Tertius, Chryſoſt. Epiſt. ad Innocent. tom. 5. ad Romanum Pontificem, velut vniuerſæ Eccleſiæ Primatem, appellauit.

9. Quartus, Cyprian. lib. 4. Epiſt. 8. ad Cornelium Papam, Romanam Eccleſiam vocat, *Eccleſiam matricem.*

In Rom. Eccleſia Apoſtolicæ cathedræ Principatus.

Quintus, D. Auguſt. Epiſt. 162. *In Romana Eccleſia ſemper viguit Apoſtolicæ cathedræ Principatus.* Item contra Epiſt. Manichæi; *Tenet me* [in Eccleſia Catholica] *ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt Reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem*

præſentem Epiſcopatum, ſucceſſio Sacerdotum. Idem varijs locis, docet Pontifices Romanos & in ijs maximè Melchiadem, ante tempora ſua, in cauſis Epiſcoporum, iudicio præſediſſe, de Eccleſiæ Catholicæ doctrinâ iudicium tuliſſe, hæreſes damnâſſe, &c. De quibus plura tom. 2. Epiſt. 162. ad Epiſcopos Donatiſtas; & Epiſt. 166. & 95. & 157. &c.

Sextò, D. Maximus ſer. 3. de Apoſtolis. *Quanti ergo meriti apud Dominum ſuum Petrus erat, vt ei poſt nauiculæ paruæ remigium, totius Eccleſiæ gubernacula traderentur?*

Poſtremò Optat. lib. 2. contra Parmen. *Cathedra vna eſt, & negare non audes, ſcire te Petro primùm in vrbe Roma, Cathedram eſſe collatam, vbi ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, inde Cephas appellatus, in quo vno, cathedræ vnitas ab omnibus ſeruaretur.* Et infrà: *Ergo cathedra vna eſt, quæ eſt prima de dotibus. In ea ſedit primus Petrus, ſuccedit Linus, Lino Clemens, &c.*

10. Ad hæc quid reſpondes Geuza? iuſtiúſne erit vni profugo credere Luthero, Dæmoni nocturno ſuam doctrinam, acceptam ferenti, quàm tot Sacris doctoribus, ſanctitate, doctrinâ, martyrioque claris? Scio quid excipiat Lutherus, Romanum Pontificem, non Dei iuſſu, at vi ſuâ, tantam, tam latè patentem poteſtatem acquiſiuiſſe.

Præſtat ſanctis Patribus, quam vni credere Luthero.

Sed oſtendat, obſecro, Lutherus tuus, quando primùm Papa tam latam poſſeſſionem acceperit, quibus ſuffragijs, quibus militibus, hanc tyrannidem vſurpârit: Nos, quibus adiutoribus & armis in Eccleſiam & Imperium Lutherus inuolauerit, quo tempore Orthodoxam fidem turbauerit, quâ praxi Eccleſiæ iuriſdictionem protriuerit, non obſcurè & ex tempore demonſtrare poſſumus.

Papa non vſurpauit tyrannicè Primatum.

Digitized by Google

Mira Primatus Rom. conſtantia.

11. Ecqua verò apparentia, vt vnus ſacerdos inermis, ſolus, nullo milite ſtipatus (qualem neceſſe eſt fuiſſe antequàm hanc Tyrannidem vſurparet) nullo iure fultus, nullo ritu, in tot vbique pares Epiſcopos, apud tam varias barbaraſque nationes, tantum obtineat Imperium, vt non ſolùm Epiſcopi, verumetiam Reges potentiſſimi, Imperatores & Duces, extra eius diœceſin degentes, illi morem gerant? *Abeant ergo Hæretici confuſi, redeant confeſſi*; nos interim fatebimur in Eccleſia vnum eſſe ſummum Sacerdotem, cuius ſtudebimus honori, & parebimus Legibus in conſcientiâ obligantibus; vt quemadmodum vnum eſt Chriſti in terris ouile, ita vnus ſit & paſtor, vnũ caput, vnus ſummus omnium Epiſcoporum Epiſcopus, vnus omnium Controuerſiarum iudex: *Pro quo.*

D. Auguſtin. lib. 13. contr. Fauſt. cap. 6.

RESPONDEO ET DICO II.

Papa diffiniens rem fidei non poteſt errare.

12. QVIA Pontifex Roman. ſiue cum Concilio Generali, ſiue abſque eo, ſuis adhibitis doctoribus, aliquid diffiniat, abſolutè errare non poteſt; quando ſcilicet diffinit eſſe fide tenendum, vel præcipit ſub Anathemate, vt omnes ita ſentiant, ac dicant. Ratio fundamentalis hæc eſt; quia D. Petrus eiuſque Succeſſores, Eccleſiæ ſunt Petra & fundamentum: è quo ſequitur neceſſariò, eorundem fidem, ſolidam, atque rupis adinſtar, firmam conſtare; id enim Petræ nomine ſignificatur: fieri ergo nequit, vt ipſi errent, dum Eccleſiam docent: Nam ſi fundamentum vacillet atque euertatur, neceſſe eſt & molem impoſitam collabi.

Volo dicere: Si Petri ſucceſſor erret, Eccleſiam docendo, quæ ſuper ipſum eſt fundata; quæ ipſius

innititur

Digitized by Google

innititur ſententiæ ac iudicio; neceſſe eſt & ipſam errare Eccleſiam: Conſequenter *inferorum portæ præualebunt aduerſus eam*; quod apertè promiſſioni Chriſti repugnare, eſt in confeſſo.

Obiectio I.

Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, Epheſ. 1. 22 *Ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam*, ergo ſi & Petrus, atque ex conſequenti, Pontifex Romanus fuerit caput, erunt duo capita eiuſdem corporis totalis, quod eſt abſurdum.

Spongia.

13. Impertinenter contra nos infert Lutherus Eccleſiæ corpus, fore monſtrum biceps: Neque enim dicimus Petrum æquale eſſe caput Chriſto, ſed ſub Chriſto: hoc eſt, caput Vicarium, Chriſti loco ſubrogatum, adeoque caput ſecundum poſt Chriſtum, id eſt, caput aliorum omnium à Chriſto, ſiue corporis illius myſtici, quod ex alijs hominibus à Chriſto coaleſcit; & ita non eſt caput totius corporis integri, quum non ſit caput Chriſti qui ad hanc pertinet Eccleſiam. Chriſtus verò eſt abſolutè & ſimpliciter caput totius Eccleſiæ, etiam Petri, qui eſt huius corporis totalis, membrum vnum, cæteris tamen præſtantius. A ſimili de Prorege & Rege. Prorex caput quidem eſt illius Regni cuius curam gerit; Rex tamen eſt illo ſuperior, & primum omnium ſuorum Regnorum caput. Sic Chriſtus & Petrus; qui etiam dicitur Petra & fundamentum, non quidem primum, quod ſolus eſt Chriſtus 1. Corinth. 3. 11. qui primarius eſt lapis in fundamento iactus Eccleſiæ, ſed eſt ſecundum fundam. & petra ſecunda, ſuper quam fundatur reliqua Eccleſia à Chriſto, id eſt, tota Eccleſia, dempto capite Chriſto.

Petrus eſt caput Eccleſiæ, ſed ſub Chriſto.

Quomodo Chriſtus & Petrus ſint fundamenta Eccleſiæ.

Obiectio

Obiectio II.

14. Si Pontifex Romanus Petro ſuccedat, ergo eſt Apoſtolus, quod eſt falſum.

Spongia.

Quæ requirantur ad Apoſtolatũ.

Friuola & inhoſpita eſt ſequela, plura enim requiruntur ad Apoſtolatum, quàm vt Apoſtolo ſuccedat, nimirum vt immediatè à Deo mittatur, doceaturque; & libros Canonicos ſcribere poſſit; quæ duo Papa non habet; licèt interim Apoſtolicam & veram in totam Eccleſiam obtineat poteſtatem, in qua D. Petro ſuccedit, vnde etiam vocatur, *ſedes Apoſtolica*, quia nimirum in ea eſt iuriſdictio & auctoritas quam habebant Apoſtoli, & imprimis D. Petrus, daturque immediatè à Chriſto.

Obiectio III.

Concilium poteſt Papam deponere, ergo Papa non eſt ſupremum Eccleſiæ caput, ſed Concilium eſt ſupra ipſum.

Spongia.

Concilium auctoritatiuè non poteſt deponere Papam.

Abſolutè falſum aſſumis, vnde Concilium auctoritate iudiciali non poteſt deponere Papam, quia *prima ſedes à nemine iudicatur*; cuius ratio à priori eſt, quia Papa auctoritatem in totam Eccleſiam accepit, non ab Eccleſia, ſed immediatè à Chriſto, vnde eam Eccleſia nullo modo auferre poteſt. Caſu verò quo manifeſtè eſſet hæreticus, depoſitus eſſet, non ab hominibus, ſed à Deo, qui non creditur eum retinere velle Vicarium, qui ſe apertè ab eius corpore ſecernit, vel facti euidentiâ, vel Concilij Generalis declaratione.

Obiectio IIII.

15 Si in quæſtionibus fidei & Script. ſummum atque infallibilem iudicem admittere teneamur

Papam

Papam, ergo Pontifex eſt ſupra Scripturam.

Spongia.

Iteratò nego ſequelam, neque enim Papa iudicat vtrum Protocanonicæ vel Deuterocanonicæ Scripturæ, veræ ſint, an falſæ, nec eas in minimo poteſt immutare, tunc enim intentũ veſtrum concluderetis; Tantùm verò iudicat, vtrum hæ Scripturæ diuinitus ſint inſpiratæ, an non; item quis ſenſus Scripturæ ſit conſentaneus, quis non: præſupponens tamen omnem Scripturã eſſe veriſſimam, omnem verum ſenſum eſſe acceptandum: Ita ſcilicet, vt ex hoc Pontificis iudicio, nullum in ſe Scripturæ accipiat robur, ſed nobis duntaxat innoteſcat illam eſſe veram Scripturam: illam falſam. Taceo & Geuzios veſtros Miniſtros ac Superintendentes, ne dicam lippos & tonſores, priuatim ſibi hanc de Scriptura, eiuſque ſenſu iudicandi, ſumere auctoritatem: nemo tamen eorundem, ſeſe fatebitur eſſe ſupra Scripturam: nimis enim Religioſi ſunt quàm vt hoc admittant.

Pontifex non eſt ſupra Scripturam.

Geuzij Miniſtri iudicant de Scriptura.

X. QVARE,

De Romana D. Petri ſeſſione.

GEVZA REFORMATVS.

Quare tanta de Romanorum Pontificum ſucceſſione nugantur Romanenſes, quum D. Petrus numquam fuerit Romæ?

Velenus, Illyricus Cal. Magdeburg. Sebaſt. Francus, & paſſim Geuza per Belgium.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO; QVIA certum eſt D. Petrum non ſòlum Romæ fuiſſe & reſediſſe, verumetiam occiſum & cruci affixum fuiſſe,

Diuus Petrus fuit Romæ.

fuiſſe, quicquid contra claram totius Antiquitatis traditionem, effutierit Hæreticorum impudentia.

Quod probo primò, ex prioris Epiſt. D.Petri, cap.5.13. *Salutat vos Eccleſia in Babylone collecta*; hoc eſt Romæ, quam Babylonem vocat, quia tum plena erat diuitijs, impietate perſecutionis, idololatria atque peccatis, inquit, Emmanuel Sa in Notat. Cui conſonat Euſeb.lib.3.cap.15. *Papias*, ait, *hoc dicit, quod Petrus in prima Epiſtola ſua, quam de vrbe Roma ſcripſit, meminerit Marci, in qua tropicè Romam, Babylona nominauit, cum dicit; Salutat vos ea, &c.* Sic D. Hierony.lib.de vir.illuſtr.in Marco: *Petrus in Epiſt. prima, ſub nomine Babylonis, figuraliter Romam ſignificans.*

D. Petrus Romæ Cathedrā Epiſcopalem tenet.

2. Secundò, Epiſcopalem Cathedram Romæ tenuiſſe, atque ibidem Simonem Magum ſuperâſſe, hæc duo D. Auguſtini teſtimonia demonſtrāt: *Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet?* lib.2.contr.lit.Petil.cap.51. Et lib.de Hæreſ.ad Quoduultd.Hæreſ.1. *Imagines & ſuam & eiuſdem meretricis, diſcipulis ſuis, præbebat* [Simon Magus] *adorandas, quas & Romæ tanquam Deorum ſimulachra auctoritate publicâ conſtituerat. In qua vrbe, B. Apoſtolus Petrus, eum verâ omnipotentis Dei virtute, extinxit.*

Petrus Romæ ſuperat Simonem Magum.

3. Cui Traditionum profeſſorem addo Euſeb.in Chronic. *Anno ſecundo* (inquit) *Claudij, Petrus Apoſtolus, cùm primùm Antiochenam fundâſſet Eccleſiam, Romam proficiſcitur, vbi Euangelium prædicans, viginti quinque annis, eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat.* Et Hieron. de Scriptur.Eccleſ.in Petro. *Petrus poſt Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorum qui de Circumciſione crediderunt in Ponto, Galatia, Cappadocia,*

D. Petrus 2. Anno Claudij venit Romam.

padocia, Aſia, & Bithynia; ſecundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem Magum, Romam pergit, ibique viginti quinque annis, cathedram ſacerdotalem tenuit, vſque ad vltimum Neronis annum.

D. Petrus 25. annis reſedit Romæ.

4. Ad mortem ergo vſque, Romanũ tenuit Epiſcopatum, in qua & vrbe Cruci affixus glorioſum agonem conſummauit, teſtibus antiquiſſimis, adeoque temporibus Apoſtolicis vicinis ſcriptoribus, Egeſippo l. 3. de excidio Ieroſolymit. cap. 2. vbi narrat Petrum, inſtante paſſione, vrbe exceſſiſſe, Chriſtumque illi exeunti occurriſſe, & Petro, *Domine quo vadis*, interroganti, *vado Romam iterum Crucifigi*, reſpondiſſe. Origen. to. 3. Comment. in Geneſ. & ex eo Euſeb. lib. 3. cap. 1. *Petrus ad extremum*, ait, *quum Romæ verſaretur, capite deorſum ſtatuto* (*ſic enim perpeti cupiebat*) *paßioni Dominicæ Romæ adæquatur*. Idem Euſeb. lib. 2. cap. 25. *Et Paulum quidem capite, in ipſa vrbe Roma, Petrum verò Crucis patibulo condemnat*; ſcilicet Nero. Eodem loco adducit Dionyſ. Corinthium, qui centum annis ab obitu floruit Apoſtolorum, & quum Romæ eſſet, hæc verba dixiſſe refert; *Ambo in hac vrbe ſimul docentes, etium Martyrio pariter, vno eodemq́; tempore coronati ſunt.*

Petrus occiditur Romæ.

Petro apparet Chriſtus extra Romã.

5. Pro hac materia videantur Tertull. de Præſcript. Hippol. apud Prudent. in Periſteph. Cypr. de vnitat. Eccleſ. Arnob. aduerſ. Gentes, & alij plurimi citati ab Illuſtriſs. S. R. E. Cardinale Cæſare Baronio, Annal. tom. 1. anno Chriſti 44. numero 25.

Vbi dicit tantam de re toto cœlo perſpicua, de Petri videlicet Romam aduentu, memoriam, omni ſcriptionum genere meruiſſe conſecrari, vt nec cuiuſuis perfrictæ frontis hæreticus, vel ſchiſmaticus, eorum qui ante noſtrum ſæculum vixerunt,

auſus

auſus fuerit de eo, vel leuiter quidem, dubitationem mouere.

Obiectio.

D. Paulus Romanis ſcribens, non ſalutat Petrum: neque Scriptores de tempore quo Romam venit, inter ſe conueniunt, ſed diſſentiunt, ergo Petrus nunquam fuit Romæ.

Spongia.

Petrus frequens in peregrinationibus.

6. Ratio non inuenti Romæ, neque ſalutati per D. Paulum, Petri, eſt frequentia peregrinationũ, atque in varijs Prouincijs, Euangelij prædicatio per eum facta. Quæ etiam cauſa fuit Scriptorib. in tempore aduentus eius variandi; ex quo tamen non ſequitur eum Romæ nõ fuiſſe, niſi quis ſimili argumento nitatur Chriſti paſſionem & mortem eludere, quia de tempore non conuenit inter omnes; quum D. Ignatius ad Trallian. affirmet anno ætatis 33. alij 30. alij 46. alij 40. eum contendant adhuc prædicaſſe.

XI. QVARE,

De Ioanne VIII. Papa, fœmina ab Hæretico aſſerto.

Magdeburgẽ: Centur. 9. cap. 20. & Geuzæ paſſim in Belgio.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Pontificij affirmant ſemper illum à Chriſto Domino, totius Eccleſiæ accipere Primatum, qui ab Eccleſia legitimo modo in locum D. Petri recipitur; cum Ioannes VIII. fœmina, huius Pontificatus incapax, in Papam olim ſit electus legitimè & receptus.

ROMANO-CATHOLICVS.

I. RESPONDEO ET DICO I. QVIA quando diximus illum eſſe legitimum D. Petri Succeſſo-

Succeſſorem, adeoque primariam in totam Chriſti Eccleſiam accipere poteſtatem, qui legitimo modo ab Eccleſia in D. Petri locum eſt receptus; id non aliter duximus intelligendum, niſi poſito quod Eccleſia legitimè eum eligat atque recipiat, qui Pontificatus Summi eſt capax: qualis nec mulier eſt, nec infidelis, nondum baptizatus.

Mulier & infidelis incapaces Pontificatus.

RESPONDEO ET DICO II.

QVicquid ſit de poſſibilitate illius caſus, in quo Pontificatus incapax eligeretur; Ego cum multis pijs iuxtà ac doctis viris, ſentio, nunquam futurum vt incapax eligatur, Deo, ad auertendum ab Eccleſia ſua periculum & ſcandalum, facilè (vti poteſt) id prohibente: neque enim in huiuſmodi canonica vicarij ſui electione, mortuus eſt vel dormitat, qui dixit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi*, Matth. 28.20.

Nunquam futurum vt incapax Pontificatus eligatur.

Proinde vti mendaciſſimum ac falſiſſimum Paradoxum exploditur, quicquid de Ioanne VIII. Papa, fœmina, producunt aduerſarij.

1. Primò enim Græcorum & Latinorum Hiſtoricorum nemo, huius fabuloſæ Hiſtoriæ facit mentionem vel minimam, non Cedrenus, non Zonaras, multò antiquiores Martino Polono, primo huius fabulæ auctore: qui tamen vti Romano Pontifici infenſiores, libenter ex hac parte, ſi potuiſſent, Latinos cauillandi, occaſionem ſumpſiſſent.

Nunquam in Papam electa fuit mulier Ioanna.

Secundò, idem M. Polonus, non vt certã, hanc aſſerit Hiſtoriam, ſed ita dici, narrari & circumferri ait: Sigeberti verò & Mariani Scoti manuſcripti codices, nihil habent de fœmina.

F Tertiò,

Falſitas Hiſtoriæ exenteratur.

Tertiò, hanc fœminam Papam Moguntiæ in Anglia refert natam; quod ſplendidiſſimum mendacium, quum Moguntia, non in Anglia, ſed in Germania ad Rhenum, ſeu potiùs vbi Mœnus influit in Rhenum, ſit ſita.

3. Quartò, eidem innititur falſitati, Papæ fœminæ ſtudium Athenienſe, quum omnium probatorum Hiſtoriographorum vnanimi conſenſu, nec tunc, nec multò ante, vel poſt, ſtudium viguerit Athenis.

Bona Ratio.

4. Minus credibile, fœminam aliquam præter ſtatus honeſtatem, imprægnatam, adeoque partui vicinam, ad publicam per plateas proceſſionem (à quâ facilè potuiſſet ſe excuſare) prodijſſe cum tanto infamiæ & ſcãdali periculo. Poſtremò nunquam mihi perſuaſero id Deum fuiſſe in Eccleſia permiſſurum.

Cæterùm alias Siculas gerras, de ſede perforata, ſtatua mulieris, declinatione à via, ab aduerſarijs obiectas, ſed cõdigne exploſas, vide apud Rob. Bellarm. to. 1. Controuerſ. 3. general. lib. 3. cap. 24.

Vuiritus contumax in Papam mirè punitur à Deo.

5. Viuat ergo *Romana ſedes*, viuat: cuius odium vt tu mi Geuza maturè deponas, hortor, obiecto oculis Wiriti cuiuſdam, olim Archidiaconi Oxonienſis, at paulò pòſt mutatâ in Anglia Religione, Apoſtatæ exemplo, qui anno 1571. locum illum, Epheſ. 4. 11. *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos*, pro cathedra exponens, vt tempori ſeruiret, intulit, dicens: *De Papa hic nullum verbum auditis.* Quod vbi effatus, mox graui morbo corripitur, atque adeò quaſi mutus eff ctus à ſuggeſtu, non ad prandiũ, vt ſtatuerat, ſed ad lectum defertur, atque octauo poſt die, moritur, de quo Surius in Chronico.

I XII.

XII. QVARE,

De Conciliorum Generalium infallibili auctoritate.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ tanti faciunt ſua Concilia Oecumenica, quum Epiſcopi in iis errare poſſint vt homines, & immeritò excludant, Imperatoris ac Regum, de rebus fidei iudicandi, poteſtatem?

Luther. varijs locis. Calu. 4. Inſtitut. cap. 7. Brentius in Prolegom. contr. Sot. Centur. 4. c. 7. & Geuza per Belgium.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Nullum Concilium etiam Generale, auctoritate Summi Pontificis, præcipuos Eccleſiæ Prælatos, id eſt, Epiſcopos, & ijs ſuperiores conuocantis, indictũ, infallibilem habet auctoritatem definiendi per ſe, ſeclusâ Romano Pontificis approbatione. Quod eâ ratione manifeſtè confirmamus, quod aliqua talia quandoque errauerint: vt Ariminenſe, quod 600. erat Epiſcoporum cum Ario, & in quo definitum eſt filium in Diuinis, non eſſe dicendum Patri ὁμόουσιον, hoc eſt, conſubſtantialem. Similiter Mediolanenſe, quod confirmauit hæreſim Arij.

Nullũ Concil. infallib. le abſque Rom. Pontificis approbatione.

Concil. Ariminen. & Mediolanen. errauerunt.

2. Nec verò id mirum cuiquam videri debet, qui diſpexerit tale Concilium eſſe mutilum & imperfectum, vtpote ſine capite nec propriè repræſentare vniuerſalem Eccleſiam, ſed tantùm Eccleſiæ corpus abſque capite, quia auctoritas Capitis non eſt in hoc Concilio, nec tali Concil. facta eſt promiſſio infallibilis aſiſtentiæ in definiendis fidei rebus, ſed capiti duntaxat.

RESPONDEO ET DICO II.

Decreta legitima Concil. cum capite, ſunt infallibilis auctoritatis.

QVIA quodlibet Concilium accedente Romani Pontificis approbatione, eſt infallibilis auctoritatis, ſiue ſit Generale, ſiue Prouinciale, ſiue Epiſcopale: Probatur: Quia Decreta Concil. Ieroſolymit. dicuntur Decreta Spiritus ſancti, qui errare non poteſt; *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis*, Act. 15. 28. Idem proinde dicere poſſunt omnia alia legitima Concilia, Eccleſiam vniuerſalem repræſentantia, tum quia illud Concil. velut forma & exemplar fuit aliorum Conciliorum, tum quia non minùs neceſſaria eſt Spiritus ſancti aſſiſtentia nouiſſimis temporibus, quàm tunc erat, ſed multò magis, ob maiorem Lutheranæ, Zwinglianæ, Anabaptiſticæ, Caluinianæ, Libertinæ, Trinitariæ, Puritanæ, Antipuritanæ, Gummarianæ, Ariminianæ, Vorſtianæ, &c. Hæreſeon pullulationem, ad quas ſupprimendas, ſolent Concilia indici.

Decreta legitimorū Concil. ſunt decreta Spiritus ſancti.

Finis celebrationis Conciliorum.

3. Hoc vnicum nobis ſuffecerit ex Scriptur. depromptum argumentum; cui hæc ratio adſtipulatur; Quod auctoritas Pontificis ad definiendum ſit infallibilis, Concilium verò quod Pontificis auctoritate confirmatum eſt, Pontificis auctoritatem habere cenſeatur; quoduis ergo Concilium legitimè coactum & à Pontifice confirmatum, infallibilem habet auctoritatem. Pro eadem re poſſem Sacrorū Doctorum teſtimonia, & Conciliorum decreta non pauca afferre: ſed omittam, quia contra damnantes Concilia procedo, qui eidem Concilio de ſe definienti obijcere poſſent; *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Ioan. 8. 13.

Concil. quare & vnde infallibile.

Illud

4. Illud tantum verbulo inſinuauero, antiquiſſimam ſemper in Eccleſia viguiſſe cõſuetudinem, vt Synodi cuiuſpiam decreta, ad Roman. Pontificem confirmanda mitterentur, quod de ſui temporis Concil. Carthaginenſi, his verbis teſtatum reliquit Catholicus Auguſtin. Epiſt. 90. ad Innoc. Pontificem Roman. *Concilia confirmãda mitti ſolent Papæ.*

DOMINO BEATISSIMO ET HONORANDISS. FRATRI SANCTO INNOCENTIO PAPÆ: *Aurelius, Mundius, Ruſticanus, Fidentius, Euagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theaſius, Tutus, Panthonius, Victor, Reſtitutus, Ruſticus, Fortunatianus, alius Reſtitutus, Ampelius, Animus, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octauius, Serotinus, Maiorinus, Poſthumanus, Triſpulus, Victor, &c. qui in Concilio Eccleſiæ Carthaginen. adfuimus.*

Et poſt commemorationem eorum quæ in Concilio contra Pelagium acta erant, ſubiungunt.

Hoc Domine frater Sancte, charitati tuæ intimandum duximus, vt Statutis noſtræ mediocritatis, etiam Apoſtolicæ Sedis adhibeatur auctoritas pro tuenda ſalute multorum, & quorundam peruerſitate etiam corrigenda. *Concil. Carthag. ſubdit ſua decreta Roma. Pontifici.*

5. Quinimò & librum Pelag. hæreticum & Catholicorum reſponſum, ad Roman. Pontificem à Patribus Concilij miſſum eſſe, idem teſtatur D. Auguſt. Epiſt. 95. ad Innoc. Papã. Quod idem de cauſa Pelag. à Concil. Milleuit. ad Sedem Apoſtol. relata, narrat Epiſt. 92.

Cæterùm Epiſcopis & Patribus in Concil. adunatis, non præciſè vt vel homines multi vel docti ſunt, hanc aſcribimus infallibilitatem, verum Spiritus ſancti, Matth. 18. 20. & 28. 66. promiſſæ aſſiſtentiæ, quam vos in Claſſibus, & Synodis ve- *Hæretici quia diffident, non habent Spiri-*

tus ſancti Aſſiſtentiam.

ſtris (vbi ſimiliter homines, non Angeli, non Prophetæ, non Euangeliſtæ reperiuntur) non habere vt credamus, interminata facit ſpiritus diſſenſionis, quo laboratis, ἀταξία. Dicito verò, ſodes, cur fratres veſtri (non in Chriſto, ſed Caluino) Anglo-Caluiniſtæ, tantam obedientiam, & ſubiectionem Anglicanis Pſeudo-Epiſcopis, velut ſpiritalibus ac ſublimioribus (quum tamen nihil minus ſint) poteſtatibus præſtent, eorumque decreta accepțent, quum tamen, adinſtar noſtrorum Epiſcoporum, ijdem mortales duntaxat ſint homines; ſed prætereà varijs impudicitiæ, adulterij, &c. flagitijs cooperti, vti certam nobis fidem & ipſemet Anglus Eruditiſſimus Thom. Stapletonus facit, in Prompt. Cathol. feſt. ſanctorum Simonis & Iudæ? Vbi addit lucem aſpexiſſe Martini cuiuſdam Puritani libellum: *De cleri Anglicani flagitiis.*

Pſeudo-Epiſcopi Anglo-Caluiniſtici impudici.

6. Aſſiſtentiæ ergo, non humani, ſed Diuini Spiritus, attribuimus Concilij, (modò tamen non fuerit Ακέφαλον) infallibilitatem; quam ſi lucido oculo intueri voluiſſet veſter Lutherus, lib. de Concil. non in eam protupiſſet maledicentiam; quâ Sacroſancti Concilij Nicæni (quod omni anteriori memoriâ dignè venerata eſt Eccleſia) Canones perſtringens, *Hi omnes articuli* (inquit) *fænum, ſtramen, ligna, ſtipulæ fuerunt:* Non Sanctorum Patrum deprauator, non contradictorius polyhiſtor Martinus Kemnitius, ſacrilegum ac temerarium Oecumenici Concilij Tridentini examen edidiſſet; qua in re non ſolùm Diuinam Legem, quæ Malach. 2. ex ore Sacerdotis, Legis ſcientiam requiri iubet, violauit, ſed etiam humanam Imperatoris Martiani, qui Lege *Nemo,* Cod.

Straminea Lutheri cenſura.

Sacrilega temeritas Kemnitij.

Digitized by Google

Cod. de Summa Trinit. & fide Cathol. ſtrictiſſimè cauet; *Ne quis*, ait, *in Synodo ſemel iudicata & rectè diſpoſita, diſputando reuoluat, tumultus aut perfidiæ occaſionem inde quærens: Impium & ſacrilegum eſſe, qui poſt tot Sacerdotum ſententiam, opinioni ſuæ aliquid tractandum relinquit; Item extremam dementiam eſſe, in medio die commentitium lumen inquirere*, videlicet per vlterius examen.

Decret. Martiani contra Synodi examinatores.

RESPONDEO ET DICO III.

7. QVIA nec Imperatores, nec laici vlli, etiam SS. literarum periti, in Concil. Generali, ad res fidei definiendas adhibendi, vel vnquam adhibiti fuerunt, ſicut Epiſcopi, Papæ aſſiſtunt, non tantùm vt conſiliarij, ſed etiam Iudices: vnde dicunt; *Ita ſtatuit S. Synodus.*

Imperatores non ſunt iudices in Concil. ſicut Epiſcopi.

Quid enim magis à ratione alienum, quàm vbi agitur de ſalutaribus, à noxijs diſcernendis doctrinæ paſcuis, eius rei iudicium ouibus committere? Paſtorum ſanè hoc munus eſt, Ierem. 3. 15. *Dabo vobis Paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientiâ & doctrinâ.* Et Paulus Epheſ. 4. 11. vtrumque officium Paſtoris & Doctoris coniungit, *Alios autem dedit Paſtores & Doctores.*

8. Imperatores autem Sedis Apoſtol. & Concil. iudicium, iam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ, ſequi ſolent & audire, non ferre, non dictare: Vnde Auguſt. apud Poſſido. in vita eius, cap. 18. *At illi* (Innocent. & Zoſimus Pontifices Romani) *Apoſtolicæ ſedis Antiſtites, ſuis diuerſis temporibus, eoſdem* (Pelagianos) *notantes, atque à membris Eccleſiæ præcidentes, datis literis ad Africanas Orientis & Occidentis Eccleſias, eos anathematizandos, & deuitandos ab omnibus Catholicis cenſuerunt. Et hoc tale de illis, Eccleſia Dei Catholica prolatum*

Imperatores ſequuntur Concil. & Sedis Apoſtol. iudicium.

tum iudicium, etiam piiſſimus Imperator Honorius audiens ac ſequens, ſuis eos legibus damnatos, inter Hæreticos haberi debere conſtituit. Quod de Conſtãtino Magno idem aſſerit Auguſt. Epiſt. 166. circa medium.

Germaniæ Proteſtantes contemnunt Concilium.

9. Turpiùs verò vltimâ Februar. anni 1537. Germaniæ Proteſtantes, cum ſummo præclaræ Germanicæ nationis dedecore, Concilium à Pontifice indictum aſpernati, volunt iudicandi poteſtatem, non ad Pontificem ſolum vel Epiſcopos; ſed vniuerſalem prorſus Eccleſiam pertinere; Dicerent apertiùs, etiam ad tonſores, cerdones, laniones, braxatores, piſtores, aniculas, ambubaias, pharmacopolas, cocos, ſubulcos, &c. Quibus nullam Deus vnquam dedit in ſpiritalibus decidendi auctoritatem; verùm ſicut ab ijs totalem obedientiam requirit; ita paſcendi auctoritatem ſolis Prælatis committit, per ſuum Vicarium dicens, 1. Pet. 5. 2. *Paſcite, qui in vobis eſt Gregem Dei,* ſcilicet à vobis pendentem.

RESPONDEO ET DICO IIII.

Imperator non poteſt per ſe indicere Concil.

10. QVIA Imperator per ſe non poteſt indicere Concilium; Ratio eſt clara, Quia non Imperatori Tiberio, at ſoli Petro & eius ſucceſſoribus dictum eſt; *Paſce oues meas,* ſup. Nec Imperator caput eſt Eccleſiæ; Nec omnibus Epiſcopis poteſt præcipere, quum plurimi extra eius ditionis terminos conſiſtant: Concilium verò indici ab eo debet, qui præcipere poteſt vt veniant, aliàs indictio efficax non erit. Imperator verò duntaxat Generalis eſt Eccleſiæ defenſor: cui proinde indictio illa per ſe nunquam licuit, nec vnquam ab eo eſt inſtituta.

Imperator tantùm eſt Generalis Eccleſiæ defenſor.

11. Dixi, *per ſe*, quia licet Imperatores nonnulli de

de facto Concilia indixerint, id tamen non aliter quàm cum auctoritate & conſenſu Roman. Pontificum, ſicut nec ipſi Pontifices primis illis temporibus, Concilia Generalia abſque ope Imperatorum indixerunt. Quod autem ſemper acceſſerit auctoritas Papæ, vt cætera taceam, vnum, idque præcipuũ produco Concilium Nicæn. quod non à ſolo Conſtantino, ſed etiam Sylu. eſt congregatum, vt expreſsè dicitur in Synod. 6. actio. 18. cui conſentit Ruffin. lib. 10. Hiſtor. cap. 1. dicens, Conſtantinum cõuocâſſe illud Concil. ex ſententia Sacerdotum; non ergo ex propria auctoritate & inuentione.

12. Pontifices verò adhibitam voluêre Imperatorum auctoritatem, primò, vt Epiſcopi eorum auctoritate in itineribus defenderentur à Paganis. *Pontificis auctoritate Imperatores Cõcilia indicũt, & quare.*

Secundò, vt ſumptibus publicis tranſueherentur, erant enim tunc adhuc pauperes, atque ægrè tantos ſumptus poterant ferre.

Tertiò, quia tum temporis adhuc vigebat Lex Imperatorũ antiqua, quâ vetabantur omnes magni Conuentus, ſine auctoritate Imperatoris, ne videlicet vlla conflaretur ſeditio vel coniuratio; Leg. Conuenticula, Cod. de Epiſcopis & preſbyt. Quæ cauſæ nunc ceſsârunt.

Obiectio I.

Scrutamini Scripturas, Ioan. 5. 39. Ergo certiſſima via componendi Religionis contentiones, eſt Scrutinium Scripturarum, non deciſio Concilij.

Spongia.

13. Solùm hinc concludi poteſt, Scripturas locum teſtium, non iudicis, tenere: neque enim Chriſtus dixit: *Scrutamini ſcripturas*, quoniam illæ *Scriptura, teſtimoniũ, non iudiciũ ferũt de Chriſto.*

 iudi-

iudicium ferunt de me; ſed dixit, *Scrutamini* (indicatiuo modo) *ſcripturas quoniam illæ teſtimonium perhibent de me*, atqui teſtium officium non eſt ferre ſententiam, ſed ſolùm dicere teſtimonium: Iudicis verò, teſtium dicta audire & ſcrutari, quibus auditis atque expenſis, iuxta eorum teſtimonium ſententiam ferre. Quare quum Hæreticus & Catholicus, pariter dicat ſe ſcrutatum fuiſſe Scripturas, & quod illæ teſtimonium perhibeant de ſua doctrina, non eſt ſufficiens via, Scrutinium Scripturarum, quum eas quiſque pro libito interpretetur: ſed opus eſt iudice, qui de earum interpretatione & vero ſenſu, ſententiam dicat: hoc verò eſt Concilium.

Obiectio II.

14. Concil. vniuerſale totam repræſentat Eccleſiam, vt definit Mart. 5. in fine Concilij Conſtantien. hoc eſt, tenet veluti vicem totius Eccleſiæ, quæ non poteſt videlicet alio modo congregari, niſi quatenus prȩlati, vice omnium fidelium, conuenient: atqui Eccleſia vniuerſalis errare non poteſt, ergo nec vniuerſale Concil. quod virtute nimirum eſt tota Eccleſia.

Spongia.

Secluſo Papâ Concil. eſt Ακέφαλον.

Secluſo Pontifice, Concilium duntaxat eſt Ακέφαλον, nec repræſentat perfectè totam Eccleſiam: ac proinde errare poteſt, vt optimè Caiet. tract. de auctoritat. Pontif. & Concil. cap. 9.

Obiectio III.

Si infallibilitas Conciliorum pendet à Pontifice, fruſtrà videntur illa cogi; ſiquidem æquè benè & certò ab ipſo ſolo Pontifice poſſet res definiri.

Spongia.

15. Nequaquam propterea fruſtrà inſtituuntur Concilia;

Concilia; Quò enim maior in illis ſit inquiſitio firmamentorum veritatis, ex plurimumque ſententia decernitur; eò in iſtis rebus, quas cum Concilio definit Pontifex, plus eſt ponderis atque momenti, vt ipſi certè homines, maximè aduerſarij, ſibi perſuadere poſſint, verum atque ratum id eſſe, quòd ſtudio tanto, tantâ diligentiâ adhibitâ, tanto conſenſu definitur. Quare prudenter Pontifex facit, ſi cùm ita vel hæreticorum pertinacia, vel alia grauis cauſa poſtulare videtur, non niſi cõuocato Concilio, eandem rem definiat. In qua Concilij definitione, licèt Epiſcopi ſint iudices, ſunt tamen inferiores iudices: Papa autem eſt iudex ſupremus, & ſicut Rex in Regno, qui poteſt inferiorum iudicum ſententias etiam maiori parte relictâ, retractare. *Epiſcopi in Concil. ſunt iudices inferiores.*

Obiectio IIII.

In pluribus Concilijs abeſt Pontifex Romanus ſolumq; inter ſunt Legati, ergo vt plurimum poſſunt errare.

Spongia.

16. Concedo talia Concilia poſſe errare, niſi Legati illi habeant inſtructionem à Papa, eamq; ſequantur, & definitio Concilij ſit huic conformis: tunc enim Concilium cum ſuo capite in eandem conſpirat doctrinam; & tale Concilium cenſetur confirmatum, quum Pontifex iam antè ſuam dixerit ſententiam. Quod ſi Pontifex nullam inſtructionem mittat per Legatos, etiamſi legati in Concilij definitionem conſentiant, tamen definitio non eſt infallibilis, quia auctoritas definiendi non eſt in Legatis, ſed illi ſunt veluti internuntij inter Concilium & Papam, vnde etiam talium Conciliorum ſolet peti confirmatio, vti accidit in *De Legatis Papa in Conciliis.*

Triden-

Digitized by Google

Tridentino; Pro quo vide Bullam Pij IIII. quâ Concilium confirmatur.

Paræneſis.

17. Ad hanc ergo, mi Geuza, Eccleſiam Romano-Catholicam accede, in qua tot, tanta, tamque celebria habita Concilia, ad quæ ex omni ferè totius orbis natione, aliqui conuenêre Epiſcopi vel per ſe vel per ſuos Legatos, ad conſtituendam morum ac Religionis doctrinam. Vltimum fuit Tridentinum, ad quod Epiſcopi ac docti viri ex omni natione, Germania, Gallia, Hiſpania, Britannia, Scotia, Belgio, Italia, Suetia, Pruſſia, Polonia, Hungaria, Boemia, Inſulis Canarijs, Africa, Indijs, ex Græcia, Oriente, &c. Confluxerunt, atque examuſſim in articulis fidei omnibus vnanimiter conuenientes, vnanimi voce applauſerunt & acclamârunt, AMEN. Quod eruditiſſimo Domino Petro Cudſemio olim Caluiniſtæ, non paruum conuerſionis dedit argumentum, poſt gratiæ præuenientis influxum. Hæretici verò & quotquot à Romano-Catholica fide ſunt alieni (qui certè ſunt innumeri) iam inde à tempore Simonis Magi, per tot annorum ſecula, nunquam potuerunt vnum cogere Concilium Generale. Vnum poſco, ſi habeant, pro plurimis noſtris.

Excellentia Concil. Trident.

18. Non tamen eis defuerunt potentiſſimi Reges & Imperatores, Hæreſeωn quarundam ſtudioſiſſimi defenſores. Quid enim non ſunt moliti Valens & Conſtantius Ariani? Quid non Wandali? quid non Oſtrogothi? quod non Albigenſes? quid non Lutherani? quid non Caluiniſtæ? quid non Zwingliani? quid non ſocij veſtri Geuzæ, varijs Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Genouen.

Hæretici nunquam vnum potuerunt cogere Concil. Generale.

neuen. Sedanenſis & Belgicæ Rerumpubl. Principibus, hæreſeos vinculo alligati? Nunquam tamen vllum potuerunt vel poterunt cogere Concilium Generale; quum tamen ſcriptum ſit Prouerb. 24. 6. *Erit ſalus, vbi multa conſilia ſunt.*

XIII. QVARE,

De veritate Eccleſiæ Romanæ, ex Notis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ in ſola Eccleſia Romana pollicentur hominibus ſalutem?

Brent. Confeſs. Vvirtenberg. in c. de Eccleſ. Confeſs. Auguſtan. art. 6. Calu. Inſtit. lib. 4. cap. 1. § 10. & Geuza in Belgio.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO: QVIA ex certis *notis*, euidentiam credibilitatis, habent Papiſtæ, ſolum illum cœtum hominum, qui Romano Pontifici pro tempore exiſtenti paret, eſſe veram Chriſti Eccleſiam; quod hoc modo probamus: illa enim hominum Congregatio ſola eſt Eccleſia Chriſti, quæ eſt *Vna Sancta, Catholica, Apoſtolica:* quæ Notæ vti ponuntur in Symbolo Conſtantinopol.

Quatuor Notæ veræ Eccleſiæ.

2. Ita omnia vetera Concilia, per eas, ſe diſcerni volunt ab omnibus ſectis, non per ſynceram prædicationem verbi Dei, non per ſyncerum vſum Sacramentorum, vti malè haſce duas Notas præfati Aduerſarij aſſignant quum æquè ſint obſcuræ atque ipſa Eccleſia, vnde nequeunt illam nobis patefacere: Quotuſquiſque enim eſt hodie Reformatus Quinteuangelicus, Lutheranus, Caluinianus, &c. qui non probet ex his Notis apud ſe eſſe Chriſti Eccleſiam, non apud alios, quia dicit in ſua

ſola

Digitized by Google

ſola congregatione, eſſe verbi Dei veram prædicationem & ſyncerum Sacramentorum vſum, non apud alios? Notæ autem debent eſſe euidentes, alias non ſunt Notæ.

Atqui ſola Congregatio, quæ Romano Pontifici paret & nulla alia, eſt talis, *Vna* ſcilicet, *Sancta*, *Catholica & Apoſtolica*; Sola igitur ipſa eſt vera Eccleſia, ſola in ipſa expectatur ſalus. Primò Romana Eccleſia eſt

VNA.

Vnitas Eccleſ. in Capite, cultu, & inter ſe.

3. PArtim in capite, Pontifice Romano; omnes enim Pontificij, eundem agnoſcunt pro capite, cui in doctrina & Sacramentorum vſu conſentiunt. Partim in Diuino cultu, apud omnes enim idem offertur Sacrificium, eadem Sacramenta, cum ijſdem cæremonijs diſpenſantur. Partim inter ſe, videlicet in doctrina fidei; omnes quippe eadem credunt tanquam fidei doctrinam, omnes eadem damnant tanquam hæreſin exploratam.

Nihil huiuſmodi de vobis, Geuzæ, dici poteſt, quum nullum habeatis Caput commune viſibile. Neque enim Lutherani, Caluinum, nec Caluiniſtæ, Lutherum agnoſcunt. Deinde in fidei articulis, numero Sacramentorum & vſu, interminatam pugnam, vel ſoli tonſores & lippi, per Germaniā, Angliam, Hollandiā, Zeelandiam teſtari poſſunt: maximè tamen hodie Arminiſtæ & Gummariſtæ, circula articul. Prædeſtinationis & lib. arbitrij, ad ſanguinis effuſionem, & quotidianas ſeditiones vſque diſſidentes.

Vna cum Eccleſia ſuperiorum ſeculorū.

4. Taceo noſtram etiam vnam & eandem eſſe Eccleſiam cum Eccleſia quæ ſuperioribus omnibus

bus ſeculis fuit, vſque ad tempora Apoſtolorum: vt facilè ex capitalibus fidei noſtræ articulis, in decurſu pateſcet. Iterum vna eſt continuâ ſucceſſione eiuſdem capitis viſibilis Romani Pontificis, eiuſdem inquam, non numero, ſed ſuccedaneâ identitate. Denique vna, inquantum Romana Eccleſia nunquam fuit interrupta, aut deleta, ſed omnibus ſeculis extitit cœtus hominum, qui eadem crediderunt, quæ noſtra Eccleſia credit, iſque cœtus ab omnibus fidelibus habitus fuit pro Eccleſia Dei. Quæ conſiderationes in veſtra prætenſè Reformata Eccleſia locum non habent, quia omnibus ſuperioribus ſeculis inuiſam doctrinam inuexiſtis, capite viſibili caretis, ante 80. annos nuſquam comparuiſtis, & indies magis magiſque interitis.

Vna Succeſſione eiuſdem Capitis.

Vna, quia ſemper durauit.

II. NOTA EST

SANCTA.

Vnde Eccleſia Sancta.

5. TAlis eſt Romana, I. quia eius doctrina nihil continet contra rectam rationem & bonos mores, II. quia totum ferè mundum ab idololatria reuocauit, boniſque moribus illuſtrauit, & plurimas Gentes conuertit. III. quia à Sanctiſſimis viris propagata, & in ea plurimi eximiâ ſanctitate floruerunt. IIII. quia infinitis, ijſque veriſſimis coruſcauit miraculis. V. quia in ea plurimi, quouis ſeculo, dono Prophetiæ præditi fuerunt. VI. quia Deus Romanæ Eccleſiæ oppugnatores interdum grauiter puniuit: defenſores verò felicitate temporali donauit, vt fuſè hæc omnia proſequuntur Staniſlaus Hoſius, Rob. Bellarminus, Thomas Bozius, & alij.

6. Nihil

Digitized by Google

6. Nihil autem horum dici poteſt de Eccleſia veſtra Reformata & Geuziolatrica, vt magna ex parte hactenus demonſtratum eſt ſuprà, & latius dicetur in decurſu. Primò enim doctrina veſtra, maximè de Deo Peccati auctore, Solâque fide ſpeciali iuſtificante, militat contra rectam rationem, & vitæ Chriſtianæ integritatem.

Doctrina Geuzarum aduerſatur rectæ rationi.

Secundò, nullam vnquam aut vos Geuzæ, aut veſtri vlli prædeceſſores Hæretici, aut ſi mauultis, Romanæ fidei exortes, Gentem ab infidelitate conuertiſtis: Catholicos verò non paucos, proh dolor, peruertiſtis, ſimiles in hoc perdici, de qua Ierem. 17. 11. *Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non ſuas.*

Progenitores Geuzarum homines impij.

7. Tertiò, Eccleſiæ veſtræ Reformatæ, Euangelicæ, veriùs Nouatæ, primi fabricatores & perfectores, homines fuerunt ſuperbi, intemperantes, luxurioſi, & omnibus ferè ſceleribus cooperti tenebriones: quales conſtat fuiſſe M. Lutherum, fidei ac monaſticæ profeſſionis ſacrilegum deſertorem, Iuramenti tranſgreſſorem, ac ſuis denique, ob arrogantiam, intolerabilem, teſte Cochlæo in Actis Lutheri. Deinde Ioan. Caluinũ, hominem ſeditioſum, ambitioſum, amarum, Sodomitam, blaſphemum, Simoniacum, & in Deum ſummè crudelem, de quo Hierony. Bolſecus in vita Caluini; quem potiùs Cauuinum, vtpote Gerardo Cauuino patre natum, appellandum cenſet: ſed qui Calu. aliquando etiam ſe Carolum de Heppe aut Happe nominauit, teſte eodem Bolſec. cap. 5. His accedunt Theodorus Beza, Balthaſar Pacimontanus, Bernardus Rottemannus, Menno Simonis, Huldericus, Zwinglius, Toggius, Melanchton, Carolſtadius, Illyricus, Spangenbergius, Hermannus,

mannus, Martinus Sinetius, Petrus Dathenus, Daneius, &c. Ipſiſſima ferè ſcelerũ colluuies: abſit vt Sanctitate quiſpiam eorum coruſcârit.

8. Quartò, volumus à vobis Geuzæ miraculum & ſignũ videre; *Probate* (Tertul. lib. de Præſcript.) *vos nouos Apoſtolos eſſe: volumus virtutem veſtram proferri, &c. Apoſtoli de mortuis ſuſcitabant; iſti de viuis mortuos faciunt*; quod ſup. patuit in Calu. & in ſui temporis Pſeudo Euangelicis, amicus & præcurſor veſter Eraſ. enuntiauit, dicens: *Nullus adhuc illorum extitit, qui vel equum claudum ſanare potuerit.* Vnum Reformati Geuzarum Euangelij miraculum, potiùs commentum prodigioſum, ad tædium Lectori eximendum, hîc ex Surio in Chronic. ſubijcere cogor.

Apoſtatæ cuiuſdã Pſeudo-miraculũ in Belgio.

9. Apoſtata quidem Ioannes anno 1567. ob demerita in Caſtro Cambrenſi ſuſpenditur, ſed ab hæreticis ſublatus, in vicina quadam foſſa ſepelitur. Et ecce ſtatim Euangelici fratres quaquauerſum ſpargunt rumorem, Ioannem à mortuis excitatum, in Francia concionari, nec deerant qui ſe eum rediuiuum vidiſſe & concionantem audiuiſſe iactarent. Quid fit? Catholici magno ſtudio cadauer eius perquiſitum, inueniunt, ſed fœtens & horridum; quod iteratò ſuſpendunt, nec ampliùs inde eſt amotum. Sic in fumum abijt Geuzium miraculum. Talibus figmentis ſocij veſtri delectantur, quum nulla habeant nec vnquam habituri ſint ſigna miraculoſa.

M. Lutherus falſo tertius Elias dictus.

10. Quintò, nullum vnquam habuiſtis Prophetam, nec M. quidem Lutherum, licet TERTIVM ELIAM à vobis dictum, ſi Dijs placeat.

Sextò, ſicut infami & abominabili morte interière M. Lutherus & Calu. Ita glorioſiſſimâ ex al-

to auctus eſt Victoriâ, Roman. fidei potentiſſimus, atque æternâ laude digniſſimus Imperator Carolus V. quando Saxoniæ Duce & Haſſiæ Lantgrauio, Anno 1547. iuſtiſſimo prælio proſtratis, cecinit:

Mira Caroli V. victoria.

VENI, VIDI, DEVS VICIT.

III. NOTA.

CATHOLICA.

Catholica, toto orbe diffuſa.

11. ID eſt vniuerſalis, ſeu toto orbe diffuſa: Qualem eſſe ſolam Romanam demonſtro. Primò, quia nulla pars cogniti mundi eſt, in qua non verſentur Papiſtici Chriſtiani, & quam maiori ex parte non occupent, aut occupârint aliquando: aut ſi de certis adhuc ignoti Orbis plagis agatur, breuì, ſecundum proximam apparentiam, occupabunt: qua de cauſa Cyprian. lib. de vnit. Eccleſ. comparat Eccleſiam noſtram ampliſſimæ arbori, *Ramos ſuos per vniuerſam terram, copiâ vbertatis, extendenti.* Optat. Milleuit. lib. 2. contra Parmen. vocat Eccleſ. *Nationalem*, quia per omnes diffuſa nationes. Vincen. Lirinen. contr. profan Hæreſeon nouitates; *Hoc* (ait) *in Catholica teneamus, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt, hoc enim verè proprieq; Catholicum.* Sic D. Auguſt. ſer. 231. de Tempor. *Hæc* (Eccleſ. Romano) *à ſolis ortu vſque ad occaſum, vnius fidei ſplendore diffunditur.*

Eccleſia Nationalis.

Eccleſ. ſimilis eſt Naui Magellani.

12. Vt non immeritò Neotericus quidam Eccleſiam Cathol. comparet Naui *Ferdinandi Magellani*, dictæ VICTORIA, quia prima totum orbem circumgyrauit, iuxta eiuſdem hoc Apophthegma:

Prima ego veliuolis ambiui curſibus orbem,
Magellane nouo, te duce, ducta freto.

Secundò

Secundò plus dico: vbicumque ſunt Hæretici vel Reformati, ibi aliqui, & quidem ſatis magno numero, inueniuntur Romano-Catholici: non è contra, vbi Catholici, ibi ſemper eſt inuenire Hæreticos; quod prudenter annotauit D. Auguſt. lib. de vnitat. Eccleſ. cap. 3. *Illæ quippe ſingulæ* (inquit) *hæreſes, in multis gentibus, vbi iſta Catholica eſt, non inueniuntur: Hæc autem quæ vbique eſt, etiam vbi illæ ſunt, inuenitur:* Nam & hodie plurimi ſunt Catholici in Anglia, Scotia, Hibernia, Heluetia, Ducatu Wirtenbergen. Geneuæ, Sedani, in Morauia, Pruſſia, Sileſia, Hollandia, Zeelandia, cæteriſque Prouincijs confœderatis, vbi Hæretici clauum rerum tenent: non è contra, vbi Romano-Catholici, ibi ſemper Hæretici, vti obſeruat eruditiſs. Domin. Thomas Stapleton. Prompt. Cath. Dom. 24. poſt Pent. §. 1. *Vbicumque Hæretici, ibi Catholici; nō è contrà.*

13. Tertiò, quia teſte Cyrill. Catecheſ. 18. *Nomen Catholicum proprium eſt huius Sanctæ Eccleſiæ matris omnium noſtrûm:* Loquitur de Eccleſia Romana. Vſque adeò autem Roman. Eccleſia & fides, Catholica ſemper eſt habita, vt Gratianus Imperator, teſte Sozom. lib. 7. cap. 4. noluerit ſuo tempore de fide diſputari: verùm condiderit edictum, vt cuncti eam Religionem tenerent, quàm vertex Apoſtolorum Petrus initio tradidiſſet, ac tum Damaſus Rom. Pontifex cuſtodiret. Sic Epiſcopos Catholicos, Eccleſiam Romanam, vocat Ambr. Oratio. funebri de obitu fratris. *Catholicum, eſt Rom. Eccleſiæ propriū nomen.*

14. Sic in hodiernam vſque diem, ſi quis ad Geneuæ portas accedat, rogatuſque dicat, *ſum Catholicus*, ſtatim illi à Geneuenſibus Hugonottis reſpondetur; *Te igitur Papiſtàm aſſeris?* Rurſum ſi quis in vrbibus, quibus præſunt, alicuius Catholici *Mos Hugonottarū Geneuenſium.*

 hoſpi-

hoſpitium conquirat, ducetur ad domum illius, qui veram, Romanam, adeoque Papalem (vt vocatis) Eccleſiam, non impij Patriarchæ Geneuenſis, Religionem profitetur; quod ſignum eſt, *Catholicum* nomen, pro ſola Romana ſtare Eccleſia, vt benè demonſtrat, & ſuperiori praxi Geneuenſi fidem facit Iacobus Suarez à S. Maria Fer. 2. Dom. Paſſio. ſerm. 34.

15. Nullum verò horum dictorum, ſymbolum, in Geuziam Eccleſiam veſtram cadit, quantumcunque affirmes Geuza.

Nulla Reformatorum Eccleſ. eſt Catholica.

Non primũ, quia nec Lutherana, nec Caluiniana, nec Anabaptiſtica, nec ex his mixta Geuziolatrica, nec denique Secta vlla à Roman. Religione aliena, vnquam totum orbem, vel eius mediam partem occupauit; Ægyptus, Africa, Aſia, Græcia, Indiæ, Moluccæ, America, Religionem veſtram nunquam acceptârunt: Quare aliam Notam habetis, videlicet, non Vniuerſalitatem, ſed locorum particularitatem: Quemadmodum enim Donatiſtæ ex toto orbe perijſſe iactabant Eccleſiam, ſolis quibuſdam retentis Africæ receptaculis; ita Quinti-Euangelij veſtri Buccinatores, particularibus ſectis ſuis, particulares angulos adaptant. Lutherus clamat: *Ecce hic eſt Chriſtus,* (in Saxonia) Calu. *Ecce illic*, Matth. 24. 23. Geneuæ, in aliquot Heluetorium pagis, Sedani, Heidelbergæ, in Hollandia, Zeelandia, &c. Menno Simonis, Balthaſar Pacimontanus, & Bernard. Rottemannus, *Ecce hic* (in Morauia) *eſt Chriſtus. Sed nolito credere*; crede autem Chriſto, crede Diuo & Catholico Auguſt. in ſerm. 131. de Tempor. *Catholicam*, dicit, *toto orbe diffuſam, quia diuerſorum hæreticorum Eccleſiæ ideò Catholicæ non dicuntur, quia per loca atque*

Nota Hæret. particularitas locorum.

Digitized by Google

per ſuas quaſque Prouincias continentur. ⁊rat,

16. Animet te certiſſima eius reſolutio lib. de vni tat. Eccleſ. cap. 10. & dicito cum ipſo: *Habeo manifeſtiſſimam vocem Paſtoris mei, commendantis mihi & ſine vllis ambagibus exprimentis, Eccleſiam per omnes Gentes diffundendam: mihi imputauero ſi per verba hominum* (Lutheri, Caluini, Bezæ, Balthaſaris Pacimontani, Bernard. Rotteman. Geuziorum Miniſtrorum) *ſeduci atque ab illa aberrare voluero.*

Non ſecundum, quia plurima Regna ac mundi plagæ, Catholicâ Religione pollent, in quibus Luther. Caluin. Mennoniſt. ſectæ non reperiuntur; videlicet Hiſpania, Italia, Sicilia, Sardinia, Bauaria, Armenia, Ægyptus, Æthiopia, Indiæ Oriental. & Occidental. Chinæ, Moluccæ, America, Philippinæ, Malabares, &c. in quibus copioſus Catholicorum tamen eſt numerus.

Multa Regna in quibus Eccl. Reformata incognita.

17. Non tertium, quia vt benè Auguſt. contra Epiſt. Fundam. cap. 4. licet omnis hæreſis (quum ſit Simia) velit videri dicique Catholica; tamen quum Hæretici interrogantur à Paganis, vbi ad Catholicam conueniatur? nemo audet domum ſuam oſtendere: Quod etiam locum habere Geneuæ & in alijs quibuſdam Confœderatorum veſtrorum habitaculis, oſtenſum eſt ſupr. Catholici ergo non eſtis, ſed Lutherani, ſed Caluiniani, ſed Zwingliani, ſed Brentiani, ſed Mennoniſtæ, ſed Arminiani, ſed Gummariani, ſed Bruniſtæ, ſed Maioriſtæ, ſed Amſdorffiani, ſed Swenckfeldiani, &c. vocamini & cognomina aſſumpſiſtis; ipſiſſima Antichriſti ſymbola, teſte D. Hieron. contra Lucifer. *Sicubi audieris eos qui dicuntur Chriſtiani, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquo alio nuncupari, vt Marcionitas, Valentinianos; ſcito non Eccleſiam Chriſti,*

Nota Antichriſti & Hæreſ.

 ſed

Tridentino; Pro quo vide Bullam Pij IIII. quâ Concilium confirmatur.

Paraneſis.

17. Ad hanc ergo, mi Geuza, Eccleſiam Romano-Catholicam accede, in qua tot, tanta, tamque celebria habita Concilia, ad quæ ex omni ferè totius orbis natione, aliqui conuenêre Epiſcopi vel per ſe vel per ſuos Legatos, ad conſtituendam morum ac Religionis doctrinam. Vltimum fuit Tridentinum, ad quod Epiſcopi ac docti viri ex omni natione, Germania, Gallia, Hiſpania, Britannia, Scotia, Belgio, Italia, Suetia, Pruſſia, Polonia, Hungaria, Boemia, Inſulis Canarijs, Africa, Indijs, ex Græcia, Oriente, &c. Confluxerunt, atque examuſſim in articulis fidei omnibus vnanimiter conuenientes, vnanimi voce applauſerunt & acclamârunt, AMEN. Quod eruditiſſimo Domino Petro Cudſemio olim Caluiniſtæ, non paruum conuerſionis dedit argumentum, poſt gratiæ præuenientis influxum. Hæretici verò & quotquot à Romano-Catholica fide ſunt alieni (qui certè ſunt innumeri) iam inde à tempore Simonis Magi, per tot annorum ſecula, nunquam potuerunt vnum cogere Concilium Generale. Vnum poſco, ſi habeant, pro plurimis noſtris.

Excellentia Concil. Trident.

18. Non tamen eis defuerunt potentiſſimi Reges & Imperatores, Hæreſeωn quarundam ſtudioſiſſimi defenſores. Quid enim non ſunt moliti Valens & Conſtantius Ariani? Quid non Wandali? quid non Oſtrogothi? quod non Albigenſes? quid non Lutherani? quid non Caluiniſtæ? quid non Zwingliani? quid non ſocij veſtri Geuzæ, varijs Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Genouen-

Hæretici nunquam vnum potuerunt cogere Concil. Generale.

neuen. Sedanenſis & Belgicæ Rerumpubl. Principibus, hæreſeos vinculo alligati? Nunquam tamen vllum potuerunt vel poterunt cogere Concilium Generale; quum tamen ſcriptum ſit Prouerb. 24. 6. *Erit ſalus, vbi multa conſilia ſunt.*

XIII. QVARE,

De veritate Eccleſiæ Romanæ, ex Notis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ in ſola Eccleſia Romana pollicentur hominibus ſalutem?

Brent. Confeſs. Vuirtenbergen c. de Eccleſ. Confeſs. Auguſtan. art. 6. Calu. Inſtit. lib. 4. cap. 1. § 10. & Geuza in Belgio.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO: QVIA ex certis *notis*, euidentiam credibilitatis, habent Papiſtæ, ſolum illum cœtum hominum, qui Romano Pontifici pro tempore exiſtenti paret, eſſe veram Chriſti Eccleſiam; quod hoc modo probamus: illa enim hominum Congregatio ſola eſt Eccleſia Chriſti, quæ eſt *Vna Sancta, Catholica, Apoſtolica:* quæ Notæ vti ponuntur in Symbolo Conſtantinopol.

Quatuor Notæ veræ Eccleſiæ.

2. Ita omnia vetera Concilia, per eas, ſe diſcerni volunt ab omnibus ſectis, non per ſynceram prædicationem verbi Dei, non per ſyncerum vſum Sacramentorum, vti malè haſce duas Notas præfati Aduerſarij aſſignant quum æquè ſint obſcuræ atque ipſa Eccleſia, vnde nequeunt illam nobis patefacere: Quotuſquiſque enim eſt hodie Reformatus Quinteuangelicus, Lutheranus, Caluinianus, &c. qui non probet ex his Notis apud ſe eſſe Chriſti Eccleſiam, non apud alios, quia dicit in ſua

ſola

Digitized by Google

ſola congregatione, eſſe verbi Dei veram prædicationem & ſyncerum Sacramentorum vſum, non apud alios? Notæ autem debent eſſe euidentes, alias non ſunt Notæ.

Atqui ſola Congregatio, quæ Romano Pontifici paret & nulla alia, eſt talis, *Vna* ſcilicet, *Sancta, Catholica & Apoſtolica*; Sola igitur ipſa eſt vera Eccleſia, ſola in ipſa expectatur ſalus. Primò Romana Eccleſia eſt

V N A.

Vnitas Eccleſ. in Capite, cultu, & inter ſe.

3. PArtim in capite, Pontifice Romano; omnes enim Pontificij, eundem agnoſcunt pro capite, cui in doctrina & Sacramentorum vſu conſentiunt. Partim in Diuino cultu, apud omnes enim idem offertur Sacrificium, eadem Sacramenta, cum ijſdem cæremonijs diſpenſantur. Partim inter ſe, videlicet in doctrina fidei; omnes quippe eadem credunt tanquam fidei doctrinam, omnes eadem damnant tanquam hæreſin exploratam.

Nihil huiuſmodi de vobis, Geuzæ, dici poteſt, quum nullum habeatis Caput commune viſibile. Neque enim Lutherani, Caluinum, nec Caluiniſtæ, Lutherum agnoſcunt. Deinde in fidei articulis, numero Sacramentorum & vſu, interminatam pugnam, vel ſoli tonſores & lippi, per Germaniã, Angliam, Hollandiã, Zeelandiam teſtari poſſunt: maximè tamen hodie Arminiſtæ & Gummariſtæ, circula articul. Prædeſtinationis & lib. arbitrij, ad ſanguinis effuſionem, & quotidianas ſeditiones vſque diſſidentes.

Vna cum Eccleſia ſuperiorum ſeculorũ.

4. Taceo noſtram etiam vnam & eandem eſſe Eccleſiam cum Eccleſia quæ ſuperioribus omnibus

bus ſeculis fuit, vſque ad tempora Apoſtolorum: vt facilè ex capitalibus fidei noſtræ articulis, in decurſu pateſcet. Iterum vna eſt continuâ ſucceſſione eiuſdem capitis viſibilis Romani Pontificis, eiuſdem inquam, non numero, ſed ſuccedaneâ identitate. Denique vna, inquantum Romana Eccleſia nunquam fuit interrupta, aut deleta, ſed omnibus ſeculis extitit cœtus hominum, qui eadem crediderunt, quæ noſtra Eccleſia credit, iſque cœtus ab omnibus fidelibus habitus fuit pro Eccleſia Dei. Quæ conſiderationes in veſtra prætenſè Reformata Eccleſia locum non habent, quia omnibus ſuperioribus ſeculis inuiſam doctrinam inuexiſtis, capite viſibili caretis, ante 80. annos nuſquam comparuiſtis, & indies magis magiſque interitis.

Vna Succeſſione eiuſdem Capitis.

Vna, quia ſemper durauit.

II. NOTA EST

SANCTA.

5. TAlis eſt Romana, I. quia eius doctrina nihil continet contra rectam rationem & bonos mores, II. quia totum ferè mundum ab idololatria reuocauit, boniſque moribus illuſtrauit, & plurimas Gentes conuertit. III. quia à Sanctiſſimis viris propagata, & in ea plurimi eximiâ ſanctitate floruerunt. IIII. quia infinitis, ijſque veriſſimis coruſcauit miraculis. V. quia in ea plurimi, quouis ſeculo, dono Prophetiæ præditi fuerunt. VI. quia Deus Romanæ Eccleſiæ oppugnatores interdum grauiter puniuit: defenſores verò felicitate temporali donauit, vt fusè hæc omnia proſequuntur Staniſlaus Hoſius, Rob. Bellarminus, Thomas Bozius, & alij.

Vnde Eccleſia Sancta.

6. Nihil

6. Nihil autem horum dici poteſt de Eccleſia veſtra Reformata & Geuziolatrica, vt magna ex parte hactenus demonſtratum eſt ſuprà, & latius dicetur in decurſu. Primò enim doctrina veſtra, maximè de Deo Peccati auctore, Solâque fide ſpeciali iuſtificante, militat contra rectam rationem, & vitæ Chriſtianæ integritatem.

Doctrina Geuzarum aduerſatur rectæ rationi.

Secundò, nullam vnquam aut vos Geuzæ, aut veſtri vlli prædeceſſores Hæretici, aut ſi mauultis, Romanæ fidei exortes, Gentem ab infidelitate conuertiſtis: Catholicos verò non paucos, proh dolor, peruertiſtis, ſimiles in hoc perdici, de qua Ierem. 17. 11. *Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non ſuas.*

Progenitores Geuzarum homines impij.

7. Tertiò, Eccleſiæ veſtræ Reformatæ, Euangelicæ, veriùs Nouatæ, primi fabricatores & perfectores, homines fuerunt ſuperbi, intemperantes, luxurioſi, & omnibus ferè ſceleribus cooperti tenebriones: quales conſtat fuiſſe M. Lutherum, fidei ac monaſticæ profeſſionis ſacrilegum deſertorem, Iuramenti tranſgreſſorem, ac ſuis denique, ob arrogantiam, intolerabilem, teſte Cochlæo in Actis Lutheri. Deinde Ioan. Caluinũ, hominem ſeditioſum, ambitioſum, amarum, Sodomitam, blaſphemum, Simoniacum, & in Deum ſummè crudelem, de quo Hierony. Bolſecus in vita Caluini; quem potiùs Cauuinum, vtpote Gerardo Cauuino patre natum, appellandum cenſet: ſed qui Calu. aliquando etiam ſe Carolum de Heppe aut Happe nominauit, teſte eodem Bolſec. cap. 5. His accedunt Theodorus Beza, Balthaſar Pacimontanus, Bernardus Rottemannus, Menno Simonis, Huldericus, Zwinglius, Toggius, Melanchton, Carolſtadius, Illyricus, Spangenbergius, Hermannus,

mannus, Martinus Sinetius, Petrus Dathenus, Daneius, &c. Ipſiſſima ferè ſcelerũ colluuies: abſit vt Sanctitate quiſpiam eorum coruſcâtit.

8. Quartò, volumus à vobis Geuzæ miraculum & ſignũ videre; *Probate* (Tertul. lib. de Præſcript.) *vos nouos Apoſtolos eſſe: volumus virtutem veſtram proferri, &c. Apoſtoli de mortuis ſuſcitabant; iſti de viuis mortuos faciunt*; quod ſup. patuit in Calu. & in ſui temporis Pſeudo Euangelicis, amicus & præcurſor veſter Eraſ. enuntiauit, dicens: *Nullus adhuc illorum extitit, qui vel equum claudum ſanare potuerit.* Vnum Reformati Geuzarum Euangelij miraculum, potiùs commentum prodigioſum, ad tædium Lectori eximendum, hîc ex Surio in Chronic. ſubijcere cogor.

9. Apoſtata quidem Ioannes anno 1567. ob demerita in Caſtro Cambrenſi ſuſpenditur, ſed ab hæreticis ſublatus, in vicina quadam foſſa ſepelitur. Et ecce ſtatim Euangelici fratres quaquauerſum ſpargunt rumorem, Ioannem à mortuis excitatum, in Francia concionari, nec deerant qui ſe eum rediuiuum vidiſſe & concionantem audiuiſſe iactarent. Quid fit? Catholici magno ſtudio cadauer eius perquiſitum, inueniunt, ſed fœtens & horridum; quod iteratò ſuſpendunt, nec ampliùs inde eſt amotum. Sic in fumum abijt Geuzium miraculum. Talibus figmentis ſocij veſtri delectantur, quum nulla habeant nec vnquam habituri ſint ſigna miraculoſa.

Apoſtata cuiuſdã Pſeudo-miraculũ in Belgio.

10. Quintò, nullum vnquam habuiſtis Prophetam, nec M. quidem Lutherum, licet TERTIVM ELIAM à vobis dictum, ſi Dijs placeat.

M. Lutherus falſo tertius Elias dictus.

Sextò, ſicut infami & abominabili morte interière M. Lutherus & Calu. Ita glorioſiſſimâ ex al-

to auctus eſt Victoriâ, Roman. fidei potentiſſimus, atque æternâ laude digniſſimus Imperator Carolus V. quando Saxoniæ Duce & Haſſiæ Lantgrauio, Anno 1547. iuſtiſſimo prælio proſtratis, cecinit:

Mira Caroli V. victoria.

VENI, VIDI, DEVS VICIT.

III. NOTA.

CATHOLICA.

Catholica, toto orbe diffuſa.

11. ID eſt vniuerſalis, ſeu toto orbe diffuſa: Qualem eſſe ſolam Romanam demonſtro. Primò, quia nulla pars cogniti mundi eſt, in qua non verſentur Papiſtici Chriſtiani, & quam maiori ex parte non occupent, aut occupârint aliquando: aut ſi de certis adhuc ignoti Orbis plagis agatur, breuì, ſecundum proximam apparentiam, occupabunt: qua de cauſa Cyprian. lib. de vnit. Eccleſ. comparat Eccleſiam noſtram ampliſſimæ arbori, *Ramos ſuos per vniuerſam terram, copiâ vbertatis, extendenti.* Optat. Milleuit. lib. 2. contra Parmen. vocat Eccleſ. *Nationalem*, quia per omnes diffuſa nationes. Vincen. Lirinen. contr. profan Hæreſeωn nouitates; *Hoc* (ait) *in Catholica teneamus, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt, hoc enim verè propriéq; Catholicum.* Sic D. Auguſt. ſer. 231. de Tempor. *Hæc* (Eccleſ. Romano) *à ſolis ortu vſque ad occaſum, vnius fidei ſplendore diffunditur.*

Eccleſia Nationalis.

Eccleſ. ſimilis eſt Naui Magellani.

12. Vt non immeritò Neotericus quidam Eccleſiam Cathol. comparet Naui *Ferdinandi Magellani*, dictæ VICTORIA, quia prima totum orbem circumgyrauit, iuxta eiuſdem hoc Apophthegma:

Prima ego véliuolis ambiui curſibus orbem,
Magellane nouo, te duce, ducta freto.

Secundò

Secundò plus dico: vbicumque ſunt Hæretici vel Reformati, ibi aliqui, & quidem ſatis magno numero, inueniuntur Romano-Catholici: non è contra, vbi Catholici, ibi ſemper eſt inuenire Hæreticos; quod prudenter annotauit D. Auguſt. lib. de vnitat. Eccleſ. cap. 3. *Illæ quippe ſingulæ* (inquit) *hæreſes, in multis gentibus, vbi iſta Catholica eſt, non inueniuntur: Hæc autem quæ vbique eſt, etiam vbi illæ ſunt, inuenitur:* Nam & hodie plurimi ſunt Catholici in Anglia, Scotia, Hibernia, Heluetia, Ducatu Wirtenbergen. Geneuæ, Sedani, in Morauia, Pruſſia, Sileſia, Hollandia, Zeelandia, cæteriſque Prouincijs confœderatis, vbi Hæretici clauum rerum tenent: non è contra, vbi Romano-Catholici, ibi ſemper Hæretici, vti obſeruat erudítiſs. Domin. Thomas Stapleton. Prompt. Cath. Dom. 24. poſt Pent. §. 1.

Vbicumque Hæretici, ibi Catholici; nō è contrà.

13. Tertiò, quia teſte Cyrill. Catecheſ. 18. *Nomen Catholicum proprium eſt huius Sanctæ Eccleſiæ matris omnium noſtrûm:* Loquitur de Eccleſia Romana. Vſque adeò autem Roman. Eccleſia & fides, Catholica ſemper eſt habita, vt Gratianus Imperator, teſte Sozom. lib. 7. cap. 4. noluerit ſuo tempore de fide diſputari: verùm condiderit edictum, vt cuncti eam Religionem tenerent, quàm vertex Apoſtolorum Petrus initio tradidiſſet, ac tum Damaſus Rom. Pontifex cuſtodiret. Sic Epiſcopos Catholicos, Eccleſiam Romanam, vocat Ambr. Oratio. funebri de obitu fratris.

Catholicum, eſt Rom. Eccleſiæ propriū nomen.

14. Sic in hodiernam vſque diem, ſi quis ad Geneuæ portas accedat, rogatuſque dicat, *ſum Catholicus*, ſtatim illi à Geneuenſibus Hugonottis reſpondetur; *Te igitur Papiſtam aſſeris?* Rurſum ſi quis in vrbibus, quibus præſunt, alicuius Catholici

Mos Hugonottarū Geneuenſium.

 hoſpi-

Digitized by Google

hoſpitium conquirat, ducetur ad domum illius, qui veram, Romanam, adeoque Papalem (vt vocatis) Eccleſiam, non impij Patriarchæ Geneuenſis, Religionem profitetur; quod ſignum eſt, *Catholicum* nomen, pro ſola Romana ſtare Eccleſia, vt benè demonſtrat, & ſuperiori praxi Geneuenſi fidem facit Iacobus Suarez à S. Maria Fer. 2. Dom. Paſſio. ſerm. 34.

15. Nullum verò horum dictorum, ſymbolum, in Geuziam Eccleſiam veſtram cadit, quantumcunque affirmes Geuza.

Nulla Reformatorum Eccleſ. eſt Catholica.

Non primũ, quia nec Lutherana, nec Caluiniana, nec Anabaptiſtica, nec ex his mixta Geuziolatrica, nec denique Secta vlla à Roman. Religione aliena, vnquam totum orbem, vel eius mediam partem occupauit; Ægyptus, Africa, Aſia, Græcia, Indiæ, Moluccæ, America, Religionem veſtram nunquam acceptârunt: Quare aliam Notam habetis, videlicet, non Vniuerſalitatem, ſed locorum particularitatem: Quemadmodum enim Donatiſtæ ex toto orbe perijſſe iactabant Eccleſiam, ſolis quibuſdam retentis Africæ receptaculis; ita Quinti Euangelij veſtri Buccinatores, particularibus ſectis ſuis, particulares angulos adaptant. Lutherus clamat: *Ecce hic eſt Chriſtus,* (in Saxonia) Calu. *Ecce illic*, Matth. 24. 23. Geneuæ, in aliquot Heluetorium pagis, Sedani, Heidelbergæ, in Hollandia, Zeelandia, &c. Menno Simonis, Balthaſar Pacimontanus, & Bernard. Rottemannus, *Ecce hic* (in Morauia) *eſt Chriſtus. Sed nolito credere*; crede autem Chriſto, crede Diuo & Catholico Auguſt. in ſerm. 131. de Tempor. *Catholicam,* dicit, *toto orbe diffuſam, quia diuerſorum hæreticorum Eccleſiæ ideò Catholicæ non dicuntur, quia per loca atque*

Nota Hæret. particularitas locorum.

per

per ſuas quaſque Prouincias continentur.

16. Animet te certiſſima eius reſolutio lib. de vnitat. Eccleſ. cap. 10. & dicito cum ipſo: *Habeo maniſeſtiſſimam vocem Paſtoris mei, commendantis mihi & ſine vllis ambagibus exprimentis, Eccleſiam per omnes Gentes diffundendam: mihi imputauero ſi per verba hominum* (Lutheri, Caluini, Bezæ, Balthaſaris Pacimontani, Bernard. Rotteman. Geuziorum Miniſtrorum) *ſeduci atque ab illa aberrare voluero.*

Non ſecundum, quia plurima Regna ac mundi plagæ, Catholicâ Religione pollent, in quibus Luther. Caluin. Mennoniſt. ſectæ non reperiuntur, videlicet Hiſpania, Italia, Sicilia, Sardinia, Bauaria, Armenia, Ægyptus, Æthiopia, Indiæ Oriental. & Occidental. Chinæ, Moluccæ, America, Philippinæ, Malabares, &c. in quibus copioſus Catholicorum tamen eſt numerus. *Multa Regna in quibus Eccl. Reformata incognita.*

17. Non tertium, quia vt benè Auguſt. contra Epiſt. Fundam. cap. 4. licet omnis hæreſis (quum ſit Simia) velit videri dicique Catholica; tamen quum Hæretici interrogantur à Paganis, vbi ad Catholicam conueniatur? nemo audet domum ſuam oſtendere: Quod etiam locum habere Geneuæ & in alijs quibuſdam Confœderatorum veſtrorum habitaculis, oſtenſum eſt ſupr. Catholici ergo non eſtis, ſed Lutherani, ſed Caluiniani, ſed Zwingliani, ſed Brentiani, ſed Mennoniſtæ, ſed Arminiani, ſed Gummariani, ſed Bruniſtæ, ſed Maioriſtæ, ſed Amſdorffiani, ſed Swenckfeldiani, &c. vocamini & cognomina aſſumpſiſtis; ipſiſſima Antichriſti ſymbola, teſte D. Hieron. contra Lucifer. *Sicubi audieris eos qui dicuntur Chriſtiani, non à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquo alio nuncupari, vt Marcionitas, Valentinianos; ſcito non Eccleſiam Chriſti,* *Nota Antichriſti & Hæreſ.*

 ſed

ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Reſtat.

IIII. NOTA.

APOSTOLICA.

Apoſtolica, quia ſedem Principis Apoſtolorum retinet.

18. TAlis dicta, quia retinet Sedem Principis Apoſtol. Hæc enim ſola, propter eius excellentiam ſingularem, à veteribus Apoſtolica vocatur: Hierony. Epiſt. ad Damaſ. *Beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior:* Nec immeritò, quia omnes aliæ Apoſtolorum Sedes, Ieroſolymitana, Alexandrina, Antiochena, &c. Interierunt, atque à Turcis, Saracenis, Barbaris, &c. poſſidentur: ſolâ exceptâ Principis Apoſtolorum Cathedrâ.

Sola Eccleſia Rom. retinuit Apoſt. Cathedra Principatum.

Hanc autem ſola habet Eccleſia Romana, teſte totâ Patrum Antiquitate, ſignanter D. Auguſtin. Epiſt. 162. *In Eccleſia Romana ſemper viguit Apoſtolicæ Cathedræ Principatus.* Licet enim in Repub. Roman. variæ fuerint Dominij temporalis mutationes, præſidentibus nunc Imperatoris, nunc Gothorum Regibus, nunc Coſs. ſemper tamen inconcuſſa manſit Petri Sedes; quod pro re planè Diuina, omnes habere debent, niſi qui nihil nôrunt.

Sola Roman. Eccleſ. habet SS. exuuias Præſepij. columnæ. Tunic. Claui, &c. Chriſti.

19. Eidem ſanè prouidentiæ Dei venit aſcribendum, quod omnes ferè Sanctæ Antiquitatis exuuiæ ad nos Romano-Catholicos ſint deuolutæ, & à nobis poſſideantur, vt ſunt Præſepe, Tunica, Clauus, Columna, Domuncula Nazarena in qua fuit educatus, Magnæ partes Crucis, Sepulchrum Chriſti, in quo vltimo, nemini permitti, ſacra facere, niſi qui ſit è numero noſtrorũ, auctor mihi eſt Tho. Bozius, de Signis Eccleſ. l. 3. cap. 14. Huc accedunt Sanctiſs. corpora Prophetarũ, Apoſtolorum & præcipuorum Chriſtianiſini Sanctorum.

Nihil

Nihil verò horum in vos, ô Geuzæ, quadrat, quippe qui nec ſedem Apoſtolicã habetis, & eam in Romana Eccleſia conſeruatam, mille blaſphemijs proſcindiitis; nec denique præfatas, eaſque ſanctiſſimas exuuias poſſidetis.

Obiectio I.

Lutherani, Caluiniſtæ, adeoque nos Euangelici omnes conuenimus in vnanimi defenſione fidei Reformatæ contra Papiſtas, ergo, &c.

Spongia.

20. Concedo, conuenitis, ſed adinſtar vulpium Samſonis, quas Iudic. 15. cepit, caudaſque earum iunxit ad caudas, ligans faces in medio earum, quas igne ſuccendens, dimiſit; quæ ſtatim hucilluc que diſcurrentes, ſegetes Philiſtinorum ſuccenderunt: Capitibus autem erant diuulſæ. Taliter Lutherani, Caluiniſtæ, Sacramẽtarij, Bruniſtæ, Arminiſtæ, Gummariſtæ, &c. Pſeudo-Euangelici omnes, in turbanda & incendenda Eccleſia Roman. optimè conueniunt; ſed in capitalibus Religionis articulis, ad ſanguinis vſque effuſionem extremè diſtant. *Hæretici cõparãtur vulpibus Samſonis.*

Obiectio II.

Vos vocamini Papiſtæ, ergò etiam particulare nomen à communione Catholica vos ſecernit.

Spongia.

Fateor, vocamur ita: ſed à Geuzis duntaxat & Quinti-Euangelij nouellis buccinatoribus: non à Græcis, Hiſpanis, Italis, Afris, Indis, Aſiaticis, Malabaribus, Perſis, Iaponibus. Quamuis nec illud etiam nomen ſit ab aliquo homine particulari, vti hæret. ſed ab eo qui vice Chriſti Eccleſiam gubernat, videlicet Papa. *Papiſtæ à quibus & vnde dicti.*

21. Eccleſia noſtra Reformata aliquando totum orbem occupabit, licèt iam de facto necdum occupet, ergo.

Spongia.

Quæ apparentia quod iam accreſcet, quum omnium ſententiâ, conſenuerit Eccleſia. Habuit aliquando Cathol. Auguſtin. pro abſurdo, ſectam Donatiſtarum poſt annum Domini 300. ex Africa in totum orbem diffundendam; ego id pro multo maiori abſurdo habeo, poſt annos 1618. de Lutherana & Caluiniana Synagogis, quotidianis nouarum ſectarum degenerationibus, ad certiſſimũ interitum, non euntibus, ſed citato curſu properantibus.

Eccleſia iam conſenuit.

Viuat ergo Romano-Catholica Eccleſia; viuat.

XIIII. QVARE,
De Eccleſia Geuzarum prætensè Reformata.

Bucerus, Melancthon. Piſtorius, Sarcerius lib. de Reformatio. Calu. de Reforman. Eccl. Hugonotiæ & Geuzæ paſſim in Gallia & Belgio.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Eccleſiam noſtram à Papalibus doctrinis, ac ſuperſtitionibus Reformatam, inuidioſè appellatis DEFORMATAM.

ROMANO-CATHOLICVS.

I. RESPONDEO ET DICO. QVIA candidè, meritò & abſque vlla inuidia, id facimus; quum ſub ſpecie ſanioris Reformationis, doctrinæ fidei horrendam Deformationem, & totius formæ Eccleſiaſticæ, abolitionem vaferrimè introduxeritis; quod probo, varijs ijſque nouellis & blaſphemis doctrinis inuectis, ſuperiorum ſeculorum

Digitized by Google

lorum politiâ Eccleſiaſticâ non admiſsâ, ritibus & cæremonijs damnatis, Antiquorum Patrum doctrinâ proſcriptâ; turpiſſimæ denique vitæ libertate vel liberrimâ vitæ turpitudine, ex principijs Pſeudo-Euangelicis ſubſecutâ; quæ omnia ex Archirabbinorum veſtrorum cōfeſſionibus, non difficilè erit confirmare.

I. DEFORMATIO FIDEI PER REFORMATOS.

2. PRimò ergo beneuolè quæro, an non horrenda doctrinæ fidei Reformatio, vel potiùs Deformatio, aſſerere Deum eſſe auctorem peccati, *Nam & mala* (ait Luther. apud Roffen. art.36.) *opera Deus in impiis operatur?* Quæ Reformatio Calu. lib.3. Inſtit.cap.23.§.7.docentis; *Decretum fuit à Deo vt ſuâ defectione periret Adam?* Item eodem lib. cap.21.§.7. *Quos verò damnationi Deus addicit, his iuſto quidem & irreprehenſibili, ſed incomprehenſibili ipſius iudicio vitæ aditum præcludit?* Quæ Reformatio, dicere extinctum eſſe liberum arbitrium, paruulos credere in Baptiſm. hominem ſolâ fide iuſtificari? de quibus ſuprà, *Quare primò*: & infrà latiùs in decurſu, quando innumeros alios fidei articulos circa Materi. Iuſtificatio. Meriti, Sacramentorum, Cæremon. Peccati, Purgatorij, Clauium, Sacrific. Miſſæ, Inuocatio. Sanctorum, &c. blaſphemè & contra totius Antiquitatis mentem, à Magiſtris veſtris laceratos, deformatoſque aperiemus. *Geuzæ Reformati deformârunt fidei doctr.*

3. Quàm denique deformata Calu. apud Bolſec. cap.24. doctrina, Chriſtum in deſperationem, præ nimio mortis horrore incidiſſe? Vt non mirum, eundem Patriarcham veſtrum Caluinum, vltimo *Chriſtus ſecundū Calu. deſperauit.*

Horrenda mors Caluini.

inſtante vitæ articulo, dæmonibus inuocatis, iurantem, execrantem, blaſphemantem, & extrema cum deſperatione, miſerè (ô iuſtum Dei iudicium!) expirâſſe. Cui rei teſtimonium perhibuêre, qui decumbenti ad extremum vſque halitum, affuêre, quos inter ſe fuiſſe Ioannes Haren certò affirmat. Nec ſatis, quin & horam & diem deteſtabatur, quam vnquam ſtudijs vel ſcriptionibus impendiſſet, quum ex vlceribus, totoque corpore, grauiſſimi fœtores emanarent: ob quorum graueolentiam, & ſibi ipſi, & quæ eum circumſtabat, familiæ, grauis erat, referente eodem Bolſec. cap. 22.

II. DEFORMATIO POLITIÆ ECCLESIASTICÆ ET CÆREMONIÆ PER REFORMATOS.

4. PRimò de continentia & cælabitu Clericorum, maximè Epiſcoporum, quid ſentis Luthere Epiſt. ad Epiſcop. Moguntinum. Anno 1526. data?

Luther hortatur Epiſcop. Mogunt. vt nubat.

Sentio, inquit, & *Hortor te, vt Epiſcopatus tuos Ciuiles Principatus mutes, & ductâ vxore, cæteris Epiſcopis tam præclaro exemplo continentiæ præluceas.* O bellum Reformatorem, quum ne Græcis quidem Sacerdotio iam initiatis, liceat ducere vxores! Præclara Epicuræi Apoſtatæ continentia.

Secundò, Quid de reuerentia & Pontificibus Principibuſque debita obedientia? *Principes & Ordines Catholici Imperij, ſunt fures Dei.* Item, *Si ciues Hallenſes & ſubditi Prouinciales Archiepiſcopatus Magdebur. Epicopum Moguntinum, Tyrannum ſuum Cardinalem expellerent aut interficerent, iuſtè facerent ei.* Apud Sur. in Chronic. Anno 1535. Deformas, deformas

Luther. excitat ſubditos in Epiſcop. Mogunt.

Luthere

Luthere Chriſti doctrinam, qui Matth. 23.2. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ* (ait) *& Phariſæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate & facite*: non ait: Occidite.

5. Tertiò, quid de Eccleſiaſtica, Pœnitentiæ ſolennis olim vſitatæ, diſciplina cenſes Caluine in tuis, Inſtit. lib. 4. cap. 12. §. 8? *Excuſari* (ait) *nullo modo poteſt immodica veterum auſteritas, quæ & prorſus Domini præſcripto diſſidebat, & erat mirum in modum periculoſa, cùm peccatori pœnitentiam ſolennem, nunc in ſeptem, nunc in quatuor, nunc in tres annos, nunc in totam vitam indicerent.* *Calu. damnat Pœniten. ſolemnem.*

Quartò, Quid de ſatisfactione lib. 3 cap. 4. §. 38? *Parum me mouent quæ in Veterum ſcriptis, de ſatiſfactione paſſim occurrunt. Video quidem eorum nonnullos (dicam ſimpliciter, omnes ferè quorum libri extant) aut hac in parte lapſos eſſe, aut nimis aſperè ac durè loquutos.* *Calu. damnat ſatiſfactionem.*

6. Quintò, Quid de ieiunij Quadrageſimalis inueterata Politia deinceps admittenda vel reprobanda, lib. 4. Inſtitut. cap. 12. §. 19? *Qua in parte non in totum excuſare audeo veteres, quin & ſuperſtitionis quædam ſemina iecerint, & occaſionem præbuerint tyrannidi quæ poſtea exorta eſt.* Et §. 20. *Et tunc paſſim inualuerat ſuperſtitioſa Quadrageſimæ obſeruatio, quia & vulgus eximium aliquod obſequiũ præſtare ſe Deo in ea exiſtimabat, & Paſtores eam commendabant pro Sancta imitatione.* *Calu. damnat ieiuniũ Quadrageſimale.*

Sextò, Quid de Caſtitatis Sacerdotalis obſeruantia, ibidem §. 23? *Quod Sacerdotibus indictum fuit coniugium, id factum eſt impiâ tyrannide.* *Calu. damnat cœlibatum Sacerdotalem.*

Septimò, Quid de oratione pro Defunctis publicè in Eccleſia celebranda lib. 3. cap. 5. §. 10. *Ante mille & trecentos annos vſu receptum fuit vt precationes fierent pro defunctis; eos viciſſim rogo, quo Dei verbo, quâ reuelatione, quo exemplo factum ſit, &c. Certè quiſquis mediocri* *Calu. dãnat orationẽ pro defunctis.*

mediocri prudentiâ pollet, facilè agnoſcit, quicquid de hac re legitur apud veteres, publico mori, & vulgi imperitiæ fuiſſe datum. Abrepti etiam ipſi, fateor, in errorem fuerunt, nempè vt inconſiderata credulitas priuare iudicio ſolet hominum mentes.

Melanchton damnat cæremonias.

7. Octauò, Quid de Cæremoniis ſancis Melanchton. Comment. in 1. ad Corinth. cap. 3. *Statim* (inquit) *initio Eccleſiæ, Scriptores veteres obſcurauerunt doctrinam de Iuſtitia fidei, & auxerunt cæremonias, & finxerunt eſſe peculiares cultus: fuerunt duriores, quàm oportuit in præcipiendo cælibatu, miſcuerunt adhuc aliquam verecundam mortuorum inuocationem.* Et Comm. in 1. ad Timoth. c. 3. *Multum ſtipularum (quæ contagia opinionum Apoſtolus nominat) Auguſt. & alij Sancti, ſuper fundamentum extruxerunt circa Cæremonias.*

Calu. damnat Patres.

8. Nonò, Quid de doctr. iudicas Patrum, Caluine, qui docent Dei filium Patri ratione Diuinitatis, non eſſe ſubiectum? Quomodo doces, quomodo legis lib. 2. Inſtit: cap. 14. §. 3. *Filius Dei*, inquit, *quicquid à Patre accepit, Patri ſubijciet, vt ſit Deus omnia in omnibus, &c. Atq; hic excuſari nō poteſt veterum error, qui dum ad Mediatoris perſonam non attendunt, totius ferè doctrinæ quæ in Euangelio Ioannis legitur, genuinum obſcurant ſenſum, ſeq; implicant multis laqueis.*

Habemus hactenus quoad multa ſaltem, Doctrinæ fidei, politiæ Eccleſiaſticæ, & Cæremoniæ turpiter prætenſam Reformationem, ac SS. Patrum condemnationem; nunc ad mores deſcendamus.

III. DEFORMATIO VITÆ ET MORVM PER REFORMATOS.

9. QVem potiorem hac in re arbitrum aſciſcemus, quam vtrumque noui Euangelij Architectum

chitectum Mart. Lutherum & Ioan. Caluinum? qui ex ſuis, Solius fidei ſpecialis iuſtificantis, ſublati lib. arbitrij, excuſſi legum Eccleſiaſt. iugi, proſcriptæ Confeſſionis auricularis, aſſertæ omnimodæ libertatis Euangelicæ, &c. Principijs, aduertentes, ac proprijs oculis conſpicantes, Pop. in omnem, & quidem ſub Papatu, inauditam, vitiorum licentiam, ſub prætextu Euangelij, ruentem; & ſuos, ad Reformatos compeſcendos, viſitatores mittere, & hæc iam ſuo adhuc tempore lamenta edere ſunt coacti: Hos ordine audiamus, & maturè promiſſam Reformationem examinemus.

10. Primò Luther. Poſtill. in Domin. 1. Aduent. *Mundus indies,* ait, *fit deterior, ſunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni miſericordia remoti, magis immodeſti & indiſciplinati, multoq; deteriores, quàm fuerunt in Papatu, hoc eſt, Deformatiores,* non Reformatiores. Item lib. contr. Anabaptiſtas: *Nos fatemur ſub Papatu plurimum eſſe boni Chriſtiani, immo omne bonum Chriſtianum, atque etiam illinc ad nos deueniſſe. Quippe fatemur in Papatu veram eſſe Scripturam Sacram, verum Baptiſmum, verum Sacramentum altaris, veras claues ad remiſſionem peccatorum, verum prædicandi officium, verum Catechiſmum, vt ſunt, Oratio Dominica, decem præcepta, articuli fidei. Dico inſuper ſub Papatu veram Chriſtianitatem, immo verum nucleum Chriſtianitatis eſſe.* Nullâ ergo Papiſtis opus Reformatione, nam ipſum nucleum habent Chriſtianitatis.

Lutherus deteſtatur ſuorum deformatos mores.

Luther. præfert & commendat Papatum.

11. Secundò Calu. ſerm. 10. in Epiſt. ad Epheſ. impreſſ. Geneuæ, anno 1562. *Il eſt certain, qu'en la Papauté, l'on ne verra pas des monſtres ſi horribles, comme l'on voit là où l'Euangile ſe preſche, & là où on en fait profeſſion: car ils ſe dirent Reformez, & il ſemble que ce ſoyent*

des

des Diables encharnez, & ne faut point aller loing pour voir de tels ſpectacles.

Calu. præfert Papatũ ſuis Reformatis quos vocat Diabolos incarnatos.

Senſus eſt: *Certum eſt in Papatu tam horribilia monſtra nunquam apparitura, qualia ijs in locis vbi Euangelij prædicatio inſtituitur ac profeſſio, hodie videntur. Vendicabunt quidem ſe* REFORMATOS, *ſed verius* DIABOLI INCARNATI *dicendi ſunt, ad quæ ſpectacula viſenda non opus longiùs ire.* Item ſer.30. ſuper eandem Epiſt. *On trouuera que ceux qui ſe vantent auiourd'huy d'auoir quelque* REFORMATION, *ſont gens prophanes & poluz, meſmes ce ſont des* CHIENS. Hoc eſt; *qui ſe hodie iactant habere Reformationem, ſunt homines profani ac polluti, quinimo ſunt canes.*

D. Eraſmus contra horrendos mores Lutheranorum.

12. Tertiò Amplam eidem veritati dat fidem Lutheri amicus D. Eraſmus Epiſt. ad Vulturiũ Neocomum. *Proferte mihi quem iſtu l Euangelium* (videlicet Reformatum) *ex commeſſatore ſobrium, ex feroci manſuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico, reddiderit verecundum. Ego tibi multos oſtendam, qui facti ſunt ſeipſis deteriores. Excuſſæ ſunt è templis ſtatuæ, ſed quid refert, quum nihilo ſeciùs in animo colantur idola vitiorum?*

13. Item Epiſt.ad fratr. German.inferioris: *Alicubi ſcio nuſquam fuiſſe maiorem luxum, plus Adulteriorum, quàm inter Euangelicos, ſic enim appellari gaudent, &c. Nonne Lutherus coactus eſt Viſitatores mittere, qui Pop. in omnem licentiã ruentem cohiberent? Nonne idem dixit ſe malle priſtinum Papæ ac Monachorum Regnum, quam hoc hominum genus, ſub* PRÆTEXTV EVANGELII, *in Sogdianorũ vitam ſeſe proripientium? Nonne idem ſuis ad me literis deplorauit Melanchton? Nonne in colloquio faſſus eſt Oecolampadius? Quis ita lenis, quis ingenij tam mitis & boni, qui non quamprimum arma ſumenda putet in eos, qui profeſſi* SALVIFICVM *Euangelion Ieſu*

Querela Luther. Melanthonis & Oecolampadij de Euangelicis.

Chriſti,

hriſti, viuant tamen ipſi FLAGITIOSISSIME, confundant, inuertant, perdantque ſeditiosè omna?

4. Extitit aliquando in Carthuſia Colonien. eferente in Chronic. Surio) & forſan in hodierım vſque diem extat, eiuſdem Eraſm. manibus ripta Religioſo Viro, Epiſtola, in qua inter cæra ſic ait: *Vereor ne imponant tibi quorundam præſti-e, qui iactant hodie ſplendidis verbis, libertatem Euange-um. Crede mihi, ſi rem propiùs noſſes, minùs te taderet us vitæ. Video genus hominum exoriri, à quo meus aniis vehementer abhorret. Neminem video fieri meliorem, eriores omnes, quotquot ego ſanè nouerim: vt vehemen-doleam, me quondam in libris meis prædicâſſe liberta-1 ſpiritus.*

Eraſ. exhorret genus vitæ Lutheranæ.

Pœnitentia Eraſmi.

Et poſt pauca: *Ciuitates aliquot Germaniæ implentur ertoribus Monaſteriorum, Sacerdotibus coniugatis, pleſ; famelicis ac nudis, nec aliud quàm ſaltatur, editur, biır, ſubatur, nec docent, nec diſcunt: nulla vitæ ſobrietas, la ſynceritas. Vbicumq; ſunt,* IBI IACENT OMS BONÆ DISCIPLINÆ CVM PIETATE.

Iam verò, mi Geuza, quid adhuc egemus teus? Rea eſt damnationis fucata & abominan-Reformatio veſtra: maximè, ſi Germaniâ, Gal-, Heluetiâ pauliſper relictis, ad Belgij noſtri ruptiſſimam, extremam, atque ex Pſeudo-ıngelica libertate (per Geuzas propinata à nquaginta circiter annis) enatam, oculiſque tris conſpectam, deſcendamus, morum deſoonem, vitæ confuſionem, atque irreligionis ımaliam.

Quot apud nos Templa, quot Sacraria, quot ces, quot vaſa ſacra, exuſſiſtis, violâſtis, expis, furati eſtis! Quàm Sacrilege Diuiniſſimas Sacra-

Deformatio Belgij per Reformantes.

Theatr. Crudel. Haretic. *Sacrilegia & furta Geuzarum.* Sacramenta conculcâſtis! Quot Monachos excucullâſtis! Quot Deo ſacratas Virgines conſtuprâſtis! Quot voto caſtitatis, abſque vlla auctoritate, abſoluiſtis! Quantas Diuorum cum Deo regnantium Reliquias protriuiſtis, cremâſtis, in cloacam & ſterquilinium abieciſtis! Quot Eccleſiæ Præpoſitos, Preſbyteros, Monachos, Sanctimoniales, exquiſitis tormentis necâſtis! *Crudelitas Geuzarum.* Quot Prouincias Religione & Iuſtitiâ exuiſtis! Quot Principes & in ijs maximè Sereniſs. ac Potentiſs. fidei Catholicæ protectorem, Hiſpaniarum Regem & Dominum veſtrum clementiſs. ditionibus ſuis propuliſtis! *Perduellio Geuzarum.* Quot magiſtratus ſeditiosè ac tyrannicè mouiſtis! Quæ latrocinij, adulterij, inceſtus, polygamiæ, homicidij, rebellionis, vſuræ, iconomachiæ, ſacrilegæ atque innaturalis luxuriæ monſtra inuexiſtis! *Geuxa violârunt buſta Principum.* Quot (perfracto iure Gentium) Illuſtriſſimorum Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, &c. Principum buſta ac ſepulchra reſerâſtis, ſpoliâſtis, conditorijs cupreis, & plumbeis oſſa exuiſtis; annulorum, torquium, ſignorũ, Ducalium, vel Comitilium, antiquiſſimis exuuijs, inhoneſtè priuâſtis; fœdiſſimè tamen ex Flandriæ cuiuſdam Comitiſſæ caluaria ſeu cranio, bibendo, pluſquam ferinam bupinam veſtram, Gandaui, ſub inauſpicatum Reformationis Euangelicæ initium, expleuiſtis.

17. Quot Catholicos, Sereniſs. Regis noſtri vaſallos, ſed Reformatoriæ factionis aduerſarios, exilio, bonorum proſcriptione, carceribus, periuris mendacijs onerâſtis! Quoties prælato Reformationis ſpecioſo titulo, falsò *proteſtati* eſtis, nol- *Proteſtantes vnde.* le vos vel in minimo Magiſtratibus vel legitimis principibus nocere, at Romanum duntaxat Pontificem

cem vnà cum Cardinalibus, profligare! Quum
ontra, Magiſtratus, calce, Principes armis & ſe-
ionibus, abieceritis: Papā verò Romæ ſaluum
iqueritis.

Quoties iuratas pacificationes ac compoſitio-
s ſacrilegè rupiſtis?

Quoties Chriſtiani nominis capitalem ho-
m, Turcarum Imperatorem factionis veſtræ
utorem exoptâſtis, quando ſigna atque vexilla
n hac inſcriptione, PLVSTOST TVRCS QVE
PAVX, contra Hiſpaniarum Regem circum-
iſtis, ſub id ferè tempus, quo vobis confœdera-
atque vniuerſi Chriſtianiſſimi Principibus, Po-
ıtatibus, Ordinibus, extremam ruinam ſubue-
re conati, Reformatiores Miniſtri, anno 1575.
ileam conuenerunt, eundemmet Turcam in
ciliatorem aduocaturi, niſi egregiam à Principe
ndæo, (licet aliàs Catholic. fidei deſertore) re-
lſam accepiſſent, tanto facinore condignam.
De hoc Reformationis ſpeculo ſatis plura qui
et, Belgij hiſtor. euoluat.

Scio de Eccleſiæ Catholicæ doctrina mundo
ondam illuceſcente, dixiſſe aliquando D. Au-
t. lib. 22. de Ciuit. cap 7. *Perſuadebatur veritas no-
conſuetudini, ſed non contraria rationi*: hæc autem
gmatum Euangelicorum Reformatio ac mo-
n, & conſuetudini, & rationi, & ſenſibus, & ex-
ientiæ, & honeſtati, & iuſtitiæ ex diametro re-
gnat.

Collatio Eccleſ. Catholicæ cum Reformata.

mmeritò proinde arguimur ſuperſtitioſæ do-
næ ac Religionis, quàm prætenſè in Pontifi-
reformare geſtiunt & iactant Hugonottæ,
uzæ, Euangelici: Hos potiùs æquus iudex Su-
ſtitionis conuincet, quippe qui teſte Eraſmo,

Reformati ſunt ſpiritales idololatræ. ſupr. Sanctorum imaginibus Politiæque Eccleſiaſticæ & ciuilis formis turbatis, nihilominus in animo & corpore *coluerunt idola vitiorum:* Vna reſtat ſcrupuli Religioſi

Vah Religioſum Geuzarum ſcrupulum.

Obiectio.

19. In Papiſtis multi erant abuſus, quos tam in Eccleſiaſticis quàm laicis Reformare conueniebat, & charitas noſtra dictabat, ergo, &c.

Spongia.

Abuſus rerũ tollendi, non ipſæ res. Fatetur id D. Auguſt. in Pſalm. 49. ideoque eos, ſed non res ipſas, vult è medio tolli; *Nemo vos* (inquit) *fallat fratres, ſcitote omnem profeſſionem in Eccleſia habere fictos, &c. Sunt ibi & grana, accede, tenta, excute ad oris iudicium, &c. Inuenis Sanctimoniales indiſciplinitas: nunquid ideò ſanctimonium reprehendendum eſt?* Cur non vos Geuzæ eodem zelo è tota Europa literas humaniores & linguarum peritiam proſcribitis, quum nulli non conſtet D. Eraſmum, Philip. Melanchtonem, L. Vallam, alioſque nonnullos ſciolos literiones, tanquam (vt eſt in Prouerbio) *Sutores vltra crepidam*, metam ſuam tranſgreſſos, literarum & linguarum peritiâ fuiſſe abuſos?

Scioli literiones lapſi.

20. Quum enim literas callerent & linguas, putabant ſe, etiam in rebus Theologicis, plus videre quàm tota videat Schola Pariſienſis & Louanienſis: verùm is non eruditionis (quæ hominem erga Deum ſubmiſſum reddit atque modeſtum) eſt effectus, ſed animi inflatioris abuſus: hic tollatur, at ſalua doctrina conſiſtat: Ieiunium Quadrageſ. retinete, ſed Bachanalia tollite. Verùm contrarium practicatis.

Reformatio Pontificiorũ Placet ergo omnino vt Pontificij tollantur abuſus, ſi qui dormientibus Patribusfamilias irrepſerint:

ſerint: Sed diſplicet iteratò, quod talium Reformationem, tali viâ, viâ armorum, viâ vſurpatæ poeſtatis, & quidem per monachos excucullatos, preſbyteros votifragos, homines laicos, atque omnium ferè vitiorum maculis deturpatam tunicam habentes, inſtitui velitis. *non debet fieri per monachos votifragos.*

.1. Concilia habemus & Synodos cùm vniuerſales, tum Prouinciales, ac Nationales, quæ & hos abuſus tollant, & vt Ordinarij ſcandaloſos condignis pœnis in ordinem redigant, acriter decernunt. Sic Synodi Tridentini inter cætera ſeſs. 22. Decret. de obſeruand. & euitand. in celebrat. Miſſæ, diſtrictè monet Epiſcopos, vt in Sacerdotibus tollant irreuerentiam, auaritiam, & Superſtitionem; caueantque edicto & pœnis propoſitis, ne Sacerdotes ritus alios aut alias cæremonias precéſ-ve in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenti & laudabili conſuetudine fuerint receptæ. *Reformatio vera fit per Concilia.*

.2. Vt non immeritò Reuerendum & Illuſtre Capitulum maioris ædis Colonienſis, Martinum Bucerum auerſetur, quem Hermannus Princeps Elector Argentorato quondam Bonnam euocâat, vt Religionis Reformationem quandam, veriùs Deformationem, auſpicaretur. Meritò inquam illi auerſantur, quum Reformationem veram non modò non recuſent, verumetiam cum primis ſe deſiderare dicant: excipiant tamen eam per votifragos Monachos, ſecundum Canonum præſcripta, numquam attentari debere: talis autem erat Martinus Bucerus, Monachus excucullatus, & ſolidæ Reformationis inutile inſtrumentum, quippe de eorum numero erat de *Capit. Colonienſ. auerſatur Reformation. M. Buceri Apoſtata.*

quibus D. Ambr. lib. 3. Epiſt. 25. *Hîc poſiti, primò ieiunabant intra Monaſt. continebantur: nullus erat Luxuriæ locus: interdicta ludibrioſæ diſputationis licentia: hoc delicati non potuerunt ferre; abierunt.*

Plura de hac Pſeudo-Reformatione, vide in noſtra *Anatomia Chriſtiani Deformati*, impreſſa Antuerpiæ anno 1613. apud Hierony. Verduſſen.

XV. QVARE,

De Eccleſiæ viſibilis indefectibilitate.

Luth. lib. de abrog. Miſ. Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 1. §. 7. Philip. Melancht. in locis, loco 12. & alij.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Dei Eccleſiam Romanenſes ponunt ſemper viſibilem, quum ipsâ aliquando pereunte, inuiſibilis duntaxat permaneat?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Falsò, chariſſime, ſupponis duas eſſe Chriſti Eccleſias, quum tantùm ſit vna: eſt enim Eccleſia Chriſti *Regnum*, Dan. 2. 44. quod vnicum eſt: eſt Sponſa, quæ vnica, Cantic. 6. 8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea:* eſt ouile, quod vnicum, *fiet vnum ouile, & vnus paſtor*, Ioan 10. 16. Neque hoc mirum videri cuipiam debet, ſi aduertat omnes ad Eccleſiam pertinentes, conuenire in vno fine vltimo ad quem tendunt, & in ijſdem medijs principalibus, nempe fide, ſpe, charitate & Sacramentis: vnde fieri nequit vt ſint duæ Eccleſiæ, alioqui enim duos oporteret eſſe fines vltimos omnino diſtinctos, & duo genera mediorum principalium, quibus ad eos perueniatur.

Vnica tantùm eſt Eccleſia Chriſti.

RESPONDEO

RESPONDEO ET DICO II.

2\. QVIA fide certũ eſt, veram Eccleſiã Chriſti ſemper fuiſſe, & eſſe, & futuram viſilem; quod ex Notis prædictis facillimum eſt deducere; eſt enim viſibilis per ſuas Notas. Verùm vlteriùs Confirmari poteſt pluribus vtriuſq; Tementi locis, è quibus, duo, nobis breuitati ſtudentibus, ſuffecerint, 1. Pſalm. 18. 6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, id eſt, in clara luce poſuit Eccleſiam ſuam, vt videlicet omnibus foret manifeſta, vnde D. Auguſt. tract. 2. in Epiſt. Ioan. *Tabernaculum eius, Eccleſia eius; in ſole poſita eſt, non jn nocte, ſed in die.* Item: *Quid ampliùs dicturus ſum, quàm cæcos, qui tam magnum montem non vident? qui contra lucernam in candelabro* (Matth. 5.) *poſitam, oculos claudunt?* — *Vera Chriſti Eccleſia ſemper eſt viſibilis.* — *Eccleſia in Sole, ſuper montem & candelabrum poſita.*

3\. Secundò, Matth. 18. 15. &c. monet Saluator; *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipſum ſolum; Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, & in ore duorum vel trium teſtium, ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos; dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Hic vt Reformati omnes obmuteſcant, omnino oportet, quia verbis illis, DIC ECCLESIÆ, vult Chriſtus omnibus temporibus ad Eccleſiam, velut iudicem; recurri, ergo Eccleſia nunquam poteſt inuiſibilis eſſe; Quomodo enim inueniam, quomodo dicam, quomodo denuntiabo Eccleſiæ, ſi ſit inuiſibilis? quis vnquam inſtituit recurſum ad iudicem inuiſibilem? Iteratò peto, quanto tempore Eccleſia veſtra Reformata, Euangelica, vel Geuſia, manſit inuiſibilis? quod interea habuit verbi Diuini & Sacramentorum adminiſtros, illis ſimi- — *Recurrendũ ad Eccleſiam velut iudicẽ, proinde viſib.*

les qui apud vos hodie earundem rerum tenent clauum? Quinam interea ſe oppoſuerunt hæreſibus obortis, quandoquidem nobiſcum fateamini, ſingulis penè ſeculis, verã Chriſti Sponſam à varijs hæreſibus oppugnatam? Reſpondete ſi valetis vos Caluiniſtæ, omnibus retrò elapſis ſeculis inuiſi, ac per conſequens, allegatæ inuiſibilitatis inidonei teſtes.

Caluiniſtæ teſtes inuiſib. omnium ſeculorum.

4. Huc faciunt Parabolæ de conuiuio, Area, reti, ouili, &c. quæ omnes conuincunt, Eccleſiam, (quæ eſt Regnum cœlorum, per illa indigitatum) eſſe viſibilem.

Argumentũ D. Auguſt.

Omnium orbis Senatorum (Patres intelligo) nomine, vnicus accedat D. Auguſtin. Epiſt. 161. ad Honoratum Donatiſt. qui vel ex hoc, viſibili vniuerſitati Eccleſiæ facit fidem, quod D. Paulus in Epiſtol. ſuis, ponat nomina ciuitatum, Regionum, nationũ & Prouinciarum; vt Macedoniæ, Achaiæ, Ieruſalem, Roman. Hebr. Corinth. Coloſs. Philippenſ. Galat. Epheſ. Sic D. Ioannes Apocal. 1. ſcribit ſeptem Eccleſijs, Epheſo, Smyrnæ, Philadelphiæ, Laodiciæ, &c. quæ indubiè erant viſibiles, vti aliæ omnes, per numerum ſeptenarium deſignatæ. Non eſt igitur Eccleſia, inuiſibilis, & mathematicus cœtus fidelium latitans, mundo incognitus, ſolique Deo & quibuſdam ſpiritualibus viris notus, qualem recentes Hæretici, ex Electis & iuſtis duntaxat imaginantur conflatum.

Inuiſibilis & Mathematica eſt Eccleſ. Hæretic.

5. Adhuc cæcutis Geuza? necdum hanc Dei Eccleſiam, hunc montem, hunc ſolem, hanc lucernam ſuper candelabrum poſitam videre potes? accipe hoc clariſſimæ rationis collyrium, & oculis tuis admoueto: Omnes ſiquidem obligamur ſub

Geuzæ cæci non vident montem, ſolem, lucernam.

æternæ

:ternæ damnationis periculo, veræ Dei Ecc
os adiungere & in illa perſeuerare, hoc eſt C
i eius obedire, & cæteris membris communi
e; *Beatitudini tuæ* (ait D. Hierony Epiſt. ad Dama
*l eſt Cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illa
etram ædificatam Eccleſiam ſcio: quicunque extra ha
omum agnum comederit, prophanus eſt: ſi quis in Arca
Ioë non fuerit, peribit regnante diluuio.*

Iam verò impoſſibile eſt mihi hunc Agnum in
ebita domo comedere, Arcam Noë intrare, & vt
erbo veritatem perſtringam, veræ Dei Eccleſiæ
ommunicare, ſi ea eſt inuiſibilis.

. Quemadmodum ergo veteris Teſtamenti ſraelitæ habuerunt viſibile Circumciſionis ſig-um: ita in nouo Spiritus ſanctus ſuper Apoſto-os deſcendit in viſibilibus ſimiliter ignis atque nguarum notis, quum antea Chriſtus certa, ex-erna & viſibilia Chriſtianæ Societatis vincula, eptem videlicet Diuiniſſima Sacramenta inſti-uiſſet, quibus & Eccleſiam ſuam ab omni alio in-delium cœtu interſtingueret, & Regni ſui filios, dinſtar omnium humanarum ſocietatum, (in mi-tiam, tribum, regnum, ciuitatem, mediantibus ymbolis, coeuntium) inter ſe vniret; *Neque enim i vllum nomen Religionis ſeu verum, ſeu falſum coagula- homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum, vel Sacra-entorum viſibilium conſortio colligentur,* ait D. Augu-tin. lib. 19. contra Fauſtum, cap. 11.

Viſib. ſignum Synagogæ.

Viſibilia ſigna Eccleſiæ Chriſti.

RESPONDEO ET DICO III.

. QVIA Eccleſia viſibilis ex quo cœpit, nunquã defecit, nec deficere poteſt. Probatur, uia ante Chriſtũ ſemper fuit fides Dei vera & cul-

Eccleſ. nunquã defecit.

des Diables encharnez, & ne faut point aller loing pour voir de tels ſpectacles.

Calu. præfert Papatũ ſuis Reformatis quos vocat Diabolos incarnatos.

Senſus eſt: *Certum eſt in Papatu tam horribilia monſtra nunquam apparitura, qualia ijs in locis vbi Euangelij prædicatio inſtituitur ac profeſſio, hodie videntur. Vendicabunt quidem ſe* REFORMATOS, *ſed verius* DIABOLI INCARNATI *dicendi ſunt, ad quæ ſpectacula viſenda non opus longiùs ire.* Item ſer.30. ſuper eandem Epiſt. *On trouuera que ceux qui ſe vantent auiourd'huy d'auoir quelque* REFORMATION, *ſont gens prophanes & poluz, meſmes ce ſont des* CHIENS. Hoc eſt; *qui ſe hodie iactant habere Reformationem, ſunt homines profani ac polluti, quinimo ſunt canes.*

D. Eraſmus contra horrendos mores Lutheranorum.

12. Tertiò Amplam eidem veritati dat fidem Lutheri amicus D. Eraſmus Epiſt. ad Vulturiũ Neocomum. *Proferte mihi quem iſtu! Euangelium* (videlicet Reformatum) *ex commeſſatore ſobrium, ex feroci manſuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico, reddiderit verecundum. Ego tibi multos oſtendam, qui facti ſunt ſeipſis deteriores. Excuſſæ ſunt è templis ſtatuæ, ſed quid refert, quum nihilo ſeciùs in animo colantur idola vitiorum?*

13. Item Epiſt. ad fratr. German. inferioris: *Alicubi ſcio nuſquam fuiſſe maiorem luxum, plus Adulteriorum, quàm inter Euangelicos, ſic enim appellari gaudent, &c. Nonne Lutherus coactus eſt Viſitatores mittere, qui Pop. in omnem licentiã ruentem cohiberent? Nonne idem dixit ſe malle priſtinum Papæ ac Monachorum Regnum, quam hoc hominum genus, ſub* PRÆTEXTU EVANGELII, *in Sogdianorũ vitam ſeſe proripientium? Nonne idem ſuis ad me literis deplorauit Melanchton? Nonne in colloquio faſſus eſt Oecolampadius? Quis ita lenis, quis ingenij tam mitis & boni, qui non quamprimum arma ſumenda putet in eos, qui profeſſi* SALVIFICVM *Euangelion Ieſu*

Querela Luther. Melanchthonis & Oecolampadij de Euangelicis.

Chriſti,

hriſti, viuant tamen ipſi FLAGITIOSISSIME, *confundant, inuertant, perdantque ſeditiosè omnia?*

4. Extitit aliquando in Carthuſia Colonien. eferente in Chronic. Surio) & forſan in hodierum vſque diem extat, eiuſdem Eraſm. manibus ripta Religioſo Viro, Epiſtola, in qua inter cæra ſic ait: *Vereor ne imponant tibi quorundam præſtiæ, qui iactant hodie ſplendidis verbis, libertatem Euangecam. Crede mihi, ſi rem propiùs noſſes, minùs te tæderet lius vitæ. Video genus hominum exoriri, à quo meus animus vehementer abhorret. Neminem video fieri meliorem, eteriores omnes, quotquot ego ſanè nouerim: vt vehemenr doleam, me quondam in libris meis prædicâſſe libertam ſpiritus.*

Eraſ. exhorret genus vitæ Lutheranæ.

Pœnitentia Eraſmi.

Et poſt pauca: *Ciuitates aliquot Germaniæ implentur eſertoribus Monaſteriorum, Sacerdotibus coniugatis, pleiſq; famelicis ac nudis, nec aliud quàm ſaltatur, editur, biitur, ſubatur, nec docent, nec diſcunt: nulla vitæ ſobrietas, ulla ſynceritas. Vbicumq; ſunt,* IBI IACENT OMES BONÆ DISCIPLINÆ CVM PIETATE.

5. Iam verò, mi Geuza, quid adhuc egemus teibus? Rea eſt damnationis fucata & abominana Reformatio veſtra: maximè, ſi Germaniâ, Gallâ, Heluetiâ pauliſper relictis, ad Belgij noſtri orruptiſſimam, extremam, atque ex Pſeudouangelica libertate (per Geuzas propinata à uinquaginta circiter annis) enatam, oculiſque oſtris conſpectam, deſcendamus, morum deſoationem, vitæ confuſionem, atque irreligionis nomaliam.

6. Quot apud nos Templa, quot Sacraria, quot alices, quot vaſa ſacra, exuſſiſtis, violâſtis, expiâſtis, furati eſtis! Quàm Sacrilege Diuiniſſimas Sacra-

Deformatio Belgij per Reformantes.

Theatr. Crudel. Hæretic. *Sacrilegia & furta Geuzarum.* Sacramenta conculcâſtis! Quot Monachos excucullâſtis! Quot Deo ſacratas Virgines conſtuprâſtis! Quot voto caſtitatis, abſque vlla auctoritate, abſoluiſtis! Quantas Diuorum cum Deo regnantium Reliquias protriuiſtis, cremâſtis, in cloacam & ſterquilinium abieciſtis! *Crudelitas Geuzarum.* Quot Eccleſiæ Præpoſitos, Preſbyteros, Monachos, Sanctimoniales, exquiſitis tormentis necâſtis! Quot Prouincias Religione & Iuſtitiâ exuiſtis! Quot Principes & *Perduellio Geuzarum.* in ijs maximè Sereniſs. ac Potentiſs. fidei Catholicæ protectorem, Hiſpaniarum Regem & Dominum veſtrum clementiſs. ditionibus ſuis propuliſtis! Quot magiſtratus ſeditiosè ac tyrannicè *Geuxa violârunt buſta Principum.* mouiſtis! Quæ latrocinij, adulterij, inceſtus, polygamiæ, homicidij, rebellionis, vſuræ, iconomachiæ, ſacrilegæ atque innaturalis luxuriæ monſtra inuexiſtis! Quot (perfracto iure Gentium) Illuſtriſſimorum Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, &c. Principum buſta ac ſepulchra reſerâſtis, ſpoliâſtis, conditorijs cupreis, & plumbeis oſſa exuiſtis; annulorum, torquium, ſignorũ, Ducalium, vel Comitilium, antiquiſſimis exuuijs, inhoneſtè priuâſtis; fœdiſſimè tamen ex Flandriæ cuiuſdam Comitiſſæ caluaria ſeu cranio, bibendo, pluſquam ferinam bupinam veſtram, Gandaui, ſub inauſpicatum Reformationis Euangelicæ initium, expleuiſtis.

17. Quot Catholicos, Sereniſs. Regis noſtri vaſallos, ſed Reformatoriæ factionis aduerſarios, exilio, bonorum proſcriptione, carceribus, periuris mendacijs onerâſtis! Quoties prælato Reformationis ſpecioſo titulo, falsò *proteſtati* eſtis, *Proteſtantes vnde.* nolle vos vel in minimo Magiſtratibus vel legitimis principibus nocere, at Romanum duntaxat Pontificem

cem vnà cum Cardinalibus, profligare! Quum
ɔntra, Magiſtratus, calce, Principes armis & ſe-
ionibus, abieceritis: Papã verò Romæ ſaluum
ıqueritis.

Quoties iuratas pacificationes ac compoſitio-
s ſacrilegè rupiſtis?

Quoties Chriſtiani nominis capitalem ho-
m, Turcarum Imperatorem factionis veſtræ
utorem exoptâſtis, quando ſigna atque vexilla
n hac inſcriptione, PLVSTOST TVRCS QVE
PAVX, contra Hiſpaniarum Regem circum-
ıſtis, ſub id ferè tempus, quo vobis confœdera-
atque vniuerſi Chriſtianiſſimi Principibus, Po-
ıtatibus, Ordinibus, extremam ruinam ſubue-
re conati, Reformatiores Miniſtri, anno 1575.
ſileam conuenerunt, eundemmet Turcam in
xiliatorem aduocaturi, niſi egregiam à Principe
ɔndæo, (licet aliàs Catholic. fidei deſertore) re-
lſam accepiſſent, tanto facinore condignam.
De hoc Reformationis ſpeculo ſatis plura qui
let, Belgij hiſtor. euoluat.

Collatio Eccleſ. Catholicæ cum Reformata.

Scio de Eccleſiæ Catholicæ doctrina mundo
ondam illuceſcente, dixiſſe aliquando D. Au-
ſt. lib. 22. de Ciuit. cap 7. *Perſuadebatur veritas no-
, conſuetudini, ſed non contraria rationi*: hæc autem
gmatum Euangelicorum Reformatio ac mo-
m, & conſuetudini, & rationi, & ſenſibus, & ex-
rientiæ, & honeſtati, & iuſtitiæ ex diametro re-
gnat.

Immeritò proinde arguimur ſuperſtitioſæ do-
:inæ ac Religionis, quàm prætenſè in Pontifi-
s reformare geſtiunt & iactant Hugonottæ,
:euzæ, Euangelici: Hos potiùs æquus iudex Su-
rſtitionis conuincet, quippe qui teſte Eraſmo,

 ſupr.

Reformati ſunt ſpirituales idololatræ.

Vah Religioſum Geuzarum ſcrupulum.

ſupr. Sanctorum imaginibus Politiæque Eccleſiaſticæ & ciuilis formis turbatis, nihilominus in animo & corpore *coluerunt idola vitiorum:* Vna reſtat ſcrupuli Religioſi

Obiectio.

19. In Papiſtis multi erant abuſus, quos tam in Eccleſiaſticis quàm laicis Reformare conueniebat, & charitas noſtra dictabat, ergo, &c.

Spongia.

Abuſus rerũ tollendi, non ipſæ res.

Fatetur id D. Auguſt. in Pſalm. 49. ideoque eos, ſed non res ipſas, vult è medio tolli; *Nemo vos* (inquit) *fallat fratres, ſcitote omnem profeſſionem in Eccleſia habere fictos, &c. Sunt ibi & grana, accede, tenta, excute ad oris iudicium, &c. Inuenis Sanctimoniales indiſciplinitas: nunquid ideò ſanctimonium reprehendendum eſt?* Cur non vos Geuzæ eodem zelo è tota Europa literas humaniores & linguarum peritiam proſcribitis, quum nulli non conſtet D. Eraſmum, Philip. Melanchtonem, L. Vallam, alioſque nonnullos ſciolos literiones, tanquam (vt eſt in Prouerbio) *Sutores vltra crepidam*, metam ſuam tranſgreſſos, literarum & linguarum peritiâ fuiſſe abuſos?

Scioli literiones lapſi.

20. Quum enim literas callerent & linguas, putabant ſe, etiam in rebus Theologicis, plus videre quàm tota videat Schola Pariſienſis & Louanienſis: verùm is non eruditionis (quæ hominem erga Deum ſubmiſſum reddit atque modeſtum) eſt effectus, ſed animi inflatioris abuſus: hic tollatur, at ſalua doctrina conſiſtat: Ieiunium Quadrageſ. retinete, ſed Bachanalia tollite. Verùm contrarium practicatis.

Reformatio Pontificiorũ

Placet ergo omnino vt Pontificij tollantur abuſus, ſi qui dormientibus Patribusfamilias irrepſerint:

ſerint: Sed diſplicet iteratò, quod talium Reformationem, tali viâ, viâ armorum, viâ vſurpatæ poteſtatis, & quidem per monachos excucullatos, preſbyteros votifragos, homines laicos, atque omnium ferè vitiorum maculis deturpatam tunicam habentes, inſtitui velitis.

non debet fieri per monachos votifragos.

21. Concilia habemus & Synodos cùm vniuerſales, tum Prouinciales, ac Nationales, quæ & hos abuſus tollant, & vt Ordinarij ſcandaloſos condignis pœnis in ordinem redigant, acriter decernunt. Sic Synodi Tridentini inter cætera ſeſs. 22. Decret. de obſeruand. & euitand. in celebrat. Miſſæ, diſtrictè monet Epiſcopos, vt in Sacerdotibus tollant irreuerentiam, auaritiam, & Superſtitionem; caueantque edicto & pœnis propoſitis, ne Sacerdotes ritus alios aut alias cæremonias precéſ-ve in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenti & laudabili conſuetudine fuerint receptæ.

Reformatio vera fit per Concilia.

22. Vt non immeritò Reuerendum & Illuſtre Capitulum maioris ædis Colonienſis, Martinum Bucerum auerſetur, quem Hermannus Princeps Elector Argentorato quondam Bonnam euocârat, vt Religionis Reformationem quandam, verius Deformationem, auſpicaretur. Meritò inquam illi auerſantur, quum Reformationem veram non modò non recuſent, verumetiam cum primis ſe deſiderare dicant: excipiant tamen eam per votifragos Monachos, ſecundum Canonum præſcripta, numquam attentari debere: talis autem erat Martinus Bucerus, Monachus excucullatus, & ſolidæ Reformationis inutile inſtrumentum, quippe de eorum numero erat de

Capit. Colonienſ. auerſatur Reformation. m M. Buceri Apoſtata.

Digitized by Google

quibus D. Ambr. lib. 3. Epiſt. 25. *Hîc poſiti, primò ieiunabant intra Monaſt. continebantur: nullus erat Luxuriæ locus: interdicta ludibrioſa diſputationis licentia: hoc delicati non potuerunt ferre; abierunt.*

Plura de hac Pſeudo-Reformatione, vide in noſtra *Anatomia Chriſtiani Deformati*, impreſſa Antuerpiæ anno 1613. apud Hierony. Verduſſen.

XV. QVARE,

De Eccleſiæ viſibilis indefectibilitate.

Luth. lib. de abrog. Miſ. Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 1. §. 7. Philip. Melancht. in locis, loco 12. & alij.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Dei Eccleſiam Romanenſes ponunt ſemper viſibilem, quum ipsâ aliquando pereunte, inuiſibilis duntaxat permaneat?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Falsò, chariſſime, ſupponis duas eſſe Chriſti Eccleſias, quum tantùm ſit vna: eſt enim Eccleſia Chriſti *Regnum*, Dan. 2. 44. quod vnicum eſt: eſt Sponſa, quæ vnica, Cantic. 6. 8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea:* eſt ouile, quod vnicum, *fiet vnum ouile, & vnus paſtor*, Ioan 10. 16. Neque hoc mirum videri cuipiam debet, ſi aduertat omnes ad Eccleſiam pertinentes, conuenire in vno fine vltimo ad quem tendunt, & in ijſdem medijs principalibus, nempe fide, ſpe, charitate & Sacramentis: vnde fieri nequit vt ſint duæ Eccleſiæ, alioqui enim duos oporteret eſſe fines vltimos omnino diſtinctos, & duo genera mediorum principalium, quibus ad eos perueniatur.

Vnica tantùm eſt Eccleſia Chriſti.

RESPONDEO

Digitized by Google

RESPONDEO ET DICO II.

2. QVIA fide certū eſt, veram Eccleſiā Chriſti ſemper fuiſſe, & eſſe, & futuram viſilem; quod ex Notis prædictis facillimum eſt deducere; eſt enim viſibilis per ſuas Notas. Verùm vlteriùs Confirmari poteſt pluribus vtriuſq; Tementi locis, è quibus, duo, nobis breuitati ſtudentibus, ſuffecerint, 1. Pſalm. 18. 6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, id eſt, in clara luce poſuit Eccleſiam ſuam, vt videlicet omnibus foret manifeſta, vnde D. Auguſt. tract. 2. in Epiſt. Ioan. *Tabernaculum eius, Eccleſia eius; in ſole poſita eſt, non in nocte, ſed in die.* Item: *Quid ampliùs dicturus ſum, quàm cæcos, qui tam magnum montem non vident? qui contrà lucernam in candelabro* (Matth. 5.) *poſitam, oculos claudunt?*

Vera Chriſti Eccleſia ſemper eſt viſibilis.

Eccleſia in Sole, ſuper montem & candelabrum poſita.

3. Secundò, Matth. 18. 15. &c. monet Saluator; *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipſum ſolum; Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, & in ore duorum vel trium teſtium, ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos; dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Hic vt Reformati omnes obmuteſcant, omnino oportet, quia verbis illis, DIC ECCLESIÆ, vult Chriſtus omnibus temporibus ad Eccleſiam, velut iudicem; recurri, ergo Eccleſia nunquam poteſt inuiſibilis eſſe; Quomodo enim inueniam, quomodo dicam, quomodo denuntiabo Eccleſiæ, ſi ſit inuiſibilis? quis vnquam inſtituit recurſum ad iudicem inuiſibilem? Iteratò peto, quanto tempore Eccleſia veſtra Reformata, Euangelica, vel Geuſia, manſit inuiſibilis? quod interea habuit verbi Diuini & Sacramentorum adminiſtros, illis ſimiles

Recurrendū ad Eccleſiam velut iudicē, proinde viſib.

Digitized by Google

les qui apud vos hodie earundem rerum tenent clauum? Quinam interea ſe oppoſuerunt hæreſibus obortis, quandoquidem nobiſcum fateamini, ſingulis penè ſeculis, verã Chriſti Sponſam à varijs hæreſibus oppugnatam? Reſpondete ſi valetis vos Caluiniſtæ, omnibus retrò elapſis ſeculis inuiſi, ac per conſequens, allegatæ inuiſibilitatis inidonei teſtes.

Caluiniſtæ teſtes inuiſib. omnium ſeculorum.

4. Huc faciunt Parabolæ de conuiuio, Area, reti, ouili, &c. quæ omnes conuincunt, Eccleſiam, (quæ eſt Regnum cœlorum, per illa indigitatum) eſſe viſibilem.

Argumentũ D. Auguſt.

Omnium orbis Senatorum (Patres intelligo) nomine, vnicus accedat D. Auguſtin. Epiſt. 161. ad Honoratum Donatiſt. qui vel ex hoc, viſibili vniuerſitati Eccleſiæ facit fidem, quod D. Paulus in Epiſtol. ſuis, ponat nomina ciuitatum, Regionum, nationũ & Prouinciarum; vt Macedoniæ, Achaiæ, Ieruſalem, Roman. Hebr. Corinth. Coloſs. Philippenſ. Galat. Epheſ. Sic D. Ioannes Apocal. 1. ſcribit ſeptem Eccleſijs, Epheſo, Smyrnæ, Philadelphiæ, Laodiciæ, &c. quæ indubiè erant viſibiles, vti aliæ omnes, per numerum ſeptenarium deſignatæ. Non eſt igitur Eccleſia, inuiſibilis, & mathematicus cœtus fidelium latitans, mundo incognitus, ſolique Deo & quibuſdam ſpiritualibus viris notus, qualem recentes Hæretici, ex Electis & iuſtis duntaxat imaginantur conflatum.

Inuiſibilis & Mathematica eſt Eccleſ. Hæretic.

5. Adhuc cæcutis Geuza? necdum hanc Dei Eccleſiam, hunc montem, hunc ſolem, hanc lucernam ſuper candelabrum poſitam videre potes? accipe hoc clariſſimæ rationis collyrium, & oculis tuis admoueto: Omnes ſiquidem obligamur ſub æternæ

Geuzæ cæci non vident montem, ſolem, lucernam.

ternæ damnationis periculo, veræ Dei Eccleſiæ os adiungere & in illa perſeuerare, hoc eſt Capi eius obedire, & cæteris membris communica e; *Beatitudini tuæ* (ait D. Hierony Epiſt. ad Damaſ.) *l eſt Cathedra Petri communione conſocior: ſuper illam etram ædificatam Eccleſiam ſcio: quicunque extra hanc omum agnum comederit, prophanus eſt: ſi quis in Arca Joë non fuerit, peribit regnante diluuio.*

Omnes ... nentur ... in Eccleſia.

Iam verò impoſſibile eſt mihi hunc Agnum in ebita domo comedere, Arcam Noë intrare, & vt erbo veritatem perſtringam, veræ Dei Eccleſiæ ommunicare, ſi ea eſt inuiſibilis.

. Quemadmodum ergo veteris Teſtamenti ſraelitæ habuerunt viſibile Circumciſionis ſignum: ita in nouo Spiritus ſanctus ſuper Apoſtoos deſcendit in viſibilibus ſimiliter ignis atque inguarum notis, quum antea Chriſtus certa, exerna & viſibilia Chriſtianæ Societatis vincula, ſeptem videlicet Diuiniſſima Sacramenta inſtiuiſſet, quibus & Eccleſiam ſuam ab omni alio inidelium cœtu interſtingueret, & Regni ſui filios, dinſtar omnium humanarum ſocietatum, (in miitiam, tribum, regnum, ciuitatem, mediantibus ſymbolis, coeuntium) inter ſe vniret; *Neque enim n vllum nomen Religionis ſeu verum, ſeu falſum coagulai homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum, vel Sacranentorum viſibilium conſortio colligentur,* ait D. Auguſtin. lib. 19. contra Fauſtum, cap. 11.

Viſib. ſignum Synagogæ.

Viſibilia ſigna Eccleſiæ Chriſti.

RESPONDEO ET DICO III.

7. QVIA Eccleſia viſibilis ex quo cœpit, nunquã defecit, nec deficere poteſt. Probatur, quia ante Chriſtũ ſemper fuit fides Dei vera & cul-

Eccleſ. nunquã defecit.

les qui apud vos hodie earundem rerum tenent clauum? Quinam interea ſe oppoſuerunt hæreſibus obortis, quandoquidem nobiſcum fateamini, ſingulis penè ſeculis, verā Chriſti Sponſam à varijs hæreſibus oppugnatam? Reſpondete ſi valetis vos Caluiniſtæ, omnibus retrò elapſis ſeculis inuiſi, ac per conſequens, allegatæ inuiſibilitatis inidonei teſtes.

Caluiniſtæ teſtes inuiſib. omnium ſeculorum.

4. Huc faciunt Parabolæ de conuiuio, Area, reti, ouili, &c. quæ omnes conuincunt, Eccleſiam, (quæ eſt Regnum cœlorum, per illa indigitatum) eſſe viſibilem.

Argumentū D. Auguſt.

Omnium orbis Senatorum (Patres intelligo) nomine, vnicus accedat D. Auguſtin. Epiſt. 161. ad Honoratum Donatiſt. qui vel ex hoc, viſibili vniuerſitati Eccleſiæ facit fidem, quod D. Paulus in Epiſtol. ſuis, ponat nomina ciuitatum, Regionum, nationū & Prouinciarum; vt Macedoniæ, Achaiæ, Ieruſalem, Roman. Hebr. Corinth. Coloſs. Philippenſ. Galat. Epheſ. Sic D. Ioannes Apocal. 1. ſcribit ſeptem Eccleſijs, Epheſo, Smyrnæ, Philadelphiæ, Laodiciæ, &c. quæ indubiè erant viſibiles, vti aliæ omnes, per numerum ſeptenarium deſignatæ. Non eſt igitur Eccleſia, inuiſibilis, & mathematicus cœtus fidelium latitans, mundo incognitus, ſolique Deo & quibuſdam ſpiritualibus viris notus, qualem recentes Hæretici, ex Electis & iuſtis duntaxat imaginantur conflatum.

Inuiſibilis & Mathematica eſt Eccleſ. Hæretic.

5. Adhuc cæcutis Geuza? necdum hanc Dei Eccleſiam, hunc montem, hunc ſolem, hanc lucernam ſuper candelabrum poſitam videre potes? accipe hoc clariſſimæ rationis collyrium, & oculis tuis admoueto: Omnes ſiquidem obligamur ſub

Geuzæ cæci non vident montem, ſolem, lucernam.

æternæ

Digitized by Google

ternæ damnationis periculo, veræ Dei Eccleſiæ os adiungere & in illa perſeuerare, hoc eſt Capi- eius obedire, & cæteris membris communica- :; *Beatitudini tuæ* (ait D. Hierony Epiſt. ad Damaſ.) *eſt Cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam* *tram ædificatam Eccleſiam ſcio: quicunque extra hanc* *mum agnum comederit, prophanus eſt: ſi quis in Arca* *oë non fuerit, peribit regnante diluuio.* — *Omnes tenentur eſſe in Eccleſia.*

Iam verò impoſſibile eſt mihi hunc Agnum in ebita domo comedere, Arcam Noë intrare, & vt erbo veritatem perſtringam, veræ Dei Eccleſiæ ommunicare, ſi ea eſt inuiſibilis.

. Quemadmodum ergo veteris Teſtamenti raelitæ habuerunt viſibile Circumciſionis ſig- um: ita in nouo Spiritus ſanctus ſuper Apoſto- s deſcendit in viſibilibus ſimiliter ignis atque nguarum notis, quum antea Chriſtus certa, ex- erna & viſibilia Chriſtianæ Societatis vincula, eptem videlicet Diuiniſſima Sacramenta inſti- iiſſet, quibus & Eccleſiam ſuam ab omni alio in- delium cœtu interſtingueret, & Regni ſui filios, dinſtar omnium humanarum ſocietatum, (in mi- tiam, tribum, regnum, ciuitatem, mediantibus mbolis, coeuntium) inter ſe vniret; *Neque enim* *vllum nomen Religionis ſeu verum, ſeu falſum coagula-* *homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum, vel Sacra-* *entorum viſibilium conſortio colligentur,* ait D. Augu- in. lib. 19. contra Fauſtum, cap. 11. — *Viſib. ſignum Synagogæ.* — *Viſibilia ſigna Eccleſiæ Chriſti.*

RESPONDEO ET DICO III.

. QVIA Eccleſia viſibilis ex quo cœpit, nunquã defecit, nec deficere poteſt. Probatur, uia ante Chriſtũ ſemper fuit fides Dei vera & cul- — *Eccleſ. nunquã defecit.*

tus Dei verus, in aliquibus ſaltem hominibus, qui Dei Eccleſiam conſtituebant.

Quod autem poſt Chriſtum numquam defecerit vel deficere poſſit, ſecundum eum ſtatum, quo ab ipſo eſt inſtituta, patet primò, ex illis locis, vbi Chriſti regnum prædicitur fore æternum, Pſal.479. *Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri; Deus fundauit eam in æternum*; Qui Pſalm. ſicut totus eſt de Eccleſia, ita eius viſibilitatem, per ea quæ videntur & audiuntur, non obſcurè deſignat. Sic Daniel. 2. 44. dicitur, *Deus ſuſcitaturus regnum, quod in æternum non diſſipabitur.*

Regnum Eccleſ. Chriſti æternum.

8. Secundò, Matth. 16. 18. *Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, ſcilicet Eccleſiam, ſuper Petrum, viſibile nimirum caput, ædificatam, ac proinde aduerſus Eccleſiam viſibilem, vnde Chryſoſt. tom. 5. oratio. de non contemnend. Eccleſ. *Quid Eccleſiâ Dei potentius eſſe poteſt? Mœnia barbari deſtruunt, Eccleſiam verò ne Dæmones quidem ſuperant; Cum oppugnatur, vincit, cum appetitur inſidiis, ſuperat.* Et Bernard. ſerm. 79. in Cant. *Nec verboſitate Philiſophorum, nec cauillationibus hæreticorum, ne gladiis perſecutorum, potuit Eccleſia aut poterit aliquando ſeparari à charitate Dei.*

Fortitudo Eccleſiæ.

9. Tertiò, ad Epheſ. 4. 11. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, &c.* Quibus verbis Paulus docet iſta miniſteria Apoſtolorum, Paſtorum, Doctorũ, &c. manſura in Eccleſia vſque ad finem mundi: nec de inuiſib. Eccleſia vllatenus intelligi poſſunt; quippe in qua, talia nulla ſunt miniſteria quæ poſ-

Miniſteria Apoſt. Paſtor. Doctor. &c. ſemper in Eccleſ. manebunt.

ſint

nt exerceri, niſi ſe Paſtores & oues cognoſcant.
ɔ. Quartò, dico implicare repugnantiam, Eccleſiam viſibil. vt allegâſti, aliquando perire, ſed ıuiſibilem permanere: Si enim Eccleſia inuiſibis in tali caſu manet, vel illa profitetur fidem ſuã, el non profitetur: Sed profiteatur fidem ſuam, on cædens hæreticorum Gentilium perſecutioibus, certè iam eſt viſibilis, vti primitiua erat Eccleſia temporibus Apoſtolorum & Martyrum, uando in grauiſſimis perſecutionibus maximè rat ſpectabilis. Si autem non profiteatur exteùs fidem, ſed eam intus retinens in corde, exteiùs ſe malis accommodat in falſo cultu, vti facieant, docebantque Helceſaitæ, teſte Euſeb. lib. 6. ap: 31. ex Origen. ergo iam non eſt vera Eccleſia Chriſti, ſed Synagoga Satanæ, quippe quæ nullos abeat qui ſaluentur & ſint boni, quum deficiant ı veræ fidei profeſſione externa, requiſita à Chrio, Matth. 10. 33. *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego coram Patre meo qui in cœlis eſt.* Maifeſtè ergo implicat veram in eſſe ſuo ſubſiſtere cccleſiam, & omni formâ viſibili carere.

Geuzæ rediguntur ad contradictionem.

Helceſaitæ.

RESPONDEO ET DICO IIII.

QVIA Eccleſia tam vniuerſitatem fidelium, quàm Epiſcoporum complectens, abſoıtè non poteſt errare in rebus quæ vniuerſaliter el fide credendæ, vel faciendæ nobis proponunır, ſiue expreſsè habeantur in Script. ſiue non. Quum enim Eccleſia gubernetur à capite Chrio, Epheſ. 1. 22. *Ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleım, quæ eſt corpus ipſius*; ſanè ſi ipſa poſſet errare, id Chriſtum redundaret, quod in primam veritam nullatenus cadere poteſt. Deinde *Eccleſia eſt co-*

Eccleſ. abſolutè non poteſt errare.

Digitized by Google

lumna & firmamentum veritatis, 1. ad Timoth. 3. 15. quæ proinde errare nequit.

Nugax euaſio Caluini.

12. Commentitia verò hîc eſt euaſio Caluini, hactenus aſſerentis Eccleſiam veritatis columnam, quia cuſtodit Scripturas; ſic enim omnes Librariorum officinæ, potiori iure, columnæ veritatis nominarentur: quum diligentiſſimè in ijs Biblia aſſeruentur.

Spiritus veritatis.

Tertiò, Ioan. 14 & 16. Chriſtus promittit Apoſtolicæ & toti Eccleſiæ, *Spiritum veritatis qui maneat cum ea in æternum, doceatq; eam omnem veritatem.* Nec ſufficit excipere, vel propoſitionem vel allegatas Scripturas intelligi de veritate ad ſalutem neceſſaria; quia Scripturæ loquuntur in genere de veritate, indicantes Spiritum ſanctum, ita docere Eccleſiam, eamque ita eſſe columnam veritatis, vt in nulla re, ipſa erret, credendo aliquid quod ſit falſum: alioqui ſi in ijs quæ non ſunt extremè neceſſaria ad ſalutem, poſſit Eccleſia errare, poſſemus dubitare de omnibus Libris Canonicis, Purgatorio, & alijs multis; ſine quorum cognitione poſſumus ſaluari: neque enim ad horum fidem, actu poſitiuo concipiendam, obligantur fideles, multique antequam Scripturæ ſcriberentur, ſaluati fuerunt.

Patres in quæſtionibus fidei prouocāt ad Eccleſiam.

13. Quartò, idem vno ore omnes docent Patres, qui in fidei quæſtionibus quibuſcunque ad Eccleſiam ſolent prouocare, tanquam ad anchoram veritatis: nullo modo id facturi, ſi vllam, quod ipſa errare poſſit, opinionem habuiſſent. Hinc Auguſt. lib. 1. contra Creſcon. cap. 33. *Scripturarum à nobis tenetur veritas, quum id facimus quod vniuerſæ placuit Eccleſiæ, quam ipſarum Scripturarum commendat auctoritas, vt quoniam ſancta Scriptura fallere non poteſt,*

Scripturarū veritas quādo habeatur.

quiſquis

*iſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, Eccle-
ım de illa conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta
:riptura demonſtrat.* Et Epiſt. 118. *Diſputare contra id
ıod vniuerſa Eccleſia ſentit, inſolentiſſimæ eſt inſania.*
em in Pſal. 57. *In ventre Eccleſiæ veritas manet: Quiſ-
ıis ad hoc ventre Eccleſiæ ſeparatus fuerit, neceſſe eſt, vt
ıſa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quem conceptum
ıater excuſſit.* Eundem ſerm. ad Catech. cap. 20. vo-
at *Matrem veram, piam matrem & caſtam, intrinſecus
ıi viri dignitate ornatam, non forinſecus mendacio fallen-
: turpiter corolatam.* Quæ omnia etiam de Eccleſia
epræſentatiuè non errante, intelligimus; ſi enim
piſcopi omnes poſſent errare, tota ex cōſequen-
ı Eccleſia erraret, nam Popul. tenetur ſequi Paſto-
es, Matthæi 23. 3.

Regula Diuı̀ Auguſt. generalis.

Eccleſia repræſentatiuè adunata errare non poteſt.

4. Vnde quod olim idem Cathol. Aug. Iuliano
'elagiano, lib. 3. cap. 17. contra eundem, per mo-
um iuſti improperij obiecit; idipſum recentibus
Hæreticis, ſignanter Luthero & Caluino, Sanctiſ-
imos Patres, adeoque totam Eccleſiam, antè
nultos annos, næuos dogmatum ſuperſtitioſos
ontraxiſſe, & in varios errores corruiſſe, aſſeren-
ibus, paululum demutatis atque alternatis ver-
ıis, iuſtè obijcere non dubitabo. Aures arrigi-
e Geuzæ omnes Lutherani, Caluiniſtæ, Cata-
ıaptiſtæ.

Hæretic. SS. Patrum conſenſione confoſſus, obſtinatione cæcatur.

5. *Quid ſi,* inquit, *tot Epiſcopos ex Africa nominaſſem,
uot ex aliis partibus orbis nominaui? aut quid ſi in eis ipſis
lares Afri eſſent? Vnus hinc eſt: cæteri aliunde, quorum ab
Driente & Occidente conſenſione confoderis, & tamen tan-
â obſtinatione cæcaris, vt non videas te velle potiùs corrum-
ere antiquum Eccleſiæ decorem, id eſt, antiquam fidem,
anquam Saræ aniculæ pulcherrimæ caſtitatem.*

Si enim per Sanctos Antitiſtes Dei, memorabileſq; Docto-

res,

res, Irenæum, Cyprianum, Retitium, Olympium, Hylarium, Ambroſium, Gregorium, Baſilium, Ioannem, Innocentium, & Hieronymum, [alioſque Roman. fidei conſortes Epiſcopos, Doctores, Sacerdotes, Monachos, iam inde à tempore Phocæ Imperatoris dinumerandos] *conſtuprauerunt* [illatâ vi ſuperſtitionum atque errorum] *Eccleſiam Manichæi* [Papiſtæ:] *dic mi Iuliane* [Luthere, Caluine, Pacimontane] *quæ te* [vos nouellos Reformatores] *peperit? vtrum te* [vos] *caſta, an verò meretrix, in lucem quam deſeruiſti* [deſeruiſtis] *per vterum gratiæ ſpiritalis enixa eſt? An vt dogmata Pelagiana* [nouella & Deformata] *defendas* [defendatis] *Coniugis Chriſti & matris tuæ* [veſtræ] *viſcera inſtinctu nefario, non erroris, ſed furoris, infamas* [infamatis?]

Quæritur an Hæretici à meretrice prognati.

Hæret. matris ſuæ viſcera infamant.

16. Tanti refert aſſerere Eccleſiam abſolutè non poſſe errare, adeò vt quicquid Epiſcopi omnes docent, tanquam ad fidem pertinens, & fideles omnes tenent tanquam de fide; & totum neceſſariò ſit verum & de fide.

Obiectio I.

17. Vulpibus ſimiles & aſtuti ſunt Hæretici Reformati, qui apertiſſimis de viſibilitate Eccleſiæ, Catholicorũ preſſi argumentis, non poſſunt ſucceſſione non interruptâ, Eccleſiam ſuam ad Apoſtolos deducere, quum ab eo tempore nuſquam eorũ viſa ſit congregatio: Ideò ad hoc confugiunt diuerticulum, vt dicant Chriſtum inuiſibilem inſtituiſſe Eccleſiam, in qua ſoli ſint boni, qui ſenſerint eadem cum ipſis: verùm quum pietas eorum lateat, ſeſe etiam ignorare, qui ad illam Eccleſiam pertineant.

Hæretici ſimiles vulpibus.

Quare Hæretici ponant Eccleſiam inuiſibilem.

Dicunt ergo primò, ſcriptum eſt: *Regnum Dei non veniet cum obſeruatione, neque dicunt; Ecce hic, aut ecce illic;* Luc. 17. 21. Ergo Eccleſia, quæ eſt Dei regnũ, non

Digitized by Google

on poteſt videri, minus demonſtrari.

Spongia.

8. Eodem loco datur ſolutio, quando addit: *Ecce enim Regnum Dei intra vos eſt*, vbi retundens vanã Phariſæorum opinionem, quâ exiſtimabant Dei Regnum toties à Chriſto prædicatum, inchoandum cum obſeruatione pompæ mundanæ, externi triumphi, publicæ inaugurationis, & (ad inſtar Principum mundi) certo loco figendæ reſidentiæ Regni, reſpondet ſe eo modo regnaturũ quo iam tum incipiebat, videlicet in cordibus hominum, atque in Eccleſia, cuius vera externa, ac demonſtrabilia membra inter eos erant Apoſtoli atque diſcipuli; quos alio etiam loco Luc. 6. 20. digito mouſtraus, *Beati*, inquit, *pauperes, quoniam veſtrum eſt Regnum Dei*. Q. D. vos ſine externis armis, prælijs, victorijs, eſtis membra Regni, à quo longè abſunt diuites Phariſæi. *Regnũ Chriſti non pompaticum.*

19. Eodem ferè modo exponitur D. Petrus 1. Epiſtol. 2. 5. vbi dicit Eccleſiam eſſe *Domum ſpiritualem*, non videlicet ſecundum ſubſtantiam inuiſibilem, vt eſt angelus, anima, &c. ſed quia ad ſpiritum refertur, vult enim Eccleſiam, non ex lignis aut lapidibus, ſed ex hominibus Deo per gratiam conſecratis, eſſe congregatam. *Eccleſia quomodo domus ſpiritalis.*

Obiectio II.

Non enim acceſſiſtis ad tractabilem montem, & accenſibilem ignem, &c. ſed acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Deo viuentis, Ieruſalem cœleſtem, Hebr. 12. verſ. 18. & 22. Ergo Eccleſia non eſt viſibilis vel tractabilis.

Spongia.

20. Non hîc negatur Eccleſiã, quæ in terris moratur, viſibilem eſſe, ſed Eccleſiam cœleſtem, vt

patet

do, & fortè etiam malè ſentiendo.

Obiectio V.

Tempore Eſaiæ & aliorum veteris Teſtamenti Prophetarum, videtur Eccleſia defeciſſe: Eſai. 2. 3. *Iſrael autem me non cognouit*, & verſ. 6. *A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas*. Ierem. 2. 29. *Omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus*; Pſal. 12. 3. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

Spongia.

24. *Reſp.* I. Etſi tota Eccleſia Iudæorum vel tempore Eliæ, vel alio quouis defeciſſet, non tamen Eccleſiam totam defecturam fuiſſe, quia Synagoga illa non erat vniuerſalis Dei cœtus, ſed particularis duntaxat, extra quem proinde alij plures, Melchiſedech, Iob, Cornelius Centurio, Eunuchus Candacis Reginæ, &c. inueniebantur, iuſti atque fideles. Secundò, mos eſt Scriptur. propter impiorum multitudinem, vti interdum ſigno vniuerſali, licet reuerà tales non ſint omnes. Quod maximè & ſæpiſſimè patet in Dauide, cuius mens nullo modo fuit, aſſerere omnes omnino homines à Deo receſſiſſe; benè autem ex illis qui Diuinam negant prouidentiam, dicentes, *Non eſt Deus*, nullum eſſe qui faciat bonum: paulò tamen poſt, ſignificat aliquos ſuperfuiſſe bonos, quos vocat plebem Dei, inopes, Iacob, Iſrael.

Script. mos.

Obiectio VI.

Hieron. dial. contra Luciferian. *Ingemuit* (inquit) *totus orbis & ſe Arianum eſſe miratus eſt*; ergo, &c.

Spongia.

25. Orbem vocat magnam orbis partem. Deinde Epiſcopi illi Catholici Ariminum conuenientes, & nomen iſtud ὁμοούσιος tollendum cenſentes, mate-

ὁμοούσιος *Ignorantia, materialem*

aterialiter tantùm errabant, neſcientes vim vo-
s Græcæ; vt ſi quis noſtrûm blaſphemam ſen-
:ntiam externâ & ignotâ linguâ proferret, ratus
am eſſe certam orationem. Vnde nec Patres illi
æretici erant, nam ſtatim videntes errorem, eum
œnitentiâ correxerunt.

Obiectio VII.

Omnes Apoſtoli in paſſione Domini, amiſe-
unt fidem, ergo tota aliquando errauit Eccleſia:
'robatur antecedens, Matth. 26. 31. *Omnes vos ſcan-
'a'um patiemini in me in iſta nocte.* Luc. 24. 11. *Et viſa
ūnt ante illos ſicut deliramentum verba iſta* (quæ nimi-
:um de reſurrectione dicebantur:) *& non credide-
'unt illis.* Denique Marci vlt. 14. *Exprobrauit incre-
lulitatem eorum & duritiam cordis, quia iis qui viderant
eum reſurrexiſſe, non crediderunt.*

Spongia.

26. Fateor tardos ad credendũ fuiſſe diſcipulos, & id aliquale eſſe peccatum, ideoque meritò reprehenſos: non tamen fuerunt infideles. Similiter quando capto Chriſto fugerunt, nec tunc quidem fuêre infideles, ſed nimium timendo peccatum commiſerunt. *Apoſt. in Reſurrect. & Paſs. non amiſerunt fidem.*

XVI. QVARE,

De vulgò interdicta S. Scripturæ lectione.

Luther. de ſeruo arbitr. Cal. l. 1. Inſti. c. 7. §. 2. Bręt. Prolego. cōtr. Soto. Illyric. in Claue Scrip. & paſſim Geuzæ, cum Beza Confeſſio fid. pa. 4. ar. 27

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ Populo interdicunt S. Scripturæ facilis captu, & in ſe claræ, Lectionem?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO. QVIA diſertè negamus, Sacras Scripturas eſſe librum cuius per-

 ſpicuum,

ſpicuum, apertum, vel intellectu facilem, vt vobis & veſtris præſumptuosè perſuadetis, etiam mulierculis, eas ſub concionibus lectitantibus & pro ſuo arbitrio exponentibus: eſt verò liber multis myſterijs & difficultatibus plenus, cuius ſcientia ſicut abſque magnis gratiæ & naturæ adiumentis, nequit comparari; ita eiuſdem vernacula lectio Populo promiſcuè non intelligenti, tradita atque permiſſa, occaſionem dedit, pro ſuo ſenſu Scripturas interpretandi & errandi. Quæ omnia & ipſæ Scripturæ euidentes, & Eccleſiæ Doctores, & veſtræ diſſenſiones, adeoque res ipſa & abuſus, magno licet Eccleſiæ damno, confirmant.

Scrip. lectio vernacula, quæ mala dederit.

2. Primò, quia diſcipuli toto triennio, Chriſto Verbo Patris, vſi fuerant Magiſtro, ſemper eius lateri adhæſerant, ſæpe de Morte & Reſurrectione ſua eum prædicantem audierant; Scripturas tamen in Lege, Pſalmis, & Prophetis eò ſpectantes, non capiebant, donec Chriſtus *aperiret illis ſenſum vt intelligerent Scripturas*, Luc. 24.45. hoc eſt, non ſolùm SS. literas exponeret, ſicut paulò ante diſcipulis euntibus in Emaus; ſed etiam Apoſtolis ac diſcipulis, Diuinam quandam ſenſus & mentis apertionem daret.

Diſcipuli Chriſti non capiunt omnes Script.

3. Secundò, D. Petrus 2. Epiſt. 3. 15. *Sicut & chariſſimus*, inquit, *frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus Epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant*; Ergo non omnia D. Pauli teſtimonia cuiuis ſunt obuia, ſed multa intellectu difficilia. Audin' Geuza, audin' Reformate? Nec verò hìc accepto Brentij euaſionem, concedentis, aliquoties nonnullas in S. Scri-

In Epiſt. Pauli quædam difficilia.

ptura

ptura obſcuritates, occurrere imperitis, propter linguæ eius phraſim quâ Scriptores vſi fuerunt; Quia linguæ illius phraſis, cognita fuit legentibus Epiſtolas Pauli, ſuperſtite Petro: nihilominus dicit ille, quod in iſtis quædam difficilia ſunt intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant: certè tu, tuique ſimiles deprauant, licet ſciolâ linguarum peritiâ inſtructi. *Inefficax Brentij euaſio.*

4. Tertiò, Cur quæſo tantum operæ poſuiſſent fideles, ijque linguarum peritiſſimi Doctores, in aſſequenda Scripturarum intelligentia? Cur D. Hieronym. & linguis omnibus inſtructus, & doctrinâ non vulgari præditus, ſæpè tamen hæſit, ſæpè in explanandis Prophetis ſudauit? An non idem, firmamento Eccleſiæ & Theologorum vertici accidit Aurelio, Patri noſtro D Auguſtino, præcipuè quum locum iſtum de peccato in Spiritum Sanctum explicaret. lib. 2. de doctr. Chriſti, cap. 6. vti & alia Script. loca, in quibus ſibi perſæpe non faciebat ſatis?

Sapienter ergo hac de re dixit Hieron. Epiſt. ad Paulinū: *Lex ſpiritualis eſt, & reuelatione opus habet vt intelligatur, ac reuelatâ facie Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus oſtenditur, quem ſi dederis homini ſcienti literas vt legat: reſpondebit tibi, Non poſſum. Signatus eſt enim. Quanti hodie putant ſe noſſe literas, & tenent ſignatum librum, nec aperire poſſunt, niſi ille reſerauerit qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit.* *Reformati Geuzæ hic indigitantur.*

5. Quartò, Si tanta, vti allegatis, eſt claritas Scripturæ, cur tam prolixa, tam diuerſa, ſibique maximè contraria in eam commentaria, Patriarchæ veſtri, Lutherus, Caluinus, Brentius, Beza, &c. ſcripſerunt, adeò vt clariſſimorum horum *Si clara Script. cur tam prolixa & contraria in eã Comment: Hæret. ediSit*

I 2 Chriſti

Chriſti verborũ, *Hoc eſt corpus meum,* Matth. 26.26. diuerſiſſimæ explicationes aſcenderint in Scholis veſtris, ad ducentas, prout Catholici quidam in Germania eas collegerunt?

6. Inter has autem præcipuè numerantur nouem, quæ ſunt, Martin. Buceri, Carolſtadij, Ioan. Langij, Hulderici, Zwinglij, Petri Bohemi, Oecolampadij, Caluini, Campani, & quorundam Caluiniſtarum, qui mirè inter ſe circa horum verborum intelligentiam digladiantur, *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant,* 1. Timoth. 1. 6. quum tamen hæc verba Teſtamenti Chriſti clara eſſe debeant, non inuoluta, non dubia, non æquiuoca, prout natura & conditio Teſtamenti requirit.

7. Quintò, beneuolè quæro, ſi (verbis vtar Archimagiſtri Caluin. lib. 1. Inſtitut. cap. 7. §. 2.) *Non obſcuriorem veritatis ſuæ ſenſum vltro Scriptura præ ſe fert; quàm coloris ſui, rès albæ ac nigræ; ſaporis, ſuaues & amaræ;* ad quid ergo opus particulari ſpiritu, rem in ſe claram reuelante, quem tamen cum eodem Caluin. ſupr. §. 4. plerique veſtrûm requirunt? Quò etiam nihil periculoſiùs, quum vnuſquiſque *arcanum hoc ſpiritus teſtimonium,* Scripturas aperiens, in ſuæ poſſit ſectæ allegare fauorem, & tamen ex diametro, quinimò ad pugnas vſque & mutua ſuſpendia, in Germania, Gallia, Hollandia, Zeelandia, cæteriſq; Prouincijs confœderatis, diſſideatis.

Si Script. clara, cur ſpiritu particulari opus? Periculum Spiritus partic.

8. Abſurdè ergo Alkmarianus quidam Anabaptiſta ab octo circiter Menſibus ad hunc particularem ſpiritum conuolabat: Quum enim Gandaui, anno 1614. in familiarem de Religionis capitalibus momentis, ſermonem mecum incidiſſet, contigit eum ad Pædo-baptiſmum, hoc eſt, infantium

Congreſſus auctoris cum Anabaptiſta.

Digitized by Google

tium baptiſmum, dilabi; quem quum is reprobaret velut inutilem, & non neceſſarium, ego verò neceſſitate medij ad ſalutem prorſus neceſſariū, pro veritate Cathol. aſſererem, adeóque eius rei confirmandæ ergô, locum illum Ioan. 3. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei*, adducerem; reſpondit, per aquam, non aquam elementarem, verùm Chriſti immaculatum ſanguinem intelligendum, in quo cùm infantes omnes etiam in vtero materno, baptizati ti eſſent, non vlteriori opus eſſe aquæ baptiſmo.

9. Cæterùm quum ex varijs textibus Latino, Flandrico, Gallico, & Græco, naturalis, atque elementaris aquæ veritatem, & ex conſequenti, neceſſitatem vrgerem Baptiſmi, nec quò effugeret, ſocius meus haberet, ad hunc ſpiritū particularem prouocauit, dicens; Quicquid ſit de textuum allegatione, Sic meus Spiritus intelligit & intepretatur, videlicet Sanguinem Chriſti per *Aquam.*

Superba & fanatica Anabaptiſtæ reſponſio.

Quem ego! Sed vlterioris colloquij complicatis velis, tam abſurdum hominem dimiſit, abſurdum, inquam, quum baculis potiùs quàm Script. vel rationibus, cum huiuſmodi obſtinatis butubatis iudicem agendum.

10. Sextò, Quis Biblicorum veſtrorum fratrum vel ſororum, profundum illum Pſalm. 64. verſ. 31. *Congregatio Taurorum in vaccis Populorum, vt excludant eos qui probati ſunt argento*, abſque præuio ſtudio & Patrum interpretatione, poſſet intelligere? Dicito enim: qui ſunt hi Tauri? Quæ vaccæ? Quæ illa excluſio? Quid probatio argenti portendit? Ingenuè fateor & fatebor, abſque D.P.N. Auguſtini enodatione, eius intellectum non facilè me aſſecuturum fuiſſe. Iteratò, quis abſque ſtudio capiat

Magnum Circuncisionis Apoſtolũ Paul. Hebr. 7. verſ. 1. 2. & 3. vbi docet Melchiſedech Regem Salem, Dei ſummi Sacerdotem, *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habuiſſe?* An non Angelum fuiſſe quis primò iudicaret obtutu?

Quis ſublimem eiuſdem ad Rom. 3. 3. aſſequatur diſcurſum, quo Iudæorum nec præſentem infidelitatem, nec præterita flagitia, ipſis concrediti eloquij Dei prærogatiuam ſuſtuliſſe, Apoſtolicâ & Theologicâ viâ commonſtrans: *Nunquid incredulitas illorum,* inquit, *fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax. ſicut ſcriptum eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cùm iudicaris. Si autem iniquitas noſtra. iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus qui infert iram? (ſecundum hominem dico.) Abſit.* & cætera plura, quæ ſequuntur, nec Theologi, minus gregarij veſtri biblijſtæ, abſque multo ſtudio, Patrum-ve adminiculo capere valent.

Intentio Reformatorum, Bibliorum lectionem Vulgò concedentium.

11. Scio, ſcio quid intendatis Reformati Geuzæ, dum vulgò vernaculâ linguâ promiſcuè legenda Biblia conceditis: Populo præſentiſſimam pro ſuo ſenſu, Scripturas exponendi, propinatis occaſionem, quâ vnâ nihil pernicioſiùs potuit accidere Eccleſiæ Dei, quum fidei atque animorum ſanctam vnionem licentia iſta ſubuertat, & proximum pullulaſcentibus Hæreſibus ſeminarium ponat; De conſilio indubiè Diaboli, etiam præpoſterè Dei verbum citantis, apud Matth. cap. 4. 6. Quod item aduertit Lutherus, & ſuo calculo probat Poſtill. Domin. 8. poſt Pentec. dicens: *Nulla hæreſis tam mala, aut rudis fuit, quæ ſe Scripturâ iuuare, aut defendere noluerit,* quod vno verbo, lib. de Præſcriptio.

ptio. perſtringens Tertull. *Scriptura*,inquit,*eſt liber Hæreticorum*, videlicet, non per ſe, ſed occaſionaliter.

12. Vnica horum omnium teſtis Superior Germania, ſuo numquàm præſtando damno, didicit abundanter, quam bellum ſenſum ę Scripturis Diuinis,lippi,tonſores Ambubaiæ,cerdones,nouelliquè magiſtelli, per promiſcuam illam elicuerint lectionem, dum certatim ex illa interminatæ, Adamitarum, Steblerorum, Clanculariorum, Communia habentium, Condormientium, Eiulantium, Tropiſtarum, Confeſſioniſtarum, Infernalium, Mannonitarum, Triſacramentalium, Inuiſibilium, Syncretizantium, Amſdorffianorum, Anticaluinianorum, Oſiandrinorum, &c. Hæreſes paucorum annorum interuallo emerſerunt, ſingulis ſua fœda commenta, SS. literarum auctoritate, nitentibus confirmare. *Damna Germania ex promiſcua Scriptura lectione.*

Teſtatur & Hollandia,in qua propter diuerſam in Materia Prædeſtinationis,Scripturæ expoſitionem,hodie Arminiſtæ Gummariſtas,& è contra, cathedris ac templis expellunt,in Concionatores inuolant, quinimò in Hornano diſtrictu, ſeris catenatis & milite Eccleſias muniunt. Quæ cauſa eſt, quod quoties in Hollandiam & Zeelandiam, poſt inducias deſcendi,nunquam niſi duplò in fide Romano-Catholica confirmatior redierim.

Obiectio I.

Scriptura eſt animæ cibus,non ergo eo priuanda eſt ouis Chriſtiana; interdicto lectionis Bibliorum,in quo peccant Papiſtæ.

Spongia.

13. Scriptura eſt animæ cibus,ſed per ora Docto- *Script. quomodo cibet.*

tum ac Paſtorum mandendus; Malach.2. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius*, non ex propria vulgi bucca.

Obiectio II.

Chriſtus gratias agens Patri ſuo, *quia abſcondiſſet hæc à Sapientibus, & prudentibus, & reuelaſſet ea paruulis*, Matth.11.25. non obſcurè ſignificat, ad maiorem iuſtitiæ ac miſericordiæ Diuinæ oſtenſionem, Euangelij autem illuſtriorem commendationem, non minùs eſſe intellectus ſpiritalis ac gratiæ, imperito Populo, quàm in oculis ſuis, prudentibus ac ſapientibus, contra mentem ergo Chriſti, Papales Epiſcopi ſeu Sacerdotes, Populo lectione & interpretatione verbi D. interdicunt, & ad Magiſtrollos Louanienſes nos remittunt.

Spongia.

Qui paruuli dicantur in Script.

14. Admiſſo antecedente, explodo conſequentiam; neque enim per paruulos, indoctum vulgus, ſed humiles, nullaque ſcientiâ inflati intelliguntur, quales erant Apoſtoli, Piſcatores, verè paruuli, humiles, nulloque inanis ſcientiæ typho turgentes: Non tamen indocti, quum toto triennio primam veritatem, omniſque ſcientiæ Magiſtrum audiuiſſent, coluiſſent, ipſumq; Chriſtum mentem interiùs erudientem & illuminantem ſenſiſſent.

Sciola ſuperbia Reformatorum.

Huiuſmodi paruuli non ſunt lippi & tonſores Pſeudo-Reformati, qui paucula aliquot, lacera & non intellecta Scripturæ loca; in piſtrino, textrina, laniena, &c. lectitantes, plus ſe videre exiſtimant quàm tota Academia Pariſienſis, Louanienſis, Duacenſis, Colonienſis; quinimò præ ſe maiores omnes contemnunt, ſuumq; iudicium totius

Orbis

Digitized by Google

Orbis Senatorum, id eſt, venerandæ Patrum Antiquitatis, ſententiæ, anteponunt.

Obiectio III.

Scriptura eſt liber fidelium, ergo, &c.

Spongia.

15. Fateor, eſt: ſed non ab omnibus aperiendus; vnde D. Ambr. eum vocat *librum ſacerdotalem*: Nec ſine cauſa veteris Teſtamenti libri à Sacerdotibus in Templo, firmâ cuſtodiâ aſſeruati olim fuêre, relatore D. Auguſt. lib. 16. de Ciuit. cap. 13. *Script. quomodo liber fidelium.*

Obiectio IIII.

Erunt omnes docibiles Dei. Ioan. 6. 45. Ergo Populo non eſt opus alio Doctore, ſed Deo interiùs docente, licèt cuiuis interno Spiritus teſtimonio niti in exponendis Scripturis.

Spongia.

16. Iteratò nego conſequentiam, neque enim ſignificatur omnium Scripturarum notitiam, abſque vllo Doctore externo, à ſolo Deo Eccleſiæ filijs infundendam; ſed omnes à Deo in nouiſſimis temporibus docendos, omnibus diuinitùs communicatâ ſcientia; quod factum eſt à Christo Deo, per ſe, Apoſt. eorumque ſucceſſores: fit & in dies, quando fidei virtutem per ſe ipſe Chriſtianis infundit. Deinde inſinuatur tam publicam & omnibus manifeſtam fore Orthodoxã fidem, tam conſpicuam Eccleſiam Catholicam, vt ea neminem latere poſſit; ſtatim enim cum lacte infantibus ipſis inſtillandam Dei notitiam, quod 15. ſæculis à Catholicis ſtrenuè præſtitum ſcimus.

Obiectio V.

Scriptura eſt clauis ſcientiæ, ergo nõ debet tolli.

Spongia.

17. Origenes lib. 4. de Princip. cap. 2. meliùs dicit,

interpretationem Eccleſiæ, & donum Prophetiæ, eſſe ipſammet clauem. Scientiæ ex Scriptura hauriendæ. Non autem Scriptura ipſa eſt clauis ſcientiæ, benè tamen ſcientia clauſa. Iam verò vide Reformatorũ tuorum callidam nequitiam: ſub ſpecie enim ouina, concedunt fidelibus ſcripturam, quæ eſt ſcientia clauſa, & tollunt Eccleſiæ interpretationem, quæ eſt ſcientiæ ſpiritualis clauis, vna ex illis clauibus Regni cœlorum, quas Eccleſia in Petro accepit.

Scriptur. eſt ſciẽtia clauſa, ſed interpretatio eſt clauis.

Obiectio VI.

Lectio Scriptur. cõſolationem Spiritus Pop. propinat.

Spongia.

18. Verum eſt, ſed non adæquatè; plura enim alia ſunt, quæ hoc Spiritui ſuggerunt ſolamen, vti expoſitio Scriptur. perſecutio pro Chriſto ſuſcepta, meditatio, pura Sacramentorum, præſertim Euchariſtiæ, delibatio, &c. non ſola & nuda Bibliorum lectio: miſeros alioqui enuntiare cogemur pauperes & idiotas, qui nec Biblia habent, nec Abcdarium nôrunt; Quibus addo, non in ſono externo, ſed vero ſenſu atque intelligentia, Dei conſiſtere verbum.

In quo conſiſtat Dei verbum.

Obiectio VII.

Chriſtus mandat Iudæis; *Scrutamini Scripturas,* Ioan. 5. 39. ergo ſimiliter mandatum eſt Populo Chriſtiano, vt fidei doctrinam ad regulam exigant Scripturæ, & de eius iudicent interpretatione.

Spongia.

19. Ly, *Scrutamini*, & Græcè & Latinè poteſt eſſe Indicatiui & Imperatiui modi, inquit Emanuel Sa; Si indicatiui, vti mauult eruditiſſimus Thomas

Quomodo intelligatur illud Scrutamini Script.

Digitized by Google

mas Stapletonus, ſenſus eſt: vos diligenter inquiritis Scripturas, &c. tamen non vultis credere, quod ibi inuenitis de me: erant verò illi Teſtamenti veteris libri, non Euangelium Chriſti, non Epiſtolæ Pauli, quæ tum temporis necdum ſcripta erant. Si Imperatiui; Reſp. Chriſtum non imperitam plebem, ſed Scribas, Sacerdotes, Leuitas & Phariſæos, ibi fuiſſe allocutum, penes quos vti clauis erat ſcientiæ; ita eoſdem veteris Teſtamenti libros examinare conſueuiſſe, grauis quidam iſque doctus auctor ſcribit; Sed & Herodes innuit, dum Matth. 2. Scribas congregat, ſciſcitans ab eis, vbi Chriſtus naſceretur.

Obiectio VIII.

Act. 17. 11. commendantur Beroënſes; *Quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent*, nimirum quæ à D. Paulo & Sila aſſerebantur; malè ergo Papiſtæ prohibent, vulgò lectionem & interpretationem Scripturæ, maximè vernaculâ linguâ editæ.

Spongia.

20. Scrutentur Beroënſes Scripturas poſt prædicationem D. Pauli, non quaſi dubij de verbo eius, ſed diligenter attenti, num nouis doctrinis, maioribus ſuis inauditis, Scripturas intorqueret: quum enim Chriſto necdum nomen dediſſent, non tenebantur fidem adhibere D. Pauli dictis, niſi vel miraculis, vel ſcripturalibus argumentis credibilia oſtenderentur. Secùs faciunt hodie Reformati, qui nouas Scripturæ comminiſcuntur interpretationes, ex diametro Eccleſiæ vetuſtati repugnãtes, vt nouitia & prioribus ſeculis iampridem damnata dogmata introducant. *Falſitas Reformatorum.*

XVII.

Digitized by Google

XVII. QVARE,

De adulterinis Reformatorum Biblijs.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Pontificij damnant Biblia noſtra Reformata?

ROMANO-CATHOLICVS.

Ioan. Vvigãdus lib. de bonis & malis Germaniæ, Brent Kemnitius Centuriatores & paſſim Geuzæ.

Hæretici dãnant mutua Biblia ſua.

1. RESPONDEO & reciprocè quærizo: quare & vos mutua biblia damnatis? Lutherus enim Zwinglianam, Zwinglius Lutheranã, Beza Caſtalionis, Caſtalio Bezæ, Henricus Octau. priorem ſuam, quam vt Eccleſiæ Anglicanæ caput, ediderat, damnat tranſlationem; & nouam auctoritate Parlamenti ratam facit atque promulgat, teſte Caluino-turciſmo lib. 4. cap. 7. Si id liceat Rabbinis veſtris, & fratribus non in Chriſto, cur non & meritò nobis Catholicis, à quibus veram atque authenticam verſionem proauus veſter Mart. Lutherus accepit, ſed corrupit, ſed mutilauit, ſed adulterauit, & vos cum illo, Patrem filij ſecuti? Tantum abeſt, vt reformaueritis.

Hæretici mutilant Canonem Script.

2. Quæ enim Reformatio, ex Sacrorum Canone librorum, tollere Tobiam, Iudith, Sapientiam, Eccleſiaſt. & Machabæorum volumina ſacra, quæ tamen receperunt vetuſtiſſima Concilia Carthaginen. Florent. & Trident. Innocent. 1. Epiſt. ad Exuper. Gelaſius in Concilio 700. Epiſcoporum, denique Patres paſſim, qui citant hoſce libros, vt Scripturam diuinam? de quibus fuſiùs Sixtus Senen. lib. 8 Bibliothecæ ſanctæ.

Audacia Lutheranorum.

3. Quæ audacia Lutheranorum, eradere Epiſt. D. Iacobi, quam ſtramineam vocant? eam tamen recipiunt

Digitized by Google

recipiunt Caluiniſtæ. Quæ dementia in dubium reuocare Epiſt. D. Petri ſecundam 1. & 2. Ioannis, Iudæ, & Apocalypſin? Quum ſimiliter poſtrema hæc, ſub nomine D. Ioannis Apoſtoli, citetur ab omnibus penè Patribus Græcis atq; Latinis, quibus nec Lutherani, nec Centuriatores, nec miſellulus literio Eraſmus Rotterod. digni ſunt, qui ſoluant corrigiam calceamenti.

4. Quod ſacrilegium, verſui illi D. Pauli, Roman. 3. 22. *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum*, Reformatos Biblijſtas falsò adijcere, *Solam*, quaſi per ſolam fidem, excluſis bonis operibus, nobis obtingat iuſtitia Chriſtiana? Quæ temeritas Zvvinglianorum Tigurinorum, dum loca illa Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. & 1. Corinth. 11. *Hoc eſt corpus meum: & hic eſt ſanguis meus*, ſic Germanicè vertunt: Das bedeudet meinen Leib: & Das bedeudet mein Blut: id eſt: *Hoc ſignificat ſanguinem meum.* Ob quas & ſimiles verbi Diuini conſtruprationes, Geuzica Biblia Romano-Catholici non fuerunt: ſoli verò adhærent tanquam authenticæ editioni, Latinæ vulgatæ, ab erroribus tamen Librariorum repurgatæ.

Sacrilega peruerſitas Geuzarum & Zvvinglianorum.

5. Abſit, abſit, vt vos imitemur, qui ad fidelium ſeductionem, millena & adulterina Bibliorum exemplaria, nomine Cathol. Typographorū impreſſa (quò faciliùs hac praxi venum irent) quaquauerſum diſperſiſtis à paucis annis, vnde recens adhuc huius ſceleris memoria, quod in vobis non miror inueniri, quia teſte D. P. N. Auguſt. lib. 4. de Symbol. cap. 10. *Quacumque congregatio cuiuſlibet Hæreſis* (ergo ex conſequenti Lutheranæ, Caluinianæ, & ex his mixtæ, Geuziæ) *Concubina eſt*; adde, &

Reformatorū cœtus eſt meretrix & cōcubina.

Digitized by Google

& Meretrix, quæ neſcit erubeſcere. Ierem. 3.3.

Peſſima verſio Lutheri. 6. Vertit aliquando Lutherus nouum Teſtamentum Germanicè, ſed peſſimâ fide, multis ex prima & authentica noſtra editione, demptis, additis, immutatis: quæ verſio, dici non poteſt, quàm fuerint vulgò pernicioſa & ſtultæ factionis cauſa; nam etiam fœminæ quædam hinc tantos ſibi ſpiritus aſſumpsêre, vt quibuſcumque contemptis Theologis, quæ tacere debebant, non dubitârint, contra D. Pauli prohibitionem, publicè concionari. *Fœminæ Lutheranæ concionantur.* Vah temerarium Lutheri Cacangelion: cuius lectione, quum Principes aliquot Germaniæ Catholici, viderent vulgus in diuerſas hæreſes, & quidem bonis moribus, adeoque honeſtati politiæ humanæ, aduerſantes, abripi, propoſitis edictis, omnibus ſubditis ſuis, eius lectione interdixerunt.

Luther. mutat 1. ſuam verſionem. 7. Quid fit? exacto triennio, rurſum primam verſionem ſuam ipſemet Lutherus pleriſque in locis ita mutat, vt ex ſolo D. Matthæi Euangelio, quoſdam 36. loca annotâſſe, aſſerat Laurentius Surius in Chronic. Hieronymus Emſerus vir pius & doctus, vt toti mundo, Lutheranæ deprauationis indicia conſtarent, nouum Teſtamentum, poſt Lutherum, Germanicè trãſtulit, & ad marginem, plurima loca perperam à Luthero conuerſa, adſcripſit. Memini & ego in probato quodam auctore legiſſe, pluſquam 800. deprauationis errores, in Biblijs Lutheri à Catholicis fuiſſe animaduerſos; *800. errores in verſione Lutheri.* quam illius dementationem & fanaticum contradictionis ſpiritum, neſcio an inter cæteras cauſas, adſcribere debeam Saxonicæ cereuiſiæ, mouendo cerebro, ſi nimium quis biberit, valdè idoneæ *Violentia Cereuiſiæ Saxonicæ.*

8. Lu-

8. Lutherum verò largiori potui impensè addictum fuiſſe, menſale hoc eius canticum, ex Henrico Rebenſtok, Martini quondam diſcipulo deſumptum, demonſtrat: *Ego Mart. Lutherus vix vllam conſolationem ex morte & Reſurrectione Chriſti capere poſſum; Bonis autem corporalibus, vt edere & bibere, optimè poſſum.* Inde forſan tot fumi & craſſi ſpiritus, qui cerebrum turbant, immo obruunt, faciuntq; nihil ferè ſobriè, ſolidè, conſtanter, & ſcientificè ab eo, eiuſque congerronibus, dici vel ſcribi; vnicus reſtat argumenti Reformatorum

Lutheri potui addicti Apophtegma.

Puluiſculus.

Olim à quibuſdam Patribus dubitatum fuit de nonnullis S. Scripturæ libris, vt de libr. Iudith, Tob. Sapient. Epiſt. ad Hebr. 2. D. Petri, Iudæ, &c. Ergo & nunc citra hæreſeos crimen, de ijſdem licitum eſt dubitare.

Spongia.

9. Sequela eſt nulla; etſi enim aliquando de vera Chriſti Reſurrectione dubitauerit Thomas, non tamen neceſſariò de ea ſemper debuit dubitare. Ratio eſt, quia etſi nullus ſit S. Paginæ liber, qui non auctoritate & traditione Apoſtolicâ ſit vallatus, tamen ea initio naſcentis Eccleſiæ, fuit obſcurior; donec paulatim Spiritu S. Eccleſiam ſuam, prouidè ac ſuauiter gubernante, Epiſcopos verò clariùs illuminante, apud omnes prorſus Catholicos, abſque vlla formidine de oppoſito, illi de quibus aliquando dubitatum fuit, libri, auctoritatem Diuinam, in ordine ad nos, ſeu receptionem noſtram, ſibi vendicârunt: vnde licèt Eccleſia numquam pro fidei dogmate receperit, quod antè reiecerat, vel non eſſe credendum docuerat (illud enim Hæreticorum vertigini eſt proprium)

Omnes ſcript. in ſe fuerunt ſemper Canonica; non in ordine ad nos.

proprium) aliquando tamen aliquid credit explicatiùs, quod prius crediderat duntaxat in genere atque obſcuriùs. Nec mirum, quum nec Iudæi ipſi omnes Script. habuerint ſimul, & Prophetæ diuerſis temporibus, pro diuerſarum recurrentia occaſionum, Dei verbum eructârint. Non tamen ſequitur poſtquàm & hæ, & illæ Script. ſemel ab vniuerſa Eccleſia, canonicè fuerint acceptæ, licitum eſſe de ijſdem poſtmodum dubitare: de quo plura in *Anatomia Chriſtiani Deformati*, quæſt. 2. procemial. in Epiſt. D. Iudæ.

Iudæi non habuerunt omnes Script. ſimul.

LOCA E QVIBVS DEPREHENdantur Biblia Adulterina.

I.

10. Geneſ. 37. 35. *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.*

Adulterina legunt: *Deſcendam ad filium meum lugens* [in ſepulchrum.]

II.

Matth. 6. 13. *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.*

Adulterina legunt, & addunt: *Sed libera nos à malo*: Flandricè; Want uwe is dat Rijcke/ die cracht ende die heerlijckheyt inder eeuwicheyt/ Amen: Senſus eſt: Tuum enim eſt imperium, fortitudo & maieſtas in ſæcula, Amen.

III.

Luc. 11. 4. *Et nè nos inducas in tentationem.*

Adulterina addunt, quod non habetur eo loco, ſcilicet; *Sed libera nos à malo.*

IIII.

11. Actor. 15. 41. *Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta*

Digitized by Google

cepta Apoſtolorum & Seniorum.

Adulterina demunt totum illud: *Præcipiens cuſtodire præcepta Apoſt. & Seniorum.*

Rom.3. 22. *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, &c.*

Adulterina adijciunt: *Iuſtitia autem Dei per* [ſolam] *fidem Ieſu Chriſti in omnes, &c.*

VI.

2.ad Theſſal. 2.14. *Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, &c.*

Adulterina tollunt Ly, *Tenete traditiones.*

VII.

12.Iacob.5.14. *Infirmatur quis in vobis? Inducat preſbyteros Eccleſiæ.*

Adulterina inuertunt, infirmatur, &c. inducat, &c. Flandricè: Die onderlinghen der ghemeynten: Hoc eſt: inducat ſeniores communitatis.

VIII.

2.Petri 1.10. *Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.*

Adulterina omittunt illud [*per bona opera*] & ſic Flandricè legunt: Waerom lieue Broeders / doet des te meer neerſtichept om u roepinghe ende verkieſinghe vaſt te maecken. Reformati enim delicatuli, ſunt oſores bonorum operum ac meritorum: Ex hiſce autem & ſimilibus alijs quibuſdam locis, velut notis & characteribus, Bibliorum falſitas poterit demonſtrari ac vitari.

rum ac Paſtorum mandendus; Malach.2. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius*, non ex propria vulgi bucca.

Obiectio II.

Chriſtus gratias agens Patri ſuo, *quia abſcondiſſet hæc à Sapientibus, & prudentibus, & reuelaſſet ea paruulis*, Matth.11.25. non obſcurè ſignificat, ad maiorem iuſtitiæ ac miſericordiæ Diuinæ oſtenſionem, Euangelij autem illuſtriorem commendationem, non minùs eſſe intellectus ſpiritalis ac gratiæ, imperito Populo, quàm in oculis ſuis, prudentibus ac ſapientibus, contra mentem ergo Chriſti, Papales Epiſcopi ſeu Sacerdotes, Populo lectione & interpretatione verbi D. interdicunt, & ad Magiſtrollos Louanienſes nos remittunt.

Spongia.

Qui paruuli dicantur in Script.

14. Admiſſo antecedente, explodo conſequentiam; neque enim per paruulos, indoctum vulgus, ſed humiles, nullaque ſcientiâ inflati intelliguntur, quales erant Apoſtoli, Piſcatores, verè paruuli, humiles, nulloque inanis ſcientiæ typho turgentes: Non tamen indocti, quum toto triennio primam veritatem, omniſque ſcientiæ Magiſtrum audiuiſſent, coluiſſent, ipſumq; Chriſtum mentem interiùs erudientem & illuminantem ſenſiſſent.

Sciola ſuperbia Reformatorum.

Huiuſmodi paruuli non ſunt lippi & tonſores Pſeudo-Reformati, qui paucula aliquot, lacera & non intellecta Scripturæ loca; in piſtrino, textrina, laniena, &c. lectitantes, plus ſe videre exiſtimant quàm tota Academia Pariſienſis, Louanienſis, Duacenſis, Colonienſis; quinimò præ ſe maiores omnes contemnunt, ſuumq; iudicium totius

Orbis

Orbis Senatorum, id eſt, venerandæ Patrum Antiquitatis, ſententiæ, anteponunt.

Obiectio III.

Scriptura eſt liber fidelium, ergo, &c.

Spongia.

15. Fateor, eſt: ſed non ab omnibus aperiendus; vnde D. Ambr. eum vocat *librum ſacerdotalem*: Nec ſine cauſa veteris Teſtamenti libri à Sacerdotibus in Templo, firmâ cuſtodiâ aſſeruati olim fuêre, relatore D. Auguſt. lib. 16. de Ciuit. cap. 13. *Script. quomodo liber fidelium.*

Obiectio IIII.

Erunt omnes docibiles Dei. Ioan. 6. 45. Ergo Populo non eſt opus alio Doctore, ſed Deo interiùs docente, licèt cuiuis interno Spiritus teſtimonio niti in exponendis Scripturis.

Spongia.

16. Iteratò nego conſequentiam, neque enim ſignificatur omnium Scripturarum notitiam, abſque vllo Doctore externo, à ſolo Deo Eccleſiæ filijs infundendam; ſed omnes à Deo in nouiſſimis temporibus docendos, omnibus diuinitùs communicatâ ſcientia; quod factum eſt à Chriſto Deo, per ſe, Apoſt. eorumque ſucceſſores: fit & in dies, quando fidei virtutem per ſe ipſe Chriſtianis infundit. Deinde inſinuatur tam publicam & omnibus manifeſtam fore Orthodoxã fidem, tam conſpicuam Eccleſiam Catholicam, vt ea neminem latere poſſit; ſtatim enim cum lacte infantibus ipſis inſtillandam Dei notitiam, quod 15. ſæculis à Catholicis ſtrenuè præſtitum ſcimus.

Obiectio V.

Scriptura eſt clauis ſcientiæ, ergo nõ debet tolli.

Spongia.

17. Origenes lib. 4. de Princip. cap. 2. meliùs dicit;

interpretationem Eccleſiæ, & donum Prophetiæ, eſſe ipſammet clauem. Scientiæ ex Scriptura hauriendæ. Non autem Scriptura ipſa eſt clauis ſcientiæ, benè tamen ſcientia clauſa. Iam verò vide Reformatorũ tuorum callidam nequitiam: ſub ſpecie enim ouina, concedunt fidelibus ſcripturam, quæ eſt ſcientia clauſa, & tollunt Eccleſiæ interpretationem, quæ eſt ſcientiæ ſpiritualis clauis, vna ex illis clauibus Regni cœlorum, quas Eccleſia in Petro accepit.

Scriptur. eſt ſciẽtia clauſa, ſed interpretatio eſt clauis.

Obiectio VI.

Lectio Scriptur. conſolationem Spiritus Pop. propinat.

Spongia.

18. Verum eſt, ſed non adæquatè; plura enim alia ſunt, quæ hoc Spiritui ſuggerunt ſolamen, vti expoſitio Scriptur. perſecutio pro Chriſto ſuſcepta, meditatio, pura Sacramentorum, præſertim Euchariſtiæ, delibatio, &c. non ſola & nuda Bibliorum lectio: miſeros alioqui enuntiare cogemur pauperes & idiotas, qui nec Biblia habent, nec Abcdatium nôrunt; Quibus addo, non in ſono externo, ſed vero ſenſu atque intelligentia, Dei conſiſtere verbum.

In quo conſiſtat Dei verbum.

Obiectio VII.

Chriſtus mandat Iudæis, *Scrutamini Scripturas,* Ioan. 5. 39. ergo ſimiliter mandatum eſt Populo Chriſtiano, vt fidei doctrinam ad regulam exigant Scripturæ, & de eius iudicent interpretatione.

Spongia.

19. Ly, *Scrutamini*, & Græcè & Latinè poteſt eſſe Indicatiui & Imperatiui modi, inquit Emanuel Sa; Si indicatiui, vti mauult eruditiſſimus Thomas

Quomodo intelligatur illud Scrutamini Script.

Digitized by Google

mas Stapletonus, ſenſus eſt: vos diligenter inquiritis Scripturas, &c. tamen non vultis credere, quod ibi inuenitis de me: erant verò illi Teſtamenti veteris libri, non Euangelium Chriſti, non Epiſtolæ Pauli, quæ tum temporis necdum ſcripta erant. Si Imperatiui; Reſp. Chriſtum non imperitam plebem, ſed Scribas, Sacerdotes, Leuitas & Phariſæos, ibi fuiſſe allocutum, penes quos vti clauis erat ſcientiæ; ita eoſdem veteris Teſtamenti libros examinare conſueuiſſe, grauis quidam iſque doctus auctor ſcribit; Sed & Herodes innuit, dum Matth. 2. Scribas congregat, ſciſcitans ab eis, vbi Chriſtus naſceretur.

Obiectio VIII.

Act. 17. 11. commendantur Beroënſes; *Quotidie ſcrutantes Scripturas, ſi hæc ita ſe haberent*, nimirum quæ à D. Paulo & Sila aſſerebantur; malè ergo Papiſtæ prohibent, vulgò lectionem & interpretationem Scripturæ, maximè vernaculâ linguâ editæ.

Spongia.

20. Scrutentur Beroënſes Scripturas poſt prædicationem D. Pauli, non quaſi dubij de verbo eius, ſed diligenter attenti, num nouis doctrinis, maioribus ſuis inauditis, Scripturas intorqueret: quum enim Chriſto necdum nomen dediſſent, non tenebantur fidem adhibere D. Pauli dictis, niſi vel miraculis, vel ſcripturalibus argumentis credibilia oſtenderentur. Secùs faciunt hodie Reformati, qui nouas Scripturæ comminiſcuntur interpretationes, ex diametro Eccleſiæ vetuſtati repugnãtes, vt nouitia & prioribus ſeculis iampridem damnata dogmata introducant. *Falſitas Reformatorum.*

XVII.

Digitized by Google

XVII. QVARE,

De adulterinis Reformatorum Biblijs.

Ioan. Vvigãdus lib. de bonis & malis Germaniæ, Brent Kemnitius Centuriatores & paſſim Geuzæ.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Pontificij damnant Biblia noſtra Reformata?

ROMANO-CATHOLICVS.

Hæretici dãnant mutua Biblia ſua.

1. RESPONDEO & reciprocè quærizo: quare & vos mutua biblia damnatis? Lutherus enim Zwinglianam, Zwinglius Lutheranã, Beza Caſtalionis, Caſtalio Bezæ, Henricus Octau. priorem ſuam, quam vt Eccleſiæ Anglicanæ caput, ediderat, damnat tranſlationem; & nouam auctoritate Parlamenti ratam facit atque promulgat, teſte Caluino-turciſmo lib. 4. cap. 7. Si id liceat Rabbinis veſtris; & fratribus non in Chriſto, cur non & meritò nobis Catholicis, à quibus veram atque authenticam verſionem proauus veſter Mart. Lutherus accepit, ſed corrupit, ſed mutilauit, ſed adulterauit, & vos cum illo, Patrem filij ſecuti? Tantum abeſt, vt reformaueritis.

Hæretici mutilant Canonem Script.

2. Quæ enim Reformatio, ex Sacrorum Canone librorum, tollere Tobiam, Iudith, Sapientiam, Eccleſiaſt. & Machabæorum volumina ſacra, quæ tamen receperunt vetuſtiſſima Concilia Carthaginen. Florent. & Trident. Innocent. 1. Epiſt. ad Exuper. Gelaſius in Concilio 700. Epiſcoporum, denique Patres paſſim, qui citant hoſce libros, vt Scripturam diuinam? de quibus fuſiùs Sixtus Senen. lib. 8 Bibliothecæ ſanctæ.

Audacia Lutheranorum.

3. Quæ audacia Lutheranorum, eradere Epiſt. D. Iacobi, quam ſtramineam vocant? eam tamen recipiunt

recipiunt Caluiniſtæ. Quæ dementia in dubium reuocare Epiſt. D. Petri ſecundam 1. & 2. Ioannis, Iudæ, & Apocalypſin? Quum ſimiliter poſtrema hæc, ſub nomine D. Ioannis Apoſtoli, citetur ab omnibus penè Patribus Græcis atq; Latinis, quibus nec Lutherani, nec Centuriatores, nec miſellulus literio Eraſmus Rotterod. digni ſunt, qui ſoluant corrigiam calceamenti.

4. Quod ſacrilegium, verſui illi D. Pauli, Roman. 3. 22. *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum*, Reformatos Biblijſtas falsò adijcere, *Solam*, quaſi per ſolam fidem, excluſis bonis operibus, nobis obtingat iuſtitia Chriſtiana? Quæ temeritas Zvvinglianorum Tigurinorum, dum loca illa Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. & 1. Corinth. 11. *Hoc eſt corpus meum: & hic eſt ſanguis meus*, ſic Germanicè vertunt: Das bedeudet meinen Leib: & Das bedeudet mein Blut: id eſt: *Hoc ſignificat ſanguinem meum.* Ob quas & ſimiles verbi Diuini conſtruprationes, Geuzica Biblia Romano-Catholici non fuerunt: ſoli verò adhærent tanquam authenticæ editioni, Latinæ vulgatæ, ab erroribus tamen Librariorum repurgatæ.

Sacrilega peruerſitas Geuzarum & Zvvinglianorum.

5. Abſit, abſit, vt vos imitemur, qui ad fidelium ſeductionem, millena & adulterina Bibliorum exemplaria, nomine Cathol. Typographorũ impreſſa (quò faciliùs hac praxi venum irent) quaquauerſum diſperſiſtis à paucis annis, vnde recens adhuc huius ſceleris memoria, quod in vobis non miror inueniri, quia teſte D. P. N. Auguſt. lib. 4. de Symbol. cap. 10. *Quæcumque congregatio cuiuſlibet Hæreſis* (ergo ex conſequenti Lutheranæ, Caluinianæ, & ex his mixtæ, Geuziæ) *Concubina eſt*; adde, &

Reformatorũ cœtus eſt meretrix & concubina.

& Meretrix, quæ neſcit erubeſcere, Ierem. 3.3.

Peſſima verſio Lutheri. 6. Vertit aliquando Lutherus nouum Teſtamentum Germanicè, ſed peſſimâ fide, multis ex prima & authentica noſtra editione, demptis, additis, immutatis: quæ verſio, dici non poteſt, quàm fuerint vulgò pernicioſa & ſtultæ factionis cauſa; nam etiam fœminæ quædam hinc tantos ſibi ſpiritus aſſumpsêre, vt quibuſcumque contemptis Theologis, quæ tacere debebant, non dubitârint, contra D. Pauli prohibitionem publicè concionari. Vah temerarium Lutheri Cacangelion: cuius lectione, quum Principes aliquot Germaniæ Catholici, viderent vulgus in diuerſas hæreſes, & quidem bonis moribus, adeoque honeſtati politiæ humanæ, aduerſantes, abripi, propoſitis edictis, omnibus ſubditis ſuis, eius lectione interdixerunt.

Fœminæ Lutheranæ concionantur.

Luther. mutat 1. ſuam verſionem. 7. Quid fit? exacto triennio, rurſum primam verſionem ſuam ipſemet Lutherus pleriſque in locis ita mutat, vt ex ſolo D. Matthæi Euangelio, quoſdam 36. loca annotâſſe, aſſerat Laurentius Surius in Chronic. Hieronymus Emſerus vir pius & doctus, vt toti mundo, Lutheranæ deprauationis indicia conſtarent, nouum Teſtamentum, poſt Lutherum, Germanicè tráſtulit, & ad marginem, plurima loca perperam à Luthero conuerſa, adſcripſit. Memini & ego in probato quodam auctore legiſſe, pluſquam 800. deprauationis errores, in Biblijs Lutheri à Catholicis fuiſſe animaduerſos; quam illius dementationem & fanaticum contradictionis ſpiritum, neſcio an inter cæteras cauſas, adſcribere debeam Saxonicæ cereuiſiæ, mouendo cerebro, ſi nimium quis biberit, valdè idoneæ

800. errores in verſione Lutheri.

Violentia Cereuiſiæ Saxonicæ.

8. Lu-

8. Lutherum verò largiori potui impensè addictum fuiſſe, menſale hoc eius canticum, ex Henrico Rebenſtok, Martini quondam diſcipulo deſumptum, demonſtrat: *Ego Mart. Lutherus vix vllam conſolationem ex morte & Reſurrectione Chriſti capere poſſum; Bonis autem corporalibus, vt edere & bibere, optimè poſſum.* Inde forſan tot fumi & craſſi ſpiritus, qui cerebrum turbant, immo obruunt, faciuntq; nihil ferè ſobriè, ſolidè, conſtanter, & ſcientificè ab eo, eiuſque congerronibus, dici vel ſcribi; vnicus reſtat argumenti Reformatorum

Lutheri potui addicti Apophtegma.

Puluiſculus.

Olim à quibuſdam Patribus dubitatum fuit de nonnullis S. Scripturæ libris, vt de libr. Iudith, Tob. Sapient. Epiſt. ad Hebr. 2. D. Petri, Iudæ, &c. Ergo & nunc citra hæreſeos crimen, de iiſdem licitum eſt dubitare.

Spongia.

9. Sequela eſt nulla; etſi enim aliquando de vera Chriſti Reſurrectione dubitauerit Thomas, non tamen neceſſariò de ea ſemper debuit dubitare. Ratio eſt, quia etſi nullus ſit S. Paginæ liber, qui non auctoritate & traditione Apoſtolicâ ſit vallatus, tamen ea initio naſcentis Eccleſiæ, fuit obſcurior; donec paulatim Spiritu S. Eccleſiam ſuam, prouidè ac ſuauiter gubernante, Epiſcopos verò clariùs illuminante, apud omnes prorſus Catholicos, abſque vlla formidine de oppoſito, illi de quibus aliquando dubitatum fuit, libri, auctoritatem Diuinam, in ordine ad nos, ſeu receptionem noſtram, ſibi vendicârunt: vnde licèt Eccleſia numquam pro fidei dogmate receperit, quod antè reiecerat, vel non eſſe credendum docuerat (illud enim Hæreticorum vertigini eſt proprium)

Omnes ſcript. in ſe fuerunt ſemper Canonica; non in ordine ad nos.

cepta Apoſtolorum & Seniorum.

Adulterina demunt totum illud: *Præcipiens cuſtodire præcepta Apoſt. & Seniorum.*

Rom.3. 22. *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, &c.*

Adulterina adijciunt: *Iuſtitia autem Dei per* [ſolam] *fidem Ieſu Chriſti in omnes, &c.*

VI.

2.ad Theſſal. 2.14. *Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, &c.*

Adulterina tollunt Ly, *Tenete traditiones.*

VII.

12.Iacob.5.14. *Infirmatur quis in vobis? Inducat preſbyteros Eccleſiæ.*

Adulterina inuertunt, infirmatur, &c. inducat, &c. Flandricè: **Die ouderlinghen der ghemeynten:** Hoc eſt: inducat ſeniores communitatis.

VIII.

2.Petri 1.10. *Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.*

Adulterina omittunt illud [*per bona opera*] & ſic Flandricè legunt: **Waerom lieue Broeders / doet des te meer neerſtichept om u roepinghe ende verkieſinghe vaſt te maecken.** Reformati enim delicatuli, ſunt oſores bonorum operum ac meritorum: Ex hiſce autem & ſimilibus alijs quibuſdam locis, velut notis & characteribus, Bibliorum falſitas poterit demonſtrari ac vitari.

XVIII. QVARE,

De Traditionibus neceſſariò admittendis.

Calu.lib.4. Inſtit.cap.8. §.8. Brent. in Prolegom. Kemnit.in exam.Conc. Trid. & paſſim Geuzæ.

GEVZA REFORMATVS.

Quare ita ſunt ſimplices Romanenſes, vt credant aliqua quæ expreſſè non habentur in Scriptura, quæ Traditiones ipſi vocant?

ROMANO-CATHOLICVS.

Cal. requirit vt præceptam manuum impoſitionem, quæ non eſt in Script.

1. RESPONDEO I. & ad hominem quæro; cur ergo Archirabbi veſter Caluin.lib.4. Inſtitut. cap.3. §.19. in miniſtrorum ordinatione, tanquam præceptam requirit manuum impoſitionis cærimoniam, quum tamen de eius præcepto nullum extet in Scripturis teſtimonium, vel ipſomet his verbis cõteſtante: *Licet autem nullum*, inquit, *extet præceptum de manuum impoſitione: quia tamen fuiſſe in perpetuo vſu Apoſtolis videamus, illa tam accurata eorum obſeruatio, præcepti vice nobis eſſe debet?* Sola ergo hìc ſuffragari traditio debet. Vide iam contradictionis ſpiritum in Caluino.

RESPONDEO II.

Traditiones ſunt acceptandæ vt viuum Euangelium.

2. QVIA non ſolùm ea quæ diſertè continentur in Script. verumetiam multæ traditiones, quæ à Chriſto Domino vel Apoſtolis immediatè profluxerunt, tanquam viuum quoddam (ait Staniſl. Hoſius in Prolego.contr.Brentium) Euangelium, neceſſariò ſunt retinendæ: quicquid obganniant Reformati cum ſuo confœderato Eraſmo Rotterod. Epiſt. in Hilar.

Probatur

Digitized by Google

Probatur primò, quia ex Script. conſtat, Chriſtum & Apoſtolos multa tradidiſſe, etſi ſcripta non ſint. Ioan. 16. Chriſtus ait: *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.* Vbi ſignificat multa alia Apoſtolis neceſſariò eſſe cognoſcenda, quæ tum proculdubio eis patefecit, quando per dies 40. apparens eis, locutus eſt de regno Dei ſiue de Eccleſiæ, ſeu Regni gratiæ gubernatione: at non eſt dubium quin Apoſtoli ea tradiderint Eccleſiæ, nam propter eam, hæc ipſis à Domino communicata fuerunt: non tamen ea vllibi in Scriptur. ſunt expreſſa: hæc autem Traditiones vocantur.

3. Secundò, Cur ergo Paulus Theſſalon. cap. 2. Epiſt. 2. 14. dicit: *State & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram,* id eſt, Doctrinam vobis traditam, ſiue per viuæ vocis prædicationem, ſiue per Epiſtolã vobis ſcriptam? Quem locum venerabiles Patres Baſil. lib. de Spiritu. S. Chryſoſt. Oecumen. Theoph. & alij allegant, tanquam conuincentem aliquas traditiones neceſſariò recipiendas, licet alioqui expreſsè in Script. non reperiantur. *Ego illud,* (inquit, Auguſt. Epiſt. 174.) *quod iam dixeram, repetiui, ita fieri poſſe, vt etiam Homouſion, neque ſcriptum in Sanctis paginis inueniatur, & tamen dictum in aſſertione fidei defendatur, ſicut Patrem in illis libris, nuſquam ingenitum legimus, & tamen dicendum eſſe defenditur, &c.*

Multi fidei articuli ſolâ Traditione, non Script. docentur.

4. Eodem argumento præueniens Maximum Arianum contra Maxim. lib. 3. cap. 3. *Da,* ait, *teſtimonia, vbi adoratur Spiritus ſanctus, quaſi non ex ijs, quæ legimus, aliqua etiam quæ non legimus, intelligamus. Sed ne quærere multa compellar: Tu vbi legiſti Patrem, Deum ingenitum vel innatũ, & tamen verum eſt?* Sic paſſionem

Domini, Reſurrectionem, in cœlos aſcenſionem, ſic Spiritus ſancti aduentum, anniuerſariâ ſolemnitate celebrari; Sic fontem Baptiſmi, ſic oleum S. vnctionis benedici, ſic paruulos baptizandos ter vngi, exorcizari atque exſufflari, ſic calicem aquâ in ſacrificio miſceri, ſic hæreticos non eſſe rebaptizandos, ſic Symbolum Apoſtolorum, ſic materiam, ſic formas pleraſque Sacramentorum, ſola demonſtrat Dominica vel Apoſtolica Traditio, vt paſſim noſter Auguſtinus Catholicus.

5. Tertiò, vbi ſcriptum eſt, diem Sabbathi, hoc ſtatu noui Teſtamenti, tranſlatam in Dominicam? Vbi Deiparā ſemper fuiſſe Virginem? vbi paruulos debere baptizari? vbi legitis ſorores veſtras Biblicas, cœnam Domini poſſe frequentare? vbi quatuor duntaxat eſſe Matthæi, Marci, Lucæ, & D. Ioan. Euangelia, non quinque, non ſeptem, non Nicodemi, non Thomæ, non Thaddæi? Hæc tamen obſeruatis, hæc creditis, hiſce adhæretis, abſque diſerta Scripturæ ſolâ traditione cōtenti: velint nolint Biblijſtæ veſtri, in S. Pagina nuſquam hæc poſſunt demonſtrare.

Argumentū fortè pro aſſertio. Traditionum.

6: Dicite ſodes, quo argumento nitimini, dum vnam Scripturam acceptatis vt Canonicam, aliam exploditis vt apocrypham? vel dum Caluiniani Conſiſtorij veſtri frater quiſpiam, hæreticum quempiam, v. g. Martinum Lutherum, Præfatio. in nouum Teſtamentū, D. Iacobi Epiſtolam tanquam Apocrypham, à Canone, falsò proſcribentem, refutare decreuit; quo eum argumento conuincet? Non Scripturâ, quippe quæ in propria cauſa iudicem agere nequit; nec proprij etiam Spiritus reuelatione, quam omnes pro Paradoxi ſui confirmatione, obtrudere poſſunt. Ad ſolam

ergo

ergo ipſi confugiendum eſt traditionem, cum D. Auguſt. de Tempore ſerm. 191. *Nouum* (ait) *& vetus Teſtamentum recipimus in illo librorum numero, quem S. Eccleſiæ Catholicæ tradit auctoritas.* Et alibi de Ciuit. Dei, lib. 15. cap. 23. *Omittamus igitur earum ſcripturarum fabulas, quæ Apochrypha nuncupantur, eò quod earum occulta origo non claruit Patribus, à quibus vſque ad nos auctoritas verarum Scripturarum, certiſſimâ & notiſſimâ ſucceſſione peruênit.*

Scriptura ſolâ traditione Eccleſ. habetur.

7. Quartò, Eccleſia ab initio mundi vſque ad Moyſen, bis mille & vltrà, annis ſubſtitit abſque Scriptura, ſolâ, fulta traditione doctrinæ fidei, rituum Sacrificij, &c. Proinde nihil mirum, ſi dicamus etiam recipiendas eſſe traditiones, cùm certas, tum neceſſarias.

Eccleſia diu fuit ſine Script.

Quintò, in nouo Teſtamento Chriſtus nihil ſcripſit, ſcribive iuſſit, benè autem dicit Marci 16. 15. *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, non verò, ſcribite: Salus quippe dependet à Dei verbo ipſo, non modo, qui eſt Scriptur. Reuelatio, Prophetia, Traditio, &c. Iren. lib. 3. cap. 4. ſcribit, quaſdam nationes, ſuo tempore fidem quidem habuiſſe, nondum tamen Scripturas.

Chriſtus nihil ſcripſit, vel ſcribi iuſſit.

8. Poſtremò, vt ad hominem argumenter, ſi omnia ſint incerta, quæ diſertis Scripturæ verbis nõ expreſſa, ſolâ verò traditione tenentur; ergo & hoc ipſum incertum, quod Reformati veſtri affirmãt, videlicet Traditiones reijciendas, ſolas verò Scripturas recipiendas, quum nuſquam id in Scriptura reperiatur, at in ſola Phantaſia veſtra, capite nullo, regiſtretur.

Argumentũ ad hominem poſt Tradit.

Scio, ſcio, quis vos calceus premat, dum ita cõtra SS. vociferamini Traditiones, quia ijs proſcriptis, facilè torquetis Scripturas, in præpoſteros

Cur Reformati oderint Traditiones.

veſtriſque figmentis accommodos ſenſus; non ſic Traditiones,è quibus veritas clariùs pateſcit,nec eæ huic veſtræ ſubiacent,ſiniſtræ interpretationis corruptelæ.Vt mirum ſit,Primipilũ veſtrum Ioan. Caluinum, Chriſtianarum Traditionũ inimicum capitalem,Iudaicas tamen recipere & approbare; commentans enim in Pſal. 104. §.18. *Certes*, dit-il, *beaucoup de choſes ont eſté delaiſſees aux Iuifs, comme de main en main, deſquelles il n'eſt fait aucune mention aux Eſcritures*. Senſus eſt, Multa apud Iudæos remanſerunt ſuccedaneâ Traditione, quorũ nulla in Scripturis fit mentio. Quod mihi argumento eſt ipſum libenter Iudaizare.

Cal damnat Traditiones Chriſtianas, ſed acceptat Iudaicas. Calu. libentius Iudaizat.

9. Viuant ergo,viuant Catholicorum venerandæ Traditiones,quas ſi ſuſtuleris, neſcio quo medio ipſa Scriptura ad manus tuas ſit deuoluta, & quomodo tibi conſtet à partu Virgineo effluxiſſe 1618.annos,quod nuſquam Scriptur.docet. Hæc maſtica diligenter, & meliùs ſapies.

Obiectio I.

Deuter. 12. 32. ait Dominus: *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas*,ergo ſuperfluæ ſunt Traditiones.

Spongia.

10. Si hoc argumentum quicquam valeret, nec Prophetæ, nec Apoſtoli quicquam poſt Moyſem ſcribere debuiſſent: quæ enim Prophetæ ſcripſerunt,non continentur in Moyſe,nec quæ Apoſtoli & Euangeliſtæ in veteri Teſtamento,niſi generatim & implicitè, ſicut etiam Traditiones continentur in Script.quando Luc.10.16. Chriſtus ait: *Qui vos audit, me audit*.

Quomodo nihil adden-

Senſus ergo eſt: nihil addendum repugnans aut alienum ab ijs quæ præcepta ſunt in Scriptur.

Quo-

Quomodo etiam explicatur illud D. Pauli ad Galat. 1.8. *Licet nos aut Angelus de cœlo Euangelizaret vobis, præterquam quod Euangelizamus vobis, anathema ſit,* nam ly, *Præter*, idem eſt, quod contra; alioqui D. Paulus ſibi ipſi, qui multa poſtea addit, & D. Ioanni Euangeliſtæ, qui Apocalypſin & Euangelium ſuum poſtea Eccleſiæ propoſuit, diceret anathema: quod abſurdum.

dum legi, vel minuendū.

11. Dicunt commodiùs alij, Paulum non loqui de ijs quæ ſcripſerat, ſed de ijs quæ ſine ſcripto tradiderat, & præter hæc vetat aliquid Euangelizare. Vnde hoc argumentum non eſt ad rem.

Obiectio II.

Scriptura eſt regula credendi, ergo omnia debet continere quæ ſunt credenda.

Spongia.

Fateor, eſt regula credendi, ſed non adæquata; adæquata autem eſt, verbum Dei, ſiue ſcriptum, ſiue traditum.

Script. eſt regula credēdi inadæquata.

XIX. QVARE,

De Certitudine ſpei Chriſtianæ.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. art. 10. & 11. Calu. lib. 3. Inſtit. cap. 2. §. 16. & alij huius temporis hæret.

Quare vos Papiſtæ negatis Spei noſtræ certitudinem, quum ſcriptum ſit, Spes non confundit. Rom. 5. 5.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO & quæro; quam ſolidam ac certam ſpem vos, prætensè Reformati, figetis in communi Saluatore Chriſto, ſi maiorum veſtrorum doctrinalibus Principijs inſiſtentes, aſſeratis, ipſum, dum deſcendit ad inferos, tam horribili cruciatu atque anxietate conſcientiæ, re-

Pſeudo-Reformati conuincuntur, non poſſe verè ſperare in Chriſto.

putantis ſibi Deum iratum, fuiſſe perculſum, vt vel deſperauerit æternam ſalutem, ſicut certò deſperant damnati, vel certè ita horruerit ac timuerit iacturam æternæ animæ ſalutis, ac ſi certò deſperata eſſet, & Deus Pater in filij perniciem ipſe conſpiraſſet, vti claris terminis id docent Caluin. lib.2. Inſtit. cap.16. §.11. & 12. Brentius 2.part. Homiliar. ſuper Lucam Homil. 54 & 65. Schmidelinus in concione Tubingæ impreſſa Anno 1559. & in Reſponſ. ad ſcriptum Alberti Sperlingi, de controuerſ. vbiquitatis? Per hunc ſiquidem conſcientiæ horribilem cruciatum & anxietatem, ſentiunt Chriſtum pro nobis imprimis ſatisfeciſſe, id eſt, pro pœna damnationis, quam merebamur.

Chriſtus Reformatus deſperauit.

2. Iterum quid ſpei concipietis de Deo, quem idem Pſeudo Apoſtolicus magiſter veſter Caluin. lib.3. Inſtit. cap.21. §.5. conſtituens peccati auctorem, dicit, *plurimos homines ad æternam damnationem condidiſſe, ac* (ſine præuiſo peccato) *præordinaſſe; Quos verò ita damnationi,* (ait lib.3. Inſtit. c.21. §.7.) *Deus addicit, his quidem iuſto & irreprehenſibili, ſed incomprehenſibili ipſius iudicio, vitæ aditum præcludere?* Quibus verbis ſi peccator adijciat fidem, non video quid ſolidè ſperare poſſit; promptè autem deſperare poterit.

Reformati non poſſunt ſolidè in Deo ſperare.

RESPONDEO ET DICO II.

Qvia hactenus ſpes Chriſtiana non dicitur certa, quod certò teneamur credere nos eſſe ſaluandos, vti fuſiùs id refutauimus ſup. Quare 3. & 4. tanquam falſiſſimum & peſtifero veneno delibutum Paradoxon.

RESPONDEO

Digitized by Google

RESPONDEO ET DICO III.

3. POntificij ponunt certam ac firmam ſpem Chriſtianam, QVIA ex parte eius in quo ſperamus, certiſſima eſt; hoc eſt certiſſimum eſt ex parte Dei, nihil nobis defuturum ad obtinendum id quod ſperamus. Spes itaque dicitur certa, quia certiſſimo nititur fundamento, videlicet Diuinâ promiſſione, & auxilio, quibus certiſſimè ducimur ad ſalutem, ſi pro debito & poſſe noſtro fuerimus cooperati: quæ expoſitio deſumitur ex Cõcil. Trident. ſeſs. 6. cap. 13. vbi ſic ait: *De perſeuerantia munere, &c. nemo ſibi certi aliquid abſolutâ certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio, firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent.* Vbi ſupponit in noſtra poteſtate eſſe, vt non deſimus, ſeu vt ei cooperemur ſicut oportet, alioqui nihil diceret, perinde enim eſt ad ſalutem, ſiue careas Diuino auxilio, ſiue non habeas in poteſtate tua cooperari Diuino auxilio iam habito, ſicut oportet; Vnde ſi verè & propriè non eſſet in noſtra poteſtate ſemper cooperari Diuino auxilio, non magis in eo ſpem collocare poſſemus, quàm ſi eo careremus.

Quomodo ſpes ſit certa.

4. Hoc clamant omnes Script. nimirum in Deo eſſe ſperandum, quia ipſe eſt omnipotens, & fidelis in promiſſis, Pſalm. 144. 13. *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis, &c.* Quantum videlicet eſt, ex parte ſua: Deinde ſequitur verſ. 14. *Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos.* 15. *Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das, &c.* Pſalm. 145. 5. *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit iudicium, &c.* Et Eccli. 2. 11.

Spes eſt certa ex parte Dei.

Nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt, quia Deus ex parte ſua ſemper adiuuit: ita vt certitudo ſpei noſtræ in hoc conſiſtat, quod certum ſit ex parte Dei nos ſaluandos, id eſt, ex parte Dei nihil auxilij ad ſalutem neceſſarij, nobis defuturum. Et ſic intelligitur illud: *Spes autem non confundit.*

Quomodo certitudo participatiuè reperiatur in potentia.

5. Quomodo verò propriè loquendo certitudo eſſentialiter in cognoſcente potentia ſolùm reperiatur, ſed participatiuè & per modum redundantiæ, etiam attribuatur actibus & habitibus potentiæ appetitiuæ, quatenus nimirum attingunt obiectum aliquod infallibiliter ſub illa ratione, quâ propoſitum eſt à potentia cognoſcente: ideoque Spes illa duntaxat ratione, per ſe loquendo, ſit certa, quâ per iudicium fidei, Beatitudo (quam attingit) verè proponitur vt poſſibilis omnibus ad cõſequendum, quantum eſt ex parte Dei, totum id Theologis Romano-Catholicis duco hac vice relinquendum; ſubtilius enim eſt quam vt à Reformati alicuius impotentiori, nec ſolidâ Theologiâ vel Philoſophiâ inſtructo cerebello, apprehendatur.

XX. QVARE,

De precibus publicis & priuatis Latinè recitandis.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. lib. de form. miſſãdi. Cal. lib. 3. Inſtit. cap. 20. § 33. & paſſim Geuza.

Quare Pontificij in Miſſæ Sacrificio, Sacramentorum adminiſtratione, Horarum Canonicarum (quas Reformator noſter Lutherus, lib. de form. miſſandi, vocat ſimulatum Dei cultum) ſolemni decantatione, alijſq; precibus cum publicis, tum priuatis, non vtuntur linguâ vernaculâ, quæ capitur à vulgò, ſed Latinâ duntaxat.

ROMANO

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro ad hominem, quare ergo miniſtri veſtri Gallici, in precibus à ſe editis, addiderunt in fine, *Amen*; & in forma Baptiſmi ſui dicunt, *Ie te Baptize*, quorum prius Hebraicum, poſterius Græcum, vix miniſtri intelligunt, multò minus ſimplex populus? Quare D. Paulus in ſua Epiſtol. ad Rom. edita Græcè, cap. 9. verſ. 29. retinuit, & non vertit Hebr. vocem, *Sabaoth*? Rurſum ſi confœderati miniſtri veſtri Galli, Poloni, Germani, Angli, Hiberni, Hungari, Belgæ, Concilium aliquod Generale vellent indicere, quomodo inter eos conueniret, quomodo conferrent, quomodo ſeſe mutuò caperent in difficultatũ deciſione, ſi non linguâ aliquâ communi, maximè Latinâ vterentur; niſi forſan pluſquam Barbarorum & Babyloniorum hominum conceſſeris fore ſynagogam?

Miniſtri Reformati retinent voces Hebr. & Græcas.

RESPONDEO ET DICO II.

2. QVIA ſic expedit & eſt neceſſe in Occidente, vt publicâ officia Diuina, non vernaculâ, at Latinâ duntaxat linguâ perſoluantur.

Expediens & neceſſarius eſt linguæ Latinæ vſus in Sacris.

Primò, quia hic orandi modus à tota Eccleſia probatur, contra cuius vniuerſalem praxim velle diſputare, *inſolentiſſima eſt inſania*, teſte D. Auguſtin. Epiſt. 118. ad Ianuarium; vnde ab eo quod ita piè ab Orthod. fidei noſtræ diſſeminatoribus eſt inſtitutum, non ita leuiter eſt recedendum.

Axioma Cathol. Auguſtini.

Secundò propter ingenium Pop. ad nouitates & hæreſes propenſi, dum ex Script. lecta, at non intellecta, ſumere ſolet occaſionem in doctrina fidei, ac præceptis morum, errandi, ridendi, ſiniſtreque

ſtreque interpretandi ea quæ Religioſè ſunt inſtituta.

3. Tertiò, demus Prophetas, Pſalmos, & alia, quæ in Eccleſijs leguntur, linguâ maternâ edi, nõ tamen poterit populus eorũ aſſequi ſenſum: nos enim Latinè ſcientes, propter obſcuritatem Scriptur. non continuò ea intelligimus, niſi Sanctos Patres, & commentatores conſulamus.

Finis Eccleſiaſtici cãtus. Quartò, non eſt neceſſe vt vulgus intelligat quicquid in Eccleſia canitur, vel celebratur; Eccleſiaſticus enim cantus, non ad Populum intelligentiâ verborum inſtruendum; at ſuaui harmoniâ maieſtateque ſolennis actionis ad Dei cultum excitandum, eſt inſtitutus, teſte D. Auguſtin. lib. 10. Confeſs. cap. 33.

4. Quintò, alioqui Sacrorum miniſtri ex aliena natione ad nos allabentes, propter latinæ linguæ ignorantiam, vel in S. Miſſæ officio, vel publicis orationibus, à functionibus ſuis prohiberentur, & inter ſe difformes eſſent.

Verba Sacramentorum ſunt certa. Sextò, verba Sacramentorum certa ſunt, & eodem modo ab omnibus proferri debent, quod facilè ſeruabitur, ſi eâdem linguâ omnes, difficulter, ſi diuerſis vtantur.

Poſtremò ne pueri & rudiores homines, ſacra verba ad iocos, & res ludicras, præter omnem reuerentiam accommodarent, ſicut ſcimus olim aliquando factitatum, & hodie factitari.

RESPONDEO ET DICO III.

Preces priuatæ non intellectæ ſunt Deo gratæ. 5. QVIA Deo gratæ ſunt, & virtutem impetrandi habent preces priuatim, & quouis idiomate fuſæ, licet ab orante non intellectæ. Ratio eſt, quia Deus & Sancti nullum non capiunt idioma

idioma quo preces eiaculamur; vt patet in turba populari ac pueris Matth.21.9. *Oſanna Filio Dauid*, cantantibus; quæ verba nec turba pueri capiebãt, & tamen Chriſtus vti puerorum factum laudat; ita turbæ voces non redarguit. Vnde Origen. homil.20.in Ioſue: *Si vides aliquando legi ſcripturas in auribus tuis quas non intelligis, interim hanc primum ſcias te accepiſſe vtilitatem, quod ſolo auditu, velut præcantatione quâdam, noxiarum virtutum quæ te obſident, & quæ tibi inſidiantur, virus depellitur.* *Virtus ſcript. non intellectarum.*

6. Falſum proinde eſt quod in Catechiſ.ait Cal. quod *precari Deum incognitâ linguâ, ſit irriſio & hypocriſis peruerſa*, quis enim ſanæ mentis compos, eum habet hypocritam, qui linguâ ſibi incognitâ, ſupplicem offert libellum, Regi iſtius linguæ perito, & quotidianum vſum habenti? Nec verò ſemetipſum riſu dignum iudicaſſet Caluinus, ſi pœnam mortis commiſſæ Sodomiæ debitam, exoraturus, Heluetio vel Italico principi aut magiſtratui ſupplicem libellum obtruſiſſet, linguâ Heluetiâ vel Italicâ, ipſi quidem, non tamen iudicibus illis incognitâ, exaratum. *Abſurditas dicti Calu.* *Optimè pro Caluino.*

7. Coronidis loco notandum, quod ſicut in Occidentalis Eccleſiæ templis, ſemper fuit vſus linguæ Latinæ, quæ non vernacula, ſed communis eſt; Ita Græcis in ſuis Eccleſijs, Græcâ, & Syris, Chaldaicâ liceat vti; ſed alia ſit Græca & Chaldaica vulgaris, alia communis, quâ non plebs in ſuis congreſſibus, ſed docti tantùm inter ſe vtuntur, & Sacerdotes in ſacris: nuſquam enim per vniſum orbem in Templis, Populi cuiuſquam vernaculæ linguæ vſus retinetur, ſed eius duntaxat, quæ toti illi Eccleſiæ eſt communis; nobis Latinæ, Græcis, Græcæ: vt erudite annotat Robert. *Diſtinctio linguæ vulgaris & cõmunis.*

Bellarm.

Digitized by Google

Bellarm. tract. de Sacram. in genere, lib. 2. cap. 31. in fine.

XXI. QVARE,

De Angelica Salutatione, Aue Maria.

Cal. in Harmon. Euang. & Geuza paſſim in Belgio.

GEVZA REFORMATVS.

Quomodo ſimplices Romanenſes exiſtimant ſe orare, quando recitant ſalutationem Angelicam, Aue Maria, &c.

ROMANO-CATHOLICVS.

Oratio conſtat gratiarũ actione & precatione.

1. RESPONDEO ET DICO. QVIA nullam ineptitudinem committunt Romanenſes vel Catholici, dum hac ſalutatione Angelicâ vtuntur tanquam verâ oratione & formulâ inuocationis. Ratio eſt, quia oratio duabus conſtat partibus, gratiarum actione & precatione; atqui duæ iſtæ, in hac ſalutatione reperiuntur, vera proinde eſt oratio, nullâ ineptitudine vel ſuperſtitione affecta.

Maior propoſitio patet, quia multi Pſalmi Dauidici, ſolas gratiarum actiones continentes, inter orationes tamen Eccleſiaſticas, vel ipſorum etiam Pſalmiſticorũ veſtrorum fratrum iudicio, computantur. Sic Paulus & Silas Act. 16. 25. *media nocte orantes laudabant Deum.* Precationem verò in oratione includi per ſe patet.

Angelica ſalutatio eſt Incarnationis commemoratio.

2. Minor probatur, primò, quia dum in ea maximum Redemptionis noſtræ, per Incarnatum Dei filium, beneficium commemoramus, per modum gratiarum actionis oratio abſolutè cenſeri debet.

Secundò

Secundò eſt etiam hîc precatio implicita, per modum inſinuationis, qualis erat illa leproſi ad Chriſtum, *Domine ſi vis, potes me mundare,* Matth. 8. 2. vnde tacitæ illi orationi annuens Chriſtus, reſpondet, *volo, mundare.* Conſimili modo, dum hanc ſalutationem recitamus, implicitè vt noſtri curam habeat, Deiparam precamur.

Tertiò, formalem & expreſſam precationem atque inuocationem in fine Salutationis, Eccleſia adiungit, dicens: *Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ, Amen.* Vera igitur eſt oratio, ad Deiparam Virginem directa Angelica ſalutatio, quicquid obganniant Mariæ maſtiges Lutherani & Caluiniani. *Angel. ſalutatio eſt implicita oratio.*

Puluiſculus Hæret. I.

3. Si Angelica Salutatio à Catholicis aſſumpta, eſt inuocatio; ergo dum Angelus Deiparam ſalutauit, eam inuocauit.

Spongia.

Abſurdiſſima tua eſt ſequela, licet enim eam ſalutauerit, non tamen oráſſe conuincitur, quum eadem actio ex diuerſa intentione & fine, diuerſum ſortiatur nomen, ac rationem, iuxta Axioma Philoſoph. *Actus accipit ſpeciem ab obiecto.* Sic vnus dat eleemoſynam vt proximo ſuccurrat, alius vt decipiat; prior eſt actus meritorius, alius demeritorius. Sic in Euangelio D. Petrus confitetur Chriſtum eſſe Dei filium & laudatur: cõfitentur & dæmones coacti, ſed tacere iubentur. *Angelus Deiparam ſalutauit, non orauit.*

Puluiſculus II.

Papiſtæ vſurpant alienũ Angeli officium, dum Deiparam ſalutant, ergo malè, &c.

Spongia.

4. Nego hanc alieni officij vſurpationem à Ce- *Non ſoli Gabrieli Deus ſalutationẽ iſtã iniunxit.*

rebro

rebro Calu. inueniam: vt enim taceam D. Athanaſ. in Euang. de Deipara, expreſsè ſcribere, *Omnes cæleſtis Hierarchiæ ſpiritus, ſplendidiſſimum hunc & capaciſſimum hymnum, inceſſanter in cælo canere*; vnde conſtat non ſoli Gabrieli hanc ſalutationem à Deo iniunctam; Certè ſi quis ad Deum laudandum, hoc Angelorum, Chriſto nato, pſallentium, Canticum, *Gloria in excelſis Deo*, aſſumeret, non alienum officium vſurparet, ſed Angelicas laudes imitaretur; Ita & hic.

Puluiſculus III.

Deipara & Sancti nobis Spiritu ſunt præſentes.

Deipara virgo eſt abſens, quomodo ergo eam abſque magici exorciſmi næuo inuocabis.

Spongia.

5. Abſentem B. Virginem non ſalutamus nec inuocamus, ſed nobis & precibus noſtris maximè præſentem, videlicet ſpiritu: Si enim animæ Sanctorum, *erunt ſicut Angeli Dei in cælo*, Matth. 22. 30. & Angeli noſtra cognoſcãt (alioqui circa nos ſua miniſteria exercere non poſſent) reſtat & Sanctos noſtras actiones, vel in Verbo, vel per peculiarem, extra verbum, reuelationem, cognoſcere & nobis ſpiritu adeſſe, quum certo loco de ijs dicat D. P. N. Auguſtinus, *De ſua ſalute ſecuri, de noſtra ſunt ſolliciti.*

Sancti de nobis ſunt ſolliciti.

XXII. QVARE,

De Roſarijs ſeu Coronis ex ſacris globulis contextis.

GEVZA REFORMATVS.

Calu. lib. 3. inſtit. cap. 20 §. 29. & Geuzæ in Belgio.

Quare toties Papiſtæ in Roſariis ſuis idem inutiliter repetunt, continuò dicentes, Aue Maria, &c. Aue Maria, Aue Maria?

ROMANO

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO & quæro; Cur Dauid Rex & propheta, à Deo proculdubio illuminatus, in eodem Pſalm. 135. eâdem preculâ, QVONIAM IN ÆTERNVM MISERICORDIA EIVS, vicies ſepties eſt vſus? Profectò ſi is non errauit, ſed benè fecit ita orando, nec nos meritò ſuperſtitionis incuſamur, ſi in eadem Roſarij prece, ſalutationem Angelicam ſæpius repetamus, quod probo à paritate rationis. Certè hoc argumentum ſicut hauſi ab eruditiſſimo P. M. Thoma Stapletono Magiſtro noſtro, dum quondam in Alma vniuerſitate Louanienſi, Pſalmi illius commentariũ publicè dictaret: ita à me nuper, ſciolo cuidam Caluiniſtæ Zeelando, in itinere Mechlinienſi (quando huiuſmodi quarizationes recurſare ſolent) pro Roſarij, quod oppugnabat, confirmatione obiectum, hominem elinguem reddidit atque confuſum. Mentiar ſi ſecus ſe res habeat.

Dauid in eodem Pſal. vicies ſepties idem repetit.

2. An non & Saluator Chriſtus Matth. 26. in horto, paſſioni proximus, tribus vicibus eandem orationem repetiuit, dicens: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte?* vnde ait Euangeliſta ibidem verſ. 44. *Orauit tertiò eundem ſermonem dicens.* Pari modo Chriſtum alioſque ſanctos, eiuſdem ſupplicationis verba ſæpiùs ingeminantes, malumus imitari, dum Saluationem Angelicam, in gratam Incarnati filij Dei recordationem, & benedictæ Matris eius laudem, iteramus, quam vobiſcum turpiter errare, & omni deuotionis feruore, ſicut frigidæ eſtis Salamandræ, deſtitui.

Chriſtus eandem orationem ter orauit.

3. Conſtat verò crebriori hac eiuſdem orationis repetitione, animum excitari, atque ad cœle-

Quid acquiramus eiuſdẽ

oratio repetitione.

ſtium rerum deſideria inflammari, quò frequenti & importunâ hac efflagitatione pulſantibus, tandem diuiniſſimæ benignitatis ianua nobis aperiatur.

Scōma Calu. contr. Roſarium.

Pudeat ergo, pudeat Pſeudo-Patriarcham veſtrum Caluinum Sacrilegi ſcommatis, quo antiquiſſimam Roſarij precationem, lib.3. Inſtit. cap. 20. ſect.29. Proſcindens, dicit iteratam eiuſdem orationis repetitionem à Catholicis vſurpatam, eſſe *Battologiam & multiloquium prohibitum à Chriſto Domino, & garrulitatem illudentem Deo.*

Caluiniſtæ inuidi honoris Dei, & Diuorum.

At hæc potiùs Caluini garrulitas, non impiè tantùm illudit Eccleſiæ, quæ iampridem illam orandi rationem approbat, & tenet; ſed ipſi etiam Deo, qui multis & prodigioſis modis, ſibi hunc orandi modum gratum eſſe oſtendit; tam inuidi ſunt honoris Dei & Diuorum, Reformati, ſignantur Caluiniſtæ.

Puluiſculus Geuzius.

4. *Orantes nolite multum loqui*, ait Seruator Matth. 6.7. Quorsū ergo ingeminatio illa, *Aue Maria, &c.* Aue Maria, Aue Maria, &c?

Spongia.

Hæretici diaboli imitatores.

Ethnicorum in oratione multiloquiū.

Diabolum Matth. 4. verſ.6.& 7. citantem truncum Script. locum, imitaris; Taces enim quod immediatè ſequitur; *Sicut Ethnici faciunt:* in quo ſuperſtitioſam eorum obſeruantiam taxat; quippe qui putabant orationem ſuam à Dijs non exaudiri, niſi ſuperfluis & clamoſis verbis rem agerent, adeoq; quo plus loquuntur, ſiue affectus adſit, ſiue non, eò citiùs ſe exaudiendos: Quare Græcè eſt, μὴ βατταλογήσητε, id eſt, ne futili verborum profuſione vtamini; vnde non reprehendit orationis prolixitatem, ſed eam eoque modo inſtituendam,

tuendam, quo à Gentilibus fiebat, qui *in multiloquio*, id eſt, ob multiloquium, quaſique Deus melius intelligat plura loquentes, ſeſe putabant exaudiendos: *Scit enim Pater veſter quid opus ſit vobis*, adeoque non verbis ad eum multis vt ipſum doceatis quid velitis, eſt opus, ſed affectu.

5. Conſonat huic noſtræ expoſitioni Illuſtriſs. S.R.E. Cardinalis Cæſar Baronius, Annal. tom. 1. Anno Chriſti 32. num. 14. vbi aduertit Euangeliſtæ textum non habere πολυλογίαν, ſed βαττολογίαν, quod non ſimpliciter multiloquium, ſed inanem ſermonem demonſtrat, ſiue ſecundum Gregor. Nyſs. lib. de orat. linguæ volubilitatem & varium ſermonem. Quæ in Roſarij precationem non cadunt. *Βαττολογία quid ſit.*

XXIII. QVARE,

De oratione in Templis potiùs quàm extra ea fundenda.

GEVZA REFORMATVS.

Quare potiùs in ſuperſtitioſè inunctis; gemmis, auro, argentoq́ phaleratis Eccleſiis, quam in omni loco, orandum eſſe Pontificij docent? *Hæretici & Geuzæ omnes.*

ROMANO CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA Eccleſiæ Chriſtianorum, non ſolùm ad verbi Diuini & Sacramentorũ diſpenſationem ſunt inſtitutæ, ſed etiam & quidem potiſſimùm, ad Sacrificij incruenti, ac precum oblationem, adeò vt ſanctiùs in Templo, quàm extra, colatur Deus. *Eccleſiæ primariò ſunt inſtituta ad Sacrif. & orationem.*

Primò de Sacrificio patet, quia nullus ferè veterum de Eccleſijs Chriſtianorum loquens, alio

 vtitur

Quid ſit tẽplum, quid Altare.

vtitur vocabulo, quàm Templi & Altaris, vnde ad Sacrificium primò ſunt inſtitutæ; Quid enim aliud eſt Templum, quàm locus altaris? quid Altare, omnium Gentium opinione indigitat, præter Sacrificij ritum?

2. Meminit Altaris D. Paulus dicens: *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ Dæmoniorum,* 1.Corinth.10.21.vbi Apoſtolus menſam Euchariſticam opponit menſæ Dæmoniorum,quæ quum eſſet verum altare, conſequens eſt, & menſam Chriſtianam tale eſſe. Accedit quod immediatè antè vtatur verbo *Immolationis Gentilium*, & quæ non fit vero Deo.

Menſa Domini & dæmoniorum.

3. Quæ omnia ſonant vera Sacrificia & Altaria; prohibet enim ne Chriſtiani bibant libamina,vel manducent cibos in templis & Aris idolorũ immolatos, quum ille cultus non poſſit conſiſtere cum cultu Chriſtiano, vbi Calix & Altare Chriſti ſuum habent Sacrificium, quod non vult eſſe ſocium Dæmoniorum, id eſt, habere partem cum ſacrificijs idolotitijs.

Meminit Sacrificiorum, Templorum, Sacerdotij noui Teſtam. D.Auguſt. lib.8. de Ciuit.cap. vltim. D.Ambroſ.lib. 2. Offic.cap.21. alijque plures.

Eccleſiæ primò inſtituũtur ad orationem.

4. Secundò, principaliùs ad orationem quàm doctrinam inſtitutas Eccleſias eſſe, conuincitur elogio Chriſti, Luc.19.46. *Domus mea domus* ORATIONIS *eſt*; non dixit, Prædicationis. Vnde & Apoſtoli orationem doctrinæ præferentes. *Nos orationi,* aiunt, *& miniſterio verbi inſtantes erimus,* Act.6.4. Sic *Petrus & Ioannes aſcendebant in Templum ad horam orationis nonam.* Act.3.1.

Tertiò, cæteris paribus Deum faciliùs in Eccleſia

cleſia, quàm in domo priuata, piorum preces exaudire, concludunt plurium fratrum coniunctæ orationes, Chriſti Mediatoris in Diuiniſſimo Altaris Sacramento, præſentia. Item quia minor ibi ad vexandũ & nocendum eſt Diaboli virtus: quia publicè in Eccleſia, orationes ex obedientia & præcepto Eccleſiæ procedunt, quæ omnia non ita quadrant in domeſticas preces.

5. Vnde Chryſoſt. homil. 3. *O frigidam excuſationem quam à compluribus reddi audio! Orare vel domi poſſumus, dicunt: ſed homiliam doctrinamq́ audire non niſi in Eccleſia poſſumus. Te, homo, decipis, & magno in errore verſaris: nam etſi & domi quoque orandi datur facultas, tamen fieri non poteſt, vt domi tam benè ores quàm in Eccleſia, vbi tot Patres, vbi clamor felici ſocietate excitus, ad Deum immortalem referatur.* Et paulò poſt: *Homines habent ſibi tempus* (Sacrificij Miſſæ) *idoneum, habent ſacram oblationem in fauore.*

RESPONDEO ET DICO II.

6. QVIA templa noſtra primariò in Dei, ſecundariò, in Sanctorum honorem, erecta, conſecrantur & ornantur abſque vlla rituum ſuperſtitione atque ornatus inutilitate. *Templorum conſecratio & ornatus.*

Prima pars probatur, quia ſi Salomonis Templum erectum fuit non ſolùm ad ſacrificia & orationes offerenda, verumetiam ad honeſtam Arcæ Domini conſeruationem, vt nimirum eſſet domus, *in qua* (vouente Dauide 1. Paralipom. 28. 2.) *requieſceret arca fœderis Domini, & ſcabellum pedum Dei noſtri:* Cur non idem vel maior deferatur honos SS. Reliquijs, quæ fuerunt aliquando viuum Dei tabernaculum, & organa vera per quæ Deus locutus eſt & operatur. *Templa ſecũdariò in honorẽ Sanctorũ eriguntur.*

Cæremoniæ conſecrationis Templi.

Secunda pars ſimiliter patet, quia in conſecratione Eccleſiarũ pinguntur duodecim cruces, adhibetur inunctio Chriſmatis, Alphabetum Græcum & Latinum ab Epiſcopo deſcribitur in pauimento, templum pulſatur & aperitur: accenduntur lampades, fit aſperſio aquæ, &c. Quæ tamen nec Magiam ſapere, nec ſuperſtitionem, comprobat factum Iacob in lege naturæ Geneſ. 28. vbi erigens lapidem in titulum, ad vſum Sacrificij, eum cõſecrat olei ſuperfuſione; vocatq; locum iſtum, *Bethel*, id eſt domum Dei. Quæ cæremoniæ quum placuerint Deo, nec ad legem veterem pertinuerint, (quippe quæ tum necdum data) certum eſt magiâ & ſuperſtitione caruiſſe, atque adeò nobis, nullo pacto implicito vel explicito Diabolo aſtrictis, licere.

7. Deinde eſto, Moyſes & alij tempore legis eas vſurpârint, tamen quia non erant eius propriæ, ſuntque in ratione fundatæ (omnes enim gentes oleo ad ſignificandam conſecrationem, vtuntur) nihil abſurdũ quod ijſdem vtamur, maximè quia hæ ſunt ſignificatione plenæ.

Ornatus Templorum probatur.

Tertiò, meritò ornamus Templa veſtibus, coronis, imaginibus, &c. Quia & Moyſes iuſſu Diuinõ, gemmis, auro, byſſo, veſtibus, &c. ornauit Tabernaculum, & hoc ornatu iuuatur deuotio fidelium ſimpliciorum, conſeruaturque Maieſtas & reuerentia Sacramentis debita: quando enim oculis noſtris ſplendidum offertur altare, ſtatim erigimus mentem ſurſum, cogitantes magnum eſſe numen, quod tantâ magnificentiâ honoratur: è contra facilè negligitur, quod ſine apparatu proponitur, vt patet in veſtris per Hollandiam, Zeelandiam, &c. Eccleſijs, quæ non templa, ſed hor-

rea

rea, mercatorum ambulacra & periſtilia quis iure vocabit.

8. Proinde abſque ſufficienti fundamento, Eccleſias noſtras ſubuertiſtis, auri, argenti, gemmarum, calicum, imaginum, caſularum, organorum, campanarum, &c. ornamentis, tanquàm fures & latrones, per Galliam, Germaniam, Angliam, Belgium, ſpoliâſtis, quæ (quod dictu horrendum) in meretrices & concubinas veſtras, ſacrilegè conuertiſtis. *Sacrilega deuaſtatio Templorum per Reformatores.*

Obiectio.

Deus eſt vbique; *Neque excelſus in manufactis habitat*, ſcilicet Templis, ait Stephanus Act. 7. 48. ergo non potiùs in templis quàm extra orandum.

Spongia.

9. Fateor Deum eſſe vbique per eſſentiam, præſentiam & potentiam, neque *habitare in Templis manufactis*, videlicet tanquam concluſum & ijs indigentem, ſicut intelligit Diuus Stephanus: habitat tamen in ijs alio modo, quum dicat Ierem. 7. 3. *Habitabo vobiſcum in loco iſto*, quia nimirum in Templis tanquam in locis eius cultui dicatis, ideoque magis acceptis, ſuorum preces faciliùs, exaudit, quàm in alio quouis loco, modò cætera paria ponantur. *Quomodo Deus non habitet in manufactis.*

Hoc modo diſcite Scripturas in ſpeciem contrarias, ſalubriter intelligere & conciliare, non verò Dei verbum; Dei verbum, Dei verbum buccis crepitantibus (vt aſſoletis) ignoranter iactare.

Digitized by Google

XXIIII. QVARE,

De Deo Luthericorum & Caluiniſtarum, peccati auctore.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ affingunt nobis doctrinam de Deo peccati auctore, *& certiſsima* Atheiſmi introductione, *quum nihil minus cogitemus?*

Luther. art. 36. & Calu. Præfatio. inſtitut. & plurimis locis earund. Inſti. vt infrà.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO. QVIA nihil hic præter veritatem vobis imponimus quũ Archimagiſtrorum veſtrorum Principijs inſiſtentes, doceatis Deum eſſe peccati auctorem; ex quo alia ſequitur de Atheiſmo Doctrina, quum minus malum ſit, abſolutè negare eſſe Deum (quod eſt Atheiſmus) quàm aſſerere Deum peccati eſſe auctorem: In quem finem eorum verba producere decreui.

Deus Caluiniſt. auctor peccati.

Primò, *Quomodo* (ait Lutherus art. 36. apud Roffen.) *poteſt ſe homo ad bonum præparare, quum nec in poteſtate ſua ſit, vias ſuas malas facere, nam & mala opera Deus in impijs operatur.*

Deus mala opera operatur, ait Luth.

2 Secundò Calu. lib. 1. Inſtit. cap. 17. § 8. *Meminerimus ad Deum conſcendere ac pro certo ſtatuere diſcamus, iuſta eius diſpenſatione fuiſſe, & permiſſum & immiſſum, quicquid hoſtis ſcelerate in nos admiſit.*

Scelera Deo attribuit Calu.

Tertiò, Calu. ibid. cap. 18. §. 2. *Vnde apparet (Aſſyrios ad diripiendam prædam) certâ deſtinatione Dei fuiſſe impulſos.*

Quartò ibid. §. 3. *Non obtemperârunt Patri ſuo filij Heli, quia voluit Deus occidere eos: clamat etiam alius Propheta, Deum, qui in cœlo reſidet; quæcunque vult facere.*

Etiam

Digitized by Google

Etiam ſatis apertè oſtendi Deum vocari eorum omnium auctorem, quæ iſti cenſores volunt ocioſo tantum eius permiſſu, contingere: vbi apertè dicit auctorem. *Horrenda verba Calu.*

3. Quintò, lib. 2. Inſtitut. cap. 4. §. 2. *Dicitur, & Deus ſuo modo agere, quod Satan ipſe (inſtrumentum quum ſit iræ eius) pro eius nutu ac imperio, huc atque illuc ſe inflectit, ad exſequenda eius iuſta iudicia.*

Sextò, lib. 3. Inſtit. cap. 23. §. 4. *Fateor ſanè in hanc, qua nunc illigati ſunt, conditionis miſeriam, Dei voluntate decidiſſe vniuerſos filios Adam.* *Vide plura proximo Quare 25.*

Quæ omnia & alia plurima, niſi ego ipſe in Caluino, iteratis vicibus legiſſem, numquam ipſum hæc ſcripſiſſe; & humanam malitiam eò dementiæ poſſe prolabi credidiſſem: hæc enim clariſſimè efficiunt Deum cauſam & peccati auctorem. *Vtitur auctor exemplar. Inſtit. impreſſ. Geneuæ apud Ioan. le Preux, anno 1606.*

4. Clarè ſiquidem lumen rationis naturale docet, eum, qui ordinat, procurat, inſtigat, efficaciterq; determinat vt aliquis peccet, vel actum peccaminoſum exerceat, veriſſimum eſſe peccati auctorem, adeoque qui alio ad opus faciendum vtitur velut inſtrumento, eſſe primarium illius operis auctorem. Quinimò Deum (horret animus dicere) Diabolo multò eſſe peiorem: auctorem quippe ſeu operatorem, immiſſorem, impulſorem, deſtinatorem, inflexorem eum vocat omnium ſcelerum, non modò quæ Diabolus, ſed etiam quæ homines admittunt; vt mirum non ſit, eundem Calu. Diuinæ bonitatis extremum blaſphematorem, grauiſſimos tamen, iuſtiſſimos, & meritiſſimos corporis cruciatus (quibus in fine vitæ, Dei in illum ſeuerâ grauiſſimâque manu ingruente, excruciabatur) præ impatientia non ferentem, dæmones inuocâſſe, iurâſſe, blaſphemâſ- *Quomodo Calu. faciat Deum peccati auctorem.* *Cal. in morte iurat, blaſphemat, deſperat.*

ſe, Deumque execratum, extrema cum deſperatione tandem obijſſe, teſtantibus Ioanne Haren qui morienti aſtitit Calu. & Hierony. Bolſec. cap. 22. & 26 in eius vita.

Ioan. Haren aſtitit Ioanni Calu. in deſperatio. morientis.

5. Eundem Sacrilegæ blaſphemiæ errorem, plerique veſtrum hodie docent Caluiniſtæ, quum tollant liberum humanæ voluntatis arbitrium, negentque Deum, hominibus neceſſaria, ad non peccandum, auxilia dare, quinimò Deum mouere, & ad peccandum voluntates incitare. In quo ſanè peius antiquis ſentiunt Hæreticis Gnoſticis & Marcionitis, qui duos ponentes Deos, vnum bonum, alterum malum, (apud Iren. lib. 4. cap. 43.) peccata, non bono, ſed malo Deo aſcribebãt. Vos autem bono Deo hanc blaſphemiæ infertis iniuriam, quem proinde amore complecti, quantùm mihi perſuadeo, nullâ ratione poteſtis, benè autem odiſſe, tanquam impulſorem peccati & inſidiatorem ſalutis.

Caluiniſtæ non poſſunt ſolidè amare Deum.

6. Hanc certè viam infelix Apoſtata Bernard. Ochinus, olim veſter iniuit. Hunc tramitem alius quidam Noë nomine, & ipſe priùs in ſchola Caluini inſtructus, Metis in Lotharingiæ Ducatu, ſuperioribus annis tenuit, antequàm ad turpem Atheiſmum perueniſſet. Apprehenſus enim & à Senatu, quo medio in Atheiſtam euaſiſſet, interrogatus, reſpondit ſe lectioni Inſtitutionum Caluini, hanc erroris aſcribere inſaniam: In quibus quum legiſſet, DEVM AVCTOREM ESSE PECCATI, maximamque humani generis partem, ad æternæ damnationis interitum creâſſe, ſatiùs iudicauerit, negare abſolutè Deum, quàm eſſe talem aliquem Deum: & meritò, quum multò ſit tolerabilius malum, de quo videatur Ioan. Hay lib.

Quâ viâ quidam Noë euaſerit Atheus.

lib. dicto, *Demandes faites aux Miniſtres d'Eſcoſſe, demande* 205.

7. Apage, apage blaſphemi, cum horrendiſſimo illo Pſeudo-Theologiæ veſtræ Sacramento, cui tota reclamat Scriptur. Oſeas 13.9. *Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum*, vbi opus bonum dicitur eſſe ex Deo, malum verò ex nobis. Sapient. 1.13. *Deus mortem non fecit*, multò ergo minus peccatum, quod eſt cauſa mortis. Rom. 9.14. *Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit.* Sic D. Ioan. 1. Epiſt. 3.8. *Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt, & qui ex Deo eſt, non peccat.*

8. Coronidis loco, dico veſtrum dogma pluſquā Turcicam ſapere barbariem: Si enim Deus ſuo nutu atque imperio homines & dæmonem inflectat ad mala, nimium iniuſtus eſt, ſi nos puniat propter mala quæ ipſe operatus eſt: Quamobrem quum Deus puniat peccatores, idque iuſtiſſimè faciat qui iuſtus eſt, & iniuſtè nihil agere poteſt; planè conuincitur, eum nullo modo noſtrorum immiſſorem, impulſorem, inflexorem, neceſſitatorem, adeoq; ex conſequenti operatorem & cauſam eſſe peccatorum, quod tamen docentes, certiſſimum fundatis ATHEISMVM; aut ſi mauultis, dicite ALIVM ESSE DEVM PAPISTARVM, ALIVM VERO CALVINISTARVM: noſter enim Deus non excitat ad malum. *Dogma Caluini facit Deum iniuſtiſſimum.*

Obiectio I.

9. Deus vult quidem peccatum, vt variæ ſonant Script. non tamen ipſe conuincitur eſſe cauſa peccati vel peccare, quum non agat contra legem.

Spongia.

Quid quæſo hoc eſt aliud, quàm negare Deo peccati nomen, & interim rem atque malitiam eius

Digitized by Google

Talis eſt voluntas quale id quod amat.

ejus ipſi aſcribere & inferre, talis enim eſt voluntas, quale eſt id quod ipſa amat, iuxta illud, *Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dixerunt*, Oſeæ 9.10. fieri proinde nequit vt voluntas amet peccatum, quin & ipſa ſit turpis.

Obiectio II.

Deus non peccat, quia mouet hominem iuſto, ſed occulto iudicio, ad opus malum, ob bonum finem, vt videlicet ſuam in eo oſtendat iuſtitiam, & quia homo meretur vt hoc fiat in ipſo.

Spongia.

10. Contrà: eâdem ergo ratione excuſabitur peccator, quum enim (concedentibus vobis) moueatur & inflectatur à Deo, eius actio non erit contra Deum, ſed ad eundem finem tendet, quem Deus propoſitū habet; actio quippe inſtrumenti & principalis Agentis, in eundem finem tendunt.

Obiectio III.

Iterum replico hominem peccare, quia homo vult prauâ intentione illud opus, quod Deus vult bonâ intentione.

Spongia.

11. Nugaris ô Geuza: Quæro enim vnde ſit illa intentio praua; vel enim eſt à Deo, vel à ſolo homine: Si à ſolo homine, ergo Deus non eſt auctor peccati, nec ad illud excitat, ſi enim non excitet ad intentionem, multò minùs ad electionem, (quod tamen eſt contra poſitionem & doctrinā veſtram) ſi verò eſt à Deo, iam ipſe eſt auctor prauæ intentionis, & redit idem argumentum. Aliorum argumentorum quæ hic producere ſolent Caluiniſtæ, ſolutionem, vide in *Anatomia noſtra Chriſtiani Deformati* verſ. 4. ſect. 2. Dubio Catholico; & infrà *Quære* 79.

XXV.

XXV. QVARE,

De Prædeſtinatione & Reprobatione.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Pontificij non acceptant ſecretam doctrinam noſtram de Prædeſtinatione & Reprobatione, quum per eam maximè illuceſcant Miſericordia & Iuſtitia Diuina?

Calu. lib.3. Inſtit. cap.21 & 23. diuerſ. §. Piſcator cõtra Schafman. Geuza, maximè Gũmariſta, vulgò Slijck-gheuſen/ in Hollandia.

ROMANO CATHOLICVS.

I. RESPONDEO ET DICO I. QVIA conſtat eſſe impiam, & blaſphemam doctrinam veſtram, quâ aſſeritis Deum non ſolùm ab æterno omnia in particulari prædefiniuiſſe ac præordinâſſe bona & mala, antè præuiſam liberi arbitrij determinationem, adeoque primum hominem, Dei æternâ ordinatione, eſſe lapſum; verùm etiam eundem Clementiſs. & cuius natura eſt bonitas, Dominum, nullo ad futura opera bona, vel mala, habito reſpectu, ab æterno decreuiſſe alios creare ad vitam æternam, alios ad mortem & damnationem ſempiternam; tantummodo vt in his ſuam iuſtitiam, in iſtis monſtraret miſericordiam: Vnde prout in alterutrum finem quiſque conditus eſt, vel ad vitam, vel ad mortem, ſecundum vos dicitur prædeſtinatus. Et ne fingere præter veritatem aliquid videar, veſtrorũ verba producam Rabbinorum.

Impia & blaſphema Prædeſtinatio Calu.

Deus creat homines ad mortem æternam, ait Calu.

2. Primò, Caluin. lib. 3. Inſtit. cap. 23. §. 7. *Inficiari nemo* (inquit) *poteſt, quin præſciuerit Deus, quem exitum eſſet habiturus homo antequam ipſum conderet, & ideò præſciuerit, quia decreto ſuo ſic ordinârat, &c. Vt enim*

Digitized by Google

enim ad Sapientiam eius pertinet, omnium quæ futura ſunt, eſſe præſcium: ſic ad potentiam, omnia manu ſua regere ac moderari.

Secundò, ibidem: *Decretum fuit à Deo vt ſua defectione periret Adam, &c. Nec abſurdum videri debet quod dico, Deum non modò primi hominis caſum, & in eo poſterorum ruinam prævidiſſe: ſed arbitrio quoque ſuo diſpenſaſſe.*

Horrenda verba Cal.

Tertiò, lib. 3. Inſtitut. cap. 21. §. 5. *Prædeſtinationem vocamus æternum Dei decretum, quo apud ſe conſtitutum habuit, quid de vnoquoque homine fieri vellet: Non enim pari conditione creantur omnes: ſed aliis vita æterna, aliis damnatio æterna præordinatur. Itaque prout in alterum finem quiſque conditus eſt, ita vel ad vitam, vel ad mortem prædeſtinatum dicimus.*

Piſcator abſurdiſſimus Prædeſtinator.

3. Quartò, Diſertiſſimis verbis idipſum docet Ioan. Piſcator Caluiniſta, Academ. Herbornenſis profeſſor, tract. contra Schafman pag. 26. Impreſs. Lugduni Batauorum apud Ioa. Paets Iacopzoon, Anno 1610. verba eius ex Flandrico per me fideliter tranſlata, ſunt hæc: *Deus primos parentes noſtros ideò creauit, vt de facto caderent, quandoquidem nulla alia via ſupererat, vt primario ſuo fine potiretur, qui eſt oſtenſio miſericordiæ, in ſalute quorundam: Iuſtitiæ verò, in aliorum iuſta condemnatione.* BLASPHEMAVIT: BLASPHEMAVIT Piſcator.

Deus aditum vitæ præcludit Reprobis, ait Calu.

4. Quid verò ex hac æterna ad mortem prædeſtinatione ſubſequatur in tempore, apertis & crudelibus his verbis lib. 3. Inſtitut. cap. 21. §. 7. Calu. certò diuinat; *Quos verò damnationi Deus addicit, his iuſto quidem & irreprehenſibili, ſed incomprehenſibili ipſius iudicio, vitæ aditum præcludi aſſerimus.* Et: *Quemadmodum autem vocatione & iuſtificatione electos ſuos Dominus ſignat; ita Reprobos vel à notitia ſui nominis, vel à*

ſpiritus

Digitized by Google

ſpiritus ſui SANCTIFICATIONE EXCLVDENDO, *quale maneat eos iudicium, iſtis veluti notis aperit.* Quibus verbis conformiter alibi docet, Deum Reprobos trahere, impellere & ad ſcelera neceſſitare.

5. Non tamen eoſdem vel à peccato, vel à pœna Diuinæ Iuſtitiæ vult excuſari. *Excuſabiles*, (inquit lib.3. cap.23. §.9.) *peccando haberi volunt Reprobi, quia euadere nequeunt peccandi neceſſitatem, præſertim quum ex Dei ordinatione ſibi injiciatur huiuſmodi neceſſitas. Nos verò inde negamus ritè excuſari, quandoquidem* DEI ORDINATIONI, QVA SE EXITIO DESTINATOS CONQVERVNTVR, SVA CONSTET ÆQVITAS, *nobis quidem incognita, ſed illa certiſſima, vnde cõſtituimus, nihil illos ſuſtinere mali, quod non iuſtiſſimo Dei iudicio infligatur.* *Cal. non excuſat à Deo ad malum neceſſitates.*

Quæ ſententia veſtra & Pſeudo-magiſtrorum veſtrorum hactenus commemorata, tam quoad malum culpæ, quàm pœnæ, impia, horrida, crudelis, blaſphema, Sanctæ Scripturæ & rectæ rationi viſa eſt repugnare, non ſolùm Eccleſiæ Romanæ, verumetiam Conſiſtorijs ipſis Pſeudo-Euangelicis Tigurino & Baſileen. quæ hanc de prædeſtinat. Caluini ſententiam anno 1552. reiecerunt, teſte Bolſeco cap. 13.

6. Primò ergo, quod ad malum culpæ attinet, non eſſe videlicet ab æterno prædefinitos, aut præordinatos actus prauos peccatorum, patet ex tota Scriptur. quæ paſſim clamat de Deo illud Pſalmi 5. 5. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* *Deus nõ præordinauit actus malos.*

Malum verò pœnæ ac damnationis æternæ, fuiſſe à Deo decretum antè præuiſam creaturarũ malitiam, aut Deum ſine vllo ad futura peccata *Deus cõpulſus punit.*

respectu

reſpectu, illas ad æternam deſtinâſſe, creaſſeque miſeriam, æquè horrent piæ aures audire, abhorrent Scripturæ, quæ Deum non niſi compulſum & peccatis dudum irritatum, gladium perhibent eximere vindictæ: vnde apud Eſai.28.21. Punitio dicitur, *peregrinum & alienum opus à Deo.* Item apud eundem cap.21. 25. *Heu vindicabor de inimicis meis.* Quam interiectionem (*Heu*) plerique volunt eſſe inuiti, & ægrè ferentis, ſe cogi ad vltionem, vt miſericordia Dei declaretur, quippe cui propriū eſt miſereri & parcere; alienum verò, vlciſci. Sic Geneſ.6.6. *Tactus dolore cordis intrinſecùs, delebo, inquit, hominem quem creaui.* Ezech.18.23. *Nunquid voluntatis mea eſt mors impij dicit Dominus Deus?*

Deo propriū miſereri.

7. Et Sap.1.13. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* Lætaretur verò maximè in damnabili reprobatione peccatorum, ſi eos in vtilitatem ſuam, atque adeò ad oſtenſionem ſolam iuſtitiæ ſuæ, abſque vlla demeritorum, vel originalis culpæ præuiſione, ad æternā damnationem prædeſtinaſſet, atque in tempore, vt tales eſſent, voluntates eorum ad ſcelera & peccata inflectere, cogere, impellere, neceſſitare, ac prædeterminare decreuiſſet.

Secundò, ſi Angeli, vel homines ad ſolam Diuinæ Iuſtitiæ oſtenſionem, abſque præuiſione peccati, ab æterno ſint reprobati, profectò ex ipſa creatione ac primæua ſui inſtitutione, miſerabiliorem ſortiti ſunt cōditionem, quam omnia bruta, quippe quæ Deus, non ad miſeriam, minus ad damnationem, creauit æternam.

8. Tertiò, Deus prius erit vltor, quàm homo peccator, quod infinitæ eius bonitati repugnare vbique clamat D. Auguſt.

Quartò

Quartò crudelior erit Deus vrſis, leonibus, ac ſerpentibus; nulla ſiquidem eſt beſtia tam efferata, quæ fœtum ſuum ad extremam miſeriam intendat procreare, nulla quæ non foueat, nulla quæ pullos ſuos ad perfectionem non promoueat, quantùm poteſt. *Crudeliorem beſtiis Deum facit Calu.*

Quintò, non video quâ ratione deſpondere nõ poſſint homines animum, & de ſua ſalute vel deſperare, vel certè præſumere: quomodo liberum nobis erit in bono perſeuerare ac tandem ſaluari, quod tamen aſſerit Chriſtus, Matth. 19. 17. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.*

9. Sextò, ſi ſuâ ſponte abſque præuiſo peccato, homines reprobat Deus, pauciores erunt reprobi, quàm electi, quod falſum eſt Matth. 7. & 22. patet conſequentia, quia ex Script. patet Deum eſſe propenſiorem ad miſerendũ quàm damnandum, ergo ſi ſuâ ſponte aliquos prædeſtinauit, omnino putandum eſt; longè pauciores reprobâſſe quam prædeſtinâſſe.

10. Futile verò eſt quod excipitis; hâc cæcâ prædeſtinatione, relucere Dei iuſtitiam vindicatiuam; Quum eâ ratione non tam illuſtretur, quam obſcuretur, vti patet exemplo Principis terreni, cui huiuſmodi voluntas vitio ab omnibus verteretur: tum quia nimiùm alienum eſt à ratione & à Diuina Iuſtitia, velle Deum priùs eſſe vltorem, quàm hominem vel angelum eſſe aut præuideri peccatorem; priùs enim ratione in mente Diuina, debet offerri, quod vindicetur, antequàm vindicta decernatur. *Prædeſtinatio Calu. obſcurat iuſtitiam Dei.*

11. Dicimus ergo: Sicut immediata electio ad gloriam (præſuppoſitâ ſcientiâ mediâ) in adultis facta eſt ex præſcientia & præuiſione meritorum, *Electio ad gloriam ex meritis facta.*

ſed in paruulis ex præuiſa applicatione remedij contra peccatum (in quo naſcuntur) originale; Ita Reprobationis, quæ fit per actum poſitiuum Diuinæ voluntatis, quâ Deus aliquos tanquàm indignos decreuit excludere à vita æterna, & ſempiternæ addicere gehennæ, datur cauſa ex parte reproborum meritoria, ſcilicet ipſorum perſeuerātia, in peccato mortali, vel ſaltē originali, ab æterno à Deo præuiſa, Matth. 25. Enim, dum ratio redditur, quare electis præpāratum ſit Regnum cœlorum à conſtitutione mundi, nulla alia affertur, quàm opera illorum bona & meritoria; ibi enim verſ. 34. perhibetur Chriſtus aliquando in iudicio dicturus; *Venite benedicti Patris mei* (per Prædeſtinationem ab æterno, & per gratiam in tempore) *Poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi,* (hoc eſt ab æterno.)

Reprobatio fit demeritis præuiſis.

12. Subijciens verò rationem, cur non ſolùm detur ipſis poſſidendum, ſed etiam ijs præparatum ſit à conſtitutione mundi, dicit verſ. 35. *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere.* E contrario verò dicet Reprobis: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius: eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare,* verſ. 42. Ex quibus verbis colligi videtur, Prædeſtinatos efficaciter electos eſſe ad gloriam propter præuiſa merita, ſicut & Reprobos æternæ deſtinatos Gehennæ, ob præuiſa illorum demerita.

RESPONDEO ET DICO II.

Prædeſtinatus malè agens eſt membrum Dia-

13. FAlſiſſimum eſt dogma, quo vulgares & idiotæ quidam in Hollandia & Phryſia anno 1534. aſſeruerunt hominem prædeſtinatum ad vitam, etiamſi malè agat, non poſſe eſſe membrum

brum Diaboli: Reprobum verò quantumcunque benè viuat, non poſſe eſſe Dei membrum. Huius Paradoxi, viros iuſtos à bonorum operum exercitio auocantis, peccatores verò ad quæcunque ſcelera prouocantis, falſitas, patet primò in Caino, de Miſericordia Diuina deſperante, ideóque damnato: Sed quum Deus ad munera eius non reſpexiſſet, atque ob id Cain iratus eſſet, dixit illi Dominus Geneſ.4.6. *Quare iratus es? Et cur concidit facies tua? Nonne ſi benè egeris, recipies?* Vbi Deus promittit homini reprobo præmium operum bonorum, ſi ea voluerit præſtare; iſti autem ex diametro, potentiam benè operandi ei auferunt. *boli, Reprobus benè Dei.*

14. Secundò, D. Petrus prædeſtinatus fuit ad gloriam immortalem, eaque de facto iam fruitur: is tamen manifeſtiſſimum commiſit peccatum, trinam videlicet negationem, quâ Chriſtum Saluatorem deierans negauit.

Tertiò, ſic Paulus prædeſtinatus; priùs tamen ſeſe fatetur fuiſſe blaſphemum, proinde iniquum, niſi forſan Caco-Theologia veſtra, Blaſphemum, æterno præmio iudicet dignum. Si verò iniquus; neceſſe vt membrum tunc fuerit Diaboli, vt benè Gregor. Homil. in Domin. 1. Quadrag. *Iniquorum omnium caput Diabolus eſt, & huius capitis membra ſunt omnes iniqui.*

RESPONDEO ET DICO III.

15. QVIA diſplicet etiam veſtræ fiduciæ ſpecialis nimia præſumptio, qua vobis ſpondetis æternæ vitæ prædeſtinationem tam certam, vt à Regno cœlorum, quò Chriſtus iam ingreſſus eſt, non minùs quàm ipſe excidere poſſitis, vt docet *Exploditur certa fiducia Prædeſtinat.*

docet Calu. lib. 4. Inſtitut. cap. 17 § 2. Cuius inſani delirij falſitas exploſa eſt ſupra *Quare* 3. Patetque ex eo, quod multi, ijque non vulgares Geuziſmi veſtri buccinatores, hac fide priùs inſtructi, ſed eius poſtmodum pertæſi, veſtriſque caſtris deſertis, ad noſtram Catholicam Eccleſiam ſint reuerſi: In cuius Religione quum ſint mortui, reſtat eoſdem (conformiter principijs veſtris) qui antè, ratione fidei ſpecialis, erant prædeſtinati, tandem æternùm eſſe damnatos. Quò nimis abſurdum.

Multi Geu. ad Cathol. fidem reuerſi.

16. Hæc paucula ſufficiant ijs Socijs veſtris, Miniſtris, lippiſque & tonſoribus Arminianis, Gummarianis, Adolphiſtis, & Verhilliſtis, qui per Hollandiam, Zeelandiam, &c. materiam Prædeſtinationis, in nauibus, curribus, lanienis, priſtinis, textrinis, tabernis, Templis, portarum vigilijs, Peryſtilijs (hæ enim Reformatorum ſunt Scholæ) tractantes, non intelligentes, & tanquã cæci de coloribus, ignoranter iudicantes, interminatis iurgijs Delphis, Middelburgi, Lugduni, Rotterodami, Harlemij, &c. vſque ad pugnas & ſanguinis effuſionem, ſe conficiunt, ſe mutuò Templis expellunt, in exilium (quod nuper Smoutius Grauezandæ paſſus) mittunt, ad arma ciuilia Alkmariæ concurrerunt, & ad Hagenſis curiæ Senatores, viros laicos, & illius fori Theologici planè ignaros, tanquam Controuerſiæ Prædeſtinat. iudices, me præſente prouocârunt; in quibus præ ignorantia rei controuerſæ, à ſe diſſidentibus, dixiſſes impletum illud Eſai. 19. 2. *Concurrere faciam Ægyptios aduerſus Ægyptios.*

Interminata rixa de Prædeſtinat. in Holland. Zeeland. &c.

Obiectio I.

17. Rom. 9. 11. *Cùm enim nondum nati fuiſſent, aut*

aliquid

aliquid boni egiſſent, aut mali (vt ſecundum electionem, propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt ei: Quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Quibus verbis inſinuat Apoſtolus, ſicut Iacob non eſt propter præuiſa merita, amore prædeſtinationis à Deo dilectus; ita nec Eſau propter præuiſa peccata, fuiſſe à Deo odio habitum ac reprobatum, *ſed ex vocante,* atque adeò ad ſolam miſericordiæ & iuſtitiæ ſuæ oſtenſionem.

Spongia.

18. Per Iacob & Eſau non intelligit Apoſtolus ſola iſta duo capita (nuſquam enim legitur ipſum Eſau fratri ſuo Iacobo ſeruiuiſſe) ſed duos populos, Idumæos, & Iſraelitas cum progenitoribus ſuis; Adeoque nomine Iacob, Synagogam cum ſuo capite; nomine Eſau verò, Pop. ex Eſau propagatum cum ſuo capite: Cæterùm dilectio Iacob ſita fuit, in Diuina voluntate conferendi Synagogæ & ſtipiti eius, innumera iſta priuilegia, quorum adminiculo quamplurimi ex ipſis ſaluati fuerunt & prædeſtinati. Odium autem Dei erga Eſau, hoc loco nihil eſt aliud, quàm minor Dei dilectio erga Eſau & poſteros eius, quos noluit Deus tam ſingularibus priuilegijs præuenire, ſed illos vnà cum ſuo capite voluit permittere in peccata prolabi, eoſque in vitijs obdurare, propter quæ redigendi in ſeruitutem, & tandem cum ſuo progenitore damnandi poſteri eſſent. Hæc autem odij, pro minori dilectione, vſurpatio, frequens eſt in S. Scriptur. vt Luc. 14. 26. *Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum & matrem, & vxorem & filios & fratres, & ſorores, &c. Odit*, hoc eſt minus diligit.

Per Iacob & Eſau intelliguntur duo populi.

Odium Eſau eſt minor eius dilectio.

Maiora Iacobi & poſterorum eius priuilegia.

Digitized by Google

Electio ad diſparia beneficia ex neutrius meritis.

19. Quia ergo Iacob cum poſteris ſuis ad longè maiora gratiæ auxilia,& ſingularia quædã priuilegia electus erat,quam Eſau (ex ſemine enim Iacob naſciturus erat Chriſtus & conflanda Synagoga, non ex ſemine Eſau; Iacob item temporalem receperat hæreditatem & benedictioñe, quæ figura erant æternæ hæreditatis & benedictionis: Eſau verò & poſteri eius, relicti erant cum cõmunibus duntaxat gratiæ auxilijs)hinc more humano videri poterãt Eſau & poſteri eius odio habiti, ob maxima videlicet illa ſigna dilectionis, & priuilegia gratiæ,exhibita Iacob,& negata Eſau.

Iam verò hanc electionem ad beneficia tam diſparia, aſſerit Paulus ex neutrius Populi, vel etiam capitis meritis fuiſſe,ſed ex vocante,eligente, ac prædicente, *Quia maior,&c.* hoc eſt, ex ſolo beneplacito Diuino,veluti prima cauſa. Quo etiam modo, voluntas permittendi peccata Eſau, & poſterorum eius, vel etiam Reproborum, (quem actum præexigit Reprobatio) facta non eſt ex meritorum præuiſione.

Solutio argumenti.

20. Ex quibus patet ſolutio Argumenti,nõ enim loquitur de Prædeſtinatis & Reprobatis,Apoſtolus: & quamuis de ijs loqui concederemus, non tamen de ijs loquitur,in quibus propria ratio Electionis & Reprobationis conſiſtit.

Obiectio II.

Ad Rom. ſup. verſ.15. *Miſerebor cuius miſereor,& miſericordiam praſtabo cuius miſerebor. Igitur non volentis neque currentis,ſed miſerentis eſt Dei*; ergo reprobatio & induratio facta eſt ex mero Dei beneplacito, ad iuſtitiæ ſuæ oſtenſionem,vt ait Calu.ſuprà.

Spongia.

Miſereri quid

21. Sequelam nego, neq; enim miſereri,eſt, Prædeſtinare;

deſtinare; nō miſereri, Reprobare; ſed miſereri, eſt conferre media per quæ peccator de facto eruendus eſt à miſeria in qua eſt. Huius autem voluntatis Diuinæ, quâ decreuit vni conferre huiuſmodi congrua media (quod propriè eſt velle miſereri) potiùs quàm alia non congrua, quibus Deus præuidet hominem peccatorem, magis obdurādum, nullam eſt aliam dare cauſam, quàm liberum Dei beneplacitum: nec tamen quiſquam iure poteſt conqueri, quia ſemper Deus relinquit ſufficientia auxilia ſalutis.

ſi apud D. Paulum.

Semper dat Deus gratiā ſufficientem.

22. Conſimili ferè modo intelligitur ſequens Apoſtoli diſcurſus de figulo reſpectu vaſis pretioſi & contemptibilis: Q. D. ſi liceat figulo facere quod eſt maius, Deo non licebit quod eſt minus? Maius enim videtur, quod homo poſſit ex eodem luto facere aliud vas in honorem, & aliud in contumeliam, quàm quod Deus ex duobus peccatoribus quouis luto vilioribus, quique ſe tales ſuo vitio effecerunt, vnius miſereatur, conferendo illi congrua gratiæ auxilia quibus præuidet ipſum emolliendum & vas in honorem formandum: alterum verò induret, non conferendo huiuſmodi auxilia, ſed alia cùm quibus æquè durus, vel durior permanebit, tamen ſufficientia.

Senſus Apoſt. in diſcurſu de figulo.

23. Sequentium verò verborum difficilium ſenſus eſt: *Quod ſi Deus volens oſtendere iram ſuam*, non pliciter quaſi delectatus pœnâ, ſed propter iuſtitiæ rationem, *& notam facere potentiam ſuam*, etiam ob hunc finem potentiæ ſuæ demonſtrandæ; *Suſtinuit in multa patientia, vaſa iræ,* expectans & inuitans ad pœnitentiā, paratus adiuuare, ſæpiſſimeq; ad oſtium pulſans, *aptata in interitum,* quæ ſeipſa

 aptârunt,

aptârunt, *vt oſtenderet diuitias gloria ſua in vaſa miſericordia qua praparauit in gloriam*, hoc eſt, vt altera parte conſecutiuè, permiſſio impiorum illuſtraret abundantem miſericordiam erga illos quorum miſeretur, & ipſe Deus ſuâ gratia præuenit, vt perueniant ad gloriam: Si inquam Deus in bonum finem hoc permiſit, quid, (ſupple) habes quod conqueraris? maximè quum Dei præſto ſit auxilium ſufficiens.

Partiales fines permiſſionis peccati.

24. Vbi nota ex ſententia Apoſtoli, finem permittendi peccata reproborum, eoſque ſuſtinendi, non fuiſſe ſolũ, vt in eis Deus oſtenderet iram ſuam, & iuſtitiam vindicatiuã, ſed etiam vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ: neque enim eſſet mors Chriſti & paſſio martyrum, niſi Deus permiſiſſet peccata: ſed & alij multi ſunt fines partiales huiuſmodi permiſſionis, obdurationis & reprobationis.

Obiectio III.

Rom. 11. 13. Paulus videtur inſinuare, ſicut Prædeſtinationis; ita Reprobationis cauſam in nobis eſſe nullam, ſed in ſolum Dei beneplacitũ eſſe referendam, exclamat: *O altitudo diuitiarum ſapientia & ſcientia Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles via eius, &c.*

Spongia.

Paulus miratur diſparem gratia & fidei Diuina diſpenſationem.

25. Exclamat Apoſtolus, non cauſas ſecretas Prædeſtinationis & Reprobationis demiratus, ſed immenſam Dei ſapientiam, myſterium & conſilium in diſpenſatione gratiæ ad fidei ſuæ; quippe qui tam Gentiles quàm Iudæos permiſit cadere in infidelitatem, prout latiùs eodem cap. id tractat, vt omnium miſereretur, Gentilium videlicet ac Iudæorum. Plura infrà tract. de Conciliatione Præ-

Præſcientiæ & Prædeſtinationis cum libero Arbitrio, Quare 80.

XXVI. QVARE,

De poſſibili obſeruantia mandatorum Dei.

GEVZA REFORMATVS.

Quare & quomodo Papiſtæ dicunt legem Dei ſeruatu eſſe poſſibilem, quum obſtet carnis imbecillitas?

Luther. lib. de libert. Chriſtiana, Calu. lib. 2. Inſtit. cap. 5. §. 6. & 7. & paſſim Geuzæ.

ROMANO-CATHOLICVS.

Obſeruantia legis Diuinæ eſt poſſib.

I. RESPONDEO ET DICO. QVIA certum eſt obſeruantiam omnium præceptorum Dei eſſe nobis poſſibilem, cum ipſius Dei adiutorio, quod nobis paratus ſemper eſt dare, ſi eo vti voluerimus: Adeò vt in Spiritum Sanctum, eiuſque verbum ſcriptum, ſplendidè mentiatur Archiſynagogus veſter Lutherus; quippe Deus præceptorum iugum leue, non graue, multò minùs impoſſibile & importabile, ſe nobis proponere disertè affirmat: Lutherus verò impoſſibile. Vtri hic iam credendum? nonne Deo?

Primò audite eum Deuter. 30. 11. loquentem: *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec in cœlo ſitum, vt poſſis dicere: Quis noſtrum valet ad cœlum aſcendere vt deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere compleamus? Neque trans mare poſitum, vt cauſeris & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſque deferre, vt poſſimus audire & facere quod præceptum eſt? Sed iuxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Quibus verbis expreſsè dicit mandatorum Dei, maximè de

Lex poſſibilis eſt cū gratia Dei, aliàs nō.

de diligendo Deo (quod verſ.6.& immediatè antè attigerat) obſeruationem, nobis ſeruatu eſſe poſſibilem, ſcilicet cum acceſſorio auxilio Dei, quod nobis paratus eſt dare, aliàs enim mandatum hoc eſſet ſupra nos.

Secundò, Matth. 11.30. de ſuis præceptis Chriſtus dicit: *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, ergo non impoſſibilia, aliàs eſſent grauiſſima:

Mendax Luther.

2. Tertiò, Ioan. 1. Epiſt. cano. 5.3. *Mandata eius grauia non ſunt.* Mendax ergo Lutherus, qui ea importabilia dicit, nihil enim grauius onere impoſſibili.

Quartò de Zacharia & Elizabeth dicit Luc. 1.6. *Ambo iuſti erant apud Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini, ſine querela*: Ergo omnia præcepta implebant, & quidem ſine querela, ſine peccati mortalis ἀταξία.

Dauid vir ſecundum cor Dei.

Quintò Dauid vocatur Act. 13.23. *Vir ſecundum cor Dei, faciens omnes voluntates eius.* Sunt ergo iuſti & qui mandata obſeruent, & qui cor perfectum coram Deo habeant, licet aliquando à iuſtitia exciderint, ſed per pœnitentiam ſurrexere, nec ipſa ſua iuſtitia, aliquo, tamen leuiori, peccato carent, vt patet in Dauide adultero, Zacharia incredulo, &c.

Venialis incredulitas Zachar.

3. Sextò, Certum eſt Apoſtolos & alios multos, Deum ſyncera charitate dilexiſſe, tum erga ipſum, tum erga proximum, vti v. g. Paulum, dicentem Rom. 8.35. *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Item plures alios Romano-fideles, de quibus eâdem Epiſt. cap. 15.14. *Certum ſum autem fratres mei, & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione.* Sic Coloſſen. 1.4. *Audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu & dilectionem quam habetis in Sanctos omnes:* ergo illi omnes

Habentes charitatem, legem implent:

li omnes

li omnes impleuerunt mandata Dei; *Hæc enim eſt* (D.Ioan.1.Epiſt.5.3.dilecto Chriſti diſcipulo teſte) *Charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt.* Sic Chriſtus ipſe Ioan.14.23. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Denique Paulus Rom.13.8. *Qui enim diligit proximum, legem impleuit.*

4. Arbitrum denique contra vos inuoco NATVRÆ DICTAMEN, omnibus inſculptum, ac clarè demonſtrans, neminem ad impoſſibile obligari, iuxta tritiſſimum illud D.Auguſt. elogium: NEMO PECCAT IN EO QVOD VITARE NON POTEST. Iniuſtè proinde contra hominem procederet Deus, ſi eum ad impoſſibile obligaret. *Dictamen Naturæ.*

Obiectio I.

Præceptum dilectionis Dei Deuter.6.5. *Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Non poteſt in hac vita ſeruari, quia neceſſe eſt in hac vita exſiſtentes, aliqua præter Deum amemus, ergo non omnia præcepta ſunt poſſibilia ſeruatu. Ita Lutherus craſſior Theologaſter.

Spongia.

5. Abſolutè in hac vita ſeruari poteſt ab homine in gratiâ Diuinâ inſtructo, illud præceptum dilectionis Dei; neque enim ibi intendit Deus, vt nulla alia inferiora à Deo diſtincta ſimul diligamus, aut omnes animæ noſtræ vires intenſiuè ſummæ dilectioni eius impendamus, ſed appretiatiuè ſummè; hoc eſt, vt nullam creaturam Deo in dilectione præferamus, nihil eius præceptis repugnans amemus, (hoc enim peccatum eſt mortale) vnde veraciter ille Deum ex toto corde diligit, qui Deum diligens, reliqua omnia eius mandata *Dilectio Dei ex toto corde debet eſſe appretiatiuè ſumma, non intenſiuè.*

Digitized by Google

data ſeruat, iuxta illud Chriſti ſup. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.*

Dilectio, intenſiuè ſumma, eſt in Patria.

6. Perfectiſſima verò illa dilectio, in cuius expreſſionem, omnes animę explicat vires, in hac vita haberi non poteſt, nec præcipitur: benè autem in altera exſpectatur in præmium, teſte D. Auguſt. lib. 3. contra 2. Epiſt. Pelag. cap. 7. Hæc enim ſumma Charitatis perfectio, eſt finis in Patria obtinendus: finis verò ſub præceptum non cadit; Legiſlator namq; non præcipit finem, ſed medium quo peruenitur ad finem.

Finis non cadit ſub præceptum.

Obiectio II.

Exod. 20. 17. dicitur; *Non concupiſces*, Atqui hoc mandatum in iſta vita nequit impleri, quum caro tali concupiſcentiâ, quæ ſit peccatum, infecta, ad omne opus liberi arbitrij concurrat, ergo, &c.

Spongia.

7. Ad minorem dico, poſſe hominem cum Dei adiutorio etiam illud præceptum adimplere, quia per illud non vetantur motus primò primi concupiſcentiæ ſeu fomitis, rationem præuenientes, ſed interior & deliberatus voluntatis conſenſus; vnde Dauid ad inſtar omnium hominũ (demptis Chriſto & Deiparâ) huic fomiti ſubiectus & eius ſtimulos perſentiſcens, tamen *mandata Dei cuſtodiſſe, & poſt eum in toto corde ſuo dicitur ambulâſſe*, 3. Reg. 11. 34. ergo & hoc præceptum: *Non concupiſces*, cuſtodiuit: non cuſtodiſſet autem, ſi concupiſcentiæ fomes per illud prohibitus fuiſſet.

Quid vetetur præcepto, Non concupiſces.

8. Vocat tamen illam D. Paulus peccatũ Rom. 7. 17. *Sed quod habitat in me peccatum*; non quod veri nominis ſit peccatum, culpa, aut Dei offenſa: ſed quia vel ad peccatum allicit, vel in primi peccati pœnam, poſt gratiam baptiſmi, eſt relicta, à qua

Quomodo fomes peccati vocetur peccatum.

Digitized by Google

qua ſignificatione nullus hominum dicitur peccator: vnde D. Auguſt. cõment. ad Galat. *Aliud eſt peccatum habere, & aliud peccare*; vel denique quia eſt obiectum peccati, ſeu obiectiuè malum, adeò vt ſi conſentias, iam ſit commiſſum peccatum.

XXVII. QVARE,

De Veneratione Sanctorum.

GEVZA REFORMATVS.

Quare idololatræ Romanenſes honorant Sanctos mortuos, cum iniuria Honoris Diuini?

Heretici huius temporis omnes cum Vvicleff. Conſtantin. Copron &c.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA animæ Beatorum, corporibus exutæ, in cœlo cum Chriſto viuentes, regnantes, & clarâ Dei per eſſentiam viſione fruentes, ab ipſomet Deo honorantur; aliquo nobis licitum eſt eos proſequi honore.

Sancti viuũt in cœlo, non interierunt.

Primam partem nos docet D. Ioan. Apocalyp. cap. 7. 14. & 15. *Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni, ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte.* Iam verò ſi ſeruiant, non interierunt, vnà cum corpore viuunt, non dormitant in cœlo; *Nec verò etiam eſt Deus mortuorũ, ſed viuorum.* Marc. 12. 27.

Animæ beatæ vident Deũ.

2. Secunda pars, quod clarè Deum intueantur, & quidem ſtatim, patet in anima latronis, quæ audiuit à Chriſto, Luc 23. 43. *Hodie mecum eris in paradiſo*, id eſt, in gloria & contemplatione diuinitatis, vti exponunt Patres, D. Auguſt. Epiſt. 57. Ambroſ. Theoph. Beda, &c. hic.

Quid Para-

Neque enim Paradiſus hic ſignificare poteſt

locum

Riſus ſignificet, Luca 23.

locum corporalem, quia Chriſtus ſecundum animam deſcendit mox ad inferos ſubterraneos: & parum ſolatij accepiſſet anima ex loco corporali etiam amœniſſimo. Iam verò ſi animæ impiorum Core, Datan, Abiron, diuitis epulonis, citò deſcendāt in infernum & ad pœnas æternas; cur non maiori ratione animæ iuſtorum, hic vel poſt mortem purgatæ, ſtatim euolent in cœlos, quum pronior ſit Deus ad conferenda præmia, quàm infligendas pœnas?

Animæ Beatæ ſtatim euolant in cœlum.

3. Tertiam partem nemo negauerit, qui magnificam illam Chriſti apud Ioan. 12. 26. legerit remunerationem, *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit: Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.* Inquantum ſcil. Deus facit illos ſublimes, excellentes, & vult eos ab alijs honorari; tum maximè, quando ad eorum reliquias, venerationem, &c. opera edit ſupra naturam miranda; ſicut eoſdem hic viuentes, multis prodigijs honorauit, vt patet in Ioſue, Samuele, Elia, Moyſe, &c.

Deus honorat Sanctos.

4. Huc facit illud Matth. 19. 28. *Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos* (tanquam conſenatores & Iudices) *ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Vt non immeritò hunc eximium Sanctorũ honorem propheticâ notione ponderans Dauid, canat Pſalm. 138. 17. *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus.* An non & magnus honor. Pſal. 81. 6. *Ego dixi: Dij eſtis, & filij excelſi omnes?*

E quibus omnibus corollario apertiſſimo ſequitur, Sanctos omnes à nobis honorandos: pluſquam enim rationi conſonum eſt, vt eos honoremus in terris, quos Deus beatificâ ſui viſione fruentes

Si Deus Sanctos honoret, ergo & nos honoremus.

Digitized by Google

fruentes & conregnantes, magno honore dignatur in cœlis.

RESPONDEO ET DICO II.

5. CVltus quo Sanctos proſequimur, rectè, ſaluâ veritate, dicitur RELIGIOSVS, atque ad Religio. ſpectat; non tamen eſt Latria, ſed inter Latriam & ciuilem medius, à Doctis, Dulia, vel Hyperdulia dictus: Tales ſunt, inſtitutio Feſtorum, erectio Templorum, peregrinationes, vota, ieiunia, vigiliæ, lumina, &c. Item Canonizatio rectè ab Eccleſia inſtituta: Si enim ſibi licitum iudicet Beza, Sanctorum numero aſcribere Poltronum, quia poſtquam Generoſum, Nob. & ſtrenuum Principem, Franciſcum Lotharingum, Guiſiæ Ducem, per fœdam proditionem, ex inſidijs occidit; captus & extremo ſupplicio iuſtè eſt affectus, referentibus Hieronym. Bolſeco in vita Calu. cap. 26. & Staniſlao Hoſio tract. de adoranda Trinit. Cur non idipſum & multò quidem potiori iure, liceat Eccleſiæ Romanæ, reſpectu Sanctorum; quum eorum vitam ac mortem, creberrimorum miraculorum gloriâ & honore, Dominus coronârit in terris?

Sanctorum cultus Religioſus Dulia vel Hyperdulia.

Poltronũ latronem canonizat Beza.

6. Nec verò hi cultus vllâ ratione ſapiunt Idololatriam; quia neque ex natura ſua, neque ex fidelium intentione, ſunt proteſtationes Deitatis, ſeu primi omnium rerum Principij, quæ excellentia eſt increata & creaturæ incommunicabilis.

Cultus SS. non ſapit idololatriam.

Religioſos interim eos decernimus, quia Sanctorum honos in Deum redundat. (*Quiſquis enim honorat Martyres, honorat Chriſtum*, ait Ambroſ. ſer. 6. in fine) quia ob ſanctitatem & Religionem quâ Deo inhærent, coluntur, quia excellentiæ & perfectiones

Sanctorum cultus cur Religioſus.

fectiones gloriæ cœleſtis ac gratiæ conſummatæ (ob quas præfati cultus eis impenduntur) ſunt eximiæ, Diuinæ excellentiæ participationes; eximiæ dico, vt etiam filij Dei & Dij, in Scriptur. pronuntientur; vnde maior eis cultus debetur quàm ciuilis, qui homini defertur ob Sapientiam, Nobilitatem & potentiam humanam.

7. Reſtat ergo hanc ijs debitam adorationem, mediam eſſe inter Latriam & ciuilem, quum Sanctorũ excellentia (propter quam honor defertur) media ſit inter Diuinam & humanam: hanc dicimus obſeruantiam Sacram ſeu Duliam, quâ Abraham adorauit Angelos; Geneſ. 18. Sic Loth eoſdem, ibid. cap. 19. Sic Balaam adorauit Angelum pronus in terra. Sic Ioſue cap. 5. *Cecidit pronus in terram, & adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum?*

Obiectio I.

Soli Deo honor & gloria, 1. ad Timoth. 17. ergo non Sanctis.

Spongia.

Dandus honos ei qui ſolus eſt Deus.

Negatâ conſequentiâ, dico ſenſum eſſe illius Scriptur. Detur & ſit honor ei qui ſolus eſt verus Deus, non quod nolit Deus alios à ſe honorari, vt patet ex ſupradictis; & Exod. 20. 12. *Honora patrem tuum & matrem tuam.*

Obiectio II.

Gloriam meam alteri non dabo, Eſai. 42. 8. ergo, &c.

Spongia.

Quid per gloriam intelligat Eſai. c. 42.

8. Per gloriam intelligit Diuinam & immenſam altitudinem, potentiam, Maieſtatem, eſſentiam, quam nemini dat, vt poſſit cum Deo Patre, Deo Filio, Deo Spiritu Sancto, in vnitate Diuinitatis viuere & conregnare. Sic Deuteron. 6. 13. &

Matth.

Matth.4.10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*, ſcilicet ſeruitute Latriæ, Græcè enim eſt verbum λατρεύσεις.

Sic ſemper, mi Geuza, nugaris, verumque eſt quod ſæpè congerronibus tuis, ſaccos Scripturarum plenos offundentibus, & nullam earum ferè capientibus, ex D.P.N. Catholico Auguſt. contra Fauſtum, lib.16.cap.3. obieci: *Qui in Euangelio quod vultis, creditis, quod non vultis, hoc non creditis, non Euangelio, ſed vobis ipſis creditis.* *Geuzæ offendunt Saccos Script. quas non capiunt.*

XXVIII. QVARE,

De Inuocatione Sanctorum.

Ioan. Caluin. lib. 3. Inſtit. cap. 20 §. 20. Lutherani & Moderni Hæretici omnes.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ inuocant Sanctos cum iniuria Mediatoris Chriſti?

ROMANO-CATHOLICVS.

I. RESPONDEO I. & Quæro abs te, Geuza, quare à tuo Archiſynagogo Luthero, Intercesſionem atque Inuocationem Sanctorũ approbante, recedis? Hæc enim diſerta eius verba, Doctoribus Louanienſibus obiecta; *Nunquam negaui nos precibus & meritis Sanctorum iuuari, quod aliqui imponunt.* Item Purgatio. ad artic. falsò ſibi impoſitos. *De ſuffragiis ſentio cum vniuerſa Chriſti Eccleſia; debere nos ſcilicet Sanctos colere & inuocare.* Hic nullas pendulas & longas auriculas, quibus preces noſtras excipiant, requirit, ſicut blaſphemus Caluinus. Scio tamen Luther. alibi ſæpè oppoſitum docere; Sed ea eſt Pſeudo-Euangelicæ inſcitiæ veſtræ agnata inconſtantia & vertigo, vt plurimas *Luther. admittit SS. interceſſionem & inuocationem.* *Agnata Hæreticis con-*

tradictionis vertigo.

etiam in eodem tract. admittatis contradictiones: quibus miſſis.

RESPONDEO ET DICO II.

SS. ſunt rerum noſtrarum conſcij.

2. QVIA Sancti rerum noſtrarum conſcij, in cœlo percipiunt preces è terra directas.

An non primò, Luc. 15. 7. *Gaudium eſt coram Angelis Dei, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente?* Si verò gaudeant Angeli, ergo illum peccatorem in terra exiſtentem, eiuſque pœnitentiam, maximè internam & voluntatis (quæ formalis eſt pœnitentia) certò cognoſcunt, niſi enim peccatoris cognoſcerent conuerſionem, de illa vtique non gauderent.

SS. in cœlo ſunt Angelis æquales.

Idem dico de Sanctis, quorum eadem eſt conditio, dicente Chriſto; Lucæ 20. 36. *Æquales enim Angelis ſunt*, quoad gloriam nempe & Beatitudinem.

Damnati ſciunt multa quæ in terra fiunt.

Deinde damnati in inferno non ignorant quæ ad ſui maiorem damnationem, à viuentibus fiunt in terra, quum diues Epulo ſepultus in inferno, ſciret fratres ſuos adhuc in terra degentes, ad ſui imitationem, perditè atque in peccatis viuere, Luc. 16. Cur non & Sancti, &c.

Diab. ſcit quæ gerantur in terra.

3. Tertiò, Diabolus, apud Iob. 1. 7. *circuiuit terram, & perambulauit eam*, vnde eorum quæ in terra gerebantur, ſcientiam habebat; multò ergo magis cognoſcent Sancti quæ à viuentibus gerantur, ad eorum gloriam maiorem; Niſi forſan Diabolum atque damnatos, Beatis dixeris feliciores. Proinde preces ad ſe directas ignorare non poſsūt, quia ad Beatorum ſtatum pertinet, vt cognoſcant preces eorum qui inuocant ipſos.

Cæterùm quomodo preces noſtras percipiant

Beati

Beati, in Verbo, an in proprio genere, & per nouam reuelationem extra Verbum, conſule Doctores in 4. Sentent. diſtinct. 45. & D. Thomam, Capreolum, Sotum, Palud. Maiorem, Gabriel. Durand. Caiet. & noſtram *Anatomiam Chriſtiani Deformati*, verſ. 25. Epiſt. D. Iudæ, ſect. 1. Indag. Catholica. Sufficiat nobis hac vice, ipſos abſolutè orationes noſtras videre, modum videndi intelligimus in cœlis. *SS. verò cognoſcũt noſtras preces, modus neſcitur.*

RESPONDEO ET DICO III.

4. QVIA licitum & meritorium eſt inuocare Sanctos, non tanquàm primarios datores gratiæ vel gloriæ, ſed tanquàm chariſſimos & conſummatiſſimos Dei amicos, vt meritis Chriſti primariò, ſuis verò ſecundariò innixi, intercedant pro nobis. Priorem partem ratio aperta conuincit, id enim certa eſſet idololatria. Poſteriorem probo, quia quum Sancti multum nobis prodeſſe poſſint, orando, impetrando, per ſe auxilium ferendo, merito à nobis, vt id præſtent, ſunt inuocandi. *SS. non inuocãtur vt primarij datores gratiæ vel gloriæ.* *SS. inuocãtur vt conſummati Dei amici.*

5. Poſſe autem nobis in cœlo prodeſſe, ex eo pateſcit, quia dum adhuc in terra eſſent peregrini & exules peccatis ſubiecti, poterãt orationibus multùm alijs prodeſſe, vt patet in Iob. cap. 1. iuſſu Dei pro amicis orante & impetrante; Populo Iſraelitico, 1. Reg. 7. Samuelem rogante vt pro ipſo orare non ceſſet: Paulo Hebr. 13. orationes fidelium pro ſe, rebuſque ſuis expetente.

Multò ergo potiori ratione, iam cum Chriſto regnantes, omnis miſeriæ expertes, perfectâ charitate & gloriâ pleniſſimi, adeoq; auctore D. Auguſt. *De ſua ſalute ſecuri, de noſtra ſolliciti,* lib. Meditat.

cap.24. poterunt pro nobis intercedendo, impetrare in cœlis, vnde à nobis ſunt inuocandi, quum per hoc promptiores reddantur.

SS. orant pro nobis.

6. Idem cõfirmant euidentiſſima Scripturæ loca, ex quibus conſtat Angelos & Sanctorum animas pro nobis orare. Ierem. 15.1. *Dixit Dominus ad me: Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad Populum iſtum.* Vbi propheta Præſupponit Sanctos orare pro Populo. Sic idem Moyſes conſtanter ſibi perſuadens, Sanctos patriarchas, etſi corpore & vitâ iſtâ mortali defuncti eſſent, animo tamen & meritis vigere, Deumque communem parentem benè illis precari; quum Iſraelem Domino conciliare vellet, ad eorundem Patriarcharum confugit patrocinium, dicens, Exod. 32. 13. *Recordare Abraham, Iſaac & Iacob ſeruorum tuorum, &c. Placatuſq́ eſt Dominus ne faceret malũ, quod locutus fuerat aduerſus Populum ſuum.*

Moyſes confugit ad merita SS. Patriarcharũ.

7. In quem locum D. Auguſt. quæſt. 149. ſuper Exod. *Admonemur quum merita noſtra nos grauant ne diligamur à Deo, releuari nos apud Deum illorum meritis poſſe, quos Deus diligit.* Ex eodem loco ita concludit D. Hieronym. lib. aduerſus Vigilant. *Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrauit à Domino veniam, & Stephanus imitator Domini ſui, perſecutoribus veniam deprecatur, & poſtquam cum Domino eſſe cœperint, minus valebunt?* Q. D. Non.

Bonum argumentum Hieronymi.

Sic 2. Machab. vlt. cap. Onias & Ieremias orant pro Populo. Sic Iacob inuocans Angelum Geneſ. 48. 16. *Angelus*, inquit, *qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris iſtis:* licitè ergo vt id præſtent, ſunt inuocandi. Plura vide in *Anatom. noſtra*, ſup.

Obiectio I.

8. *Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos,* Eſai. 63. 16.

63.16. ergò Sancti ignorant preces noſtras.

Spongia.

D.Hieronym. id exponit de Scientia Approbationis, Q. D. Abraham non habet nos pro filijs, quia à te receſſimus, non diligit, ſed contemnit nos. Aliæ verò Scripturæ in quibus dicitur mortuos res viuorum non cognoſcere, intelligendæ ſunt de cognitione naturali, nam Sancti veteris Teſtamenti non habebant illud lumen ſupernaturale in limbo, quid illis poſt Chriſti mortem eſt datum. Sic intellige, Iob cap.14: Eccl.9. Eſai.63. & 4. Reg.22.

Quomodo Abraham neſcierit nos.

Quomodo mortui dicantur non cognoſcere res viuorum.

Obiectio II.

Sancti ſunt abſentes, videlicet in cœlo, infinitè quaſi à nobis diſtante, nec vllum nobiſcum commercium habent, quomodo ergò inuocabuntur?

Spongia.

9. Quamuis loco nobiſcum non agant, tamen ſemper nobis adſunt ſpiritu, nam res noſtras, etiam preces internas & conuerſiones voluntatis cognoſcunt, noſtri curam gerunt, ſæpè etiam nobis opitulantur. Si enim Angeli per ſe poſſint ſalutaria ſuggerere, Dæmonis aſtutias patefacere, tentationes coërcere, temporalia mala auertere, vt patet in Hiſtor. Tobiæ, Daniel & Geneſ.48.16. vbi Iacob inuocãs Angelum, dicit: *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis*, & alijs Scripturæ locis.

Sancti nobis ſpiritu ſemper adſunt.

10. Cur nõ idipſum poſſint alij Sancti poſt Chriſti mortem, tum quia ſunt ſimiles Angelis, Sapientiâ, charitate & potentiâ; tum quia non ſunt concluſi abditis quibuſdã receptaculis, vt Hæretici noſtri cum Vigilantio ſomniãt, ſed poſſunt eſſe vbi placuerit, vt docet D. Hieron. cõtra Vigilant.

Angeli poſſũt eſſe vbicunq; placuerit.

in initio: *Si agnus vbique, ergo hi, qui eunt agnoſcunt, vbique eſſe credendi ſunt, id eſt, vbicunque volunt, & quum Diabolus & Dæmones toto vagentur in orbe, & celeritate nimiâ vbique præſentes ſint; Martyres poſt effuſionem ſanguinis ſui, arcâ operientur incluſi; & inde exire non poterunt?* Taceo quòd idem doceant omnes Patres & innumera exempla.

Obiectio III.

Vnus eſt Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, 1. ad Timoth. 2. 1. Ergò cum iniuria eiuſdem, plures intercеſſores & Mediatores ponunt Papiſtæ; Quam blaſphemiam nos Reformati odimus vehementer.

Spongia.

Omnes Reformati Chriſto ſunt iniurij.

11. Nullam Pontificij Chriſto Mediatori inferunt iniuriam, dum Sanctorum aſtruunt inuocationem, benè autem Anabaptiſtæ, Lutherani, Caluiniſtæ, Geuzæ, Euãgelici, Reformati, dum eundem Chriſtum Seruatorem, omni reuerentiâ ac gratiarum actione digniſſimũ, blaſphemè, eorum quidam vocant IMPOSTOREM MVNDI, Caluino-turciſmi, lib. 1. cap. 1. Dum omnia myſteria vitæ mortiſque eius irrident, verbum Diuinum traducunt, adulterant, lacerant Chriſti amicos Sanctos calumnijs, blaſphemijs, iniurijs proſcindunt; maximè verò ſanctiſſimam Deiparam Mariam; (quam aliqualem virginitatis imminutionem in partu ſenſiſſe, Beza lib. de vbiquitate carnis Chriſti, docet) credere quippe nequeo illum ſyncerè diligere filium, qui turpiter inhonorat Matrem, vel reuereri Principem, qui eiuſdem ſpernit domeſticum.

Beza contra virginalem partum Mariæ.

12. Dico ergo, Chriſtum vnicum eſſe Dei & hominum MEDIATOREM (*vnus eſt Mediator Dei &*

hominum

hominum homo Chriſtus Ieſus, ſup.) videlicet Principalem, ob quatuor cauſas. Primò, quia non tãtùm officio, ſed etiam naturâ eſt Mediator, ſeu inter Deum & hominem medius, inquantum vtriuſque particeps eſt naturæ, Diuinæ & humanæ. II. Quia nos reconciliauit, non ſolùm deprecando, ſed etiam cõdignè pro debitis noſtris ſoluendo. III. Quia ſatisfecit ex proprijs. IIII. Quia pro omnibus. Quæ Sanctis non conueniunt, quum Mediatores duntaxat ſint ſecundarij, non habentes vtriuſq; participationem naturæ, non reconciliantes ex proprijs, ſiue, quæ habeant ex ſeſe, ſed gratuitis: Nec pro omnibus, nec per modum ſolutionis, ſed deprecationis.

Chriſtus eſt ſolus Mediator Principalis, ob 4. cauſas.

SS. Mediatores ſunt ſecũdarij.

13. Rectè interim dicuntur Mediatores, quia verè intercedunt pro nobis, deprecantes & D. munera nobis conciliantes, ſicut Moyſes dicitur ſequeſter & Mediator inter Deum & Populũ, quia in Pop. fauorem, Deo eſt locutus, eiuſque pactum Pop. explicauit; *Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo*, Deuter. 5. 5.

Hæc autem deprecandi virtus, quum ex meritis Christi deſcendat, potiùs ad eiuſdem tanquam cauſæ primæ honorem, quam iniuriam cedit: eò quod (ſecundum noſtram & veritatis aſſertionem) creaturas ſub ſe habeat cauſas ſecundas; Ita namque efficacem aſtruimus Chriſti [illegible] [illegible]iet, ſed etiam renem, vt non tantùm noſ[illegible] [illegible], videlicet reconciliatione ſibi concili[illegible] ſubordinatâ & ab ipſo iugiter reſultante: Sancti enim pro nobis orantes, primariò nituntur & orant per merita Chriſti, quum quicquid nobis datur, principaliter propter Chriſti merita detur, vt colligitur ex cap. 1. ad Epheſ. Secundariò etiam

Efficacitas [illegible] Chriſti.

SS. primariò nituntur meritis Chriſti ſecundariò ſuis.

per merita ſua: licet enim ex condigno compenſata ſint, ita vt nihil amplius illis debeatur ex iuſtitia, tamen ex amicitia, multa eis deberi poſſunt, vt patet exemplis humanis.

14. Sunt ergò eorum merita ratio ſecundaria beneficiorum Dei, ſiue quod hic & nunc ſe applicet Deus & determinet ad hæc vel illa beneficia danda ob merita Chriſti, quæ ſunt ratio principalis, ob quæ Deus confert beneficia, quotieſcumque confert.

SS. veteris Teſtam. non fuerunt inuocati, vt in nouo.

Coronidis loco dico, nec Sanctos in veteri Teſtamento ſolere, vt in nouo, inuocari, quia nondum erant in gloria vt preces noſtras cognoſcere poſſent, ſicut nec illi qui ſunt in Purgatorio.

XXIX. QVARE,

De Veneratione Imaginum.

GEVZA REFORMATVS.

Hæretici huius temporis omnes.

Vbi ſcriptum eſt, licitum vobis eſſe, Chriſti & Sanctorum imagines in Templis habere, eaſq; mille Superſtitionibus genuflexionis, nudationis Capitis, oſculi, amplexus, luminum, &c. venerari?

ROMANO CATHOLICVS.

Geuza omnibus imag. fractis, ſoli parcunt impio latroni, in vrbe Antuerpienſi.

I. RESPONDEO I. & reciprocè Quarizo; vbi ſcriptum eſt, licere vobis Sanctorũ Imagines frangere, [illegible] Templis exturbare, malorum verò, immo Idolorum pi[illegible] & ſtatuas retinere? An non recordaris, in celeberrim[illegible] Antuerpiani Templo, Deiparæ Virgini ſacro, omnibus Chriſti & Sanctorum Imaginibus ac ſtatuis, anno 1566. ſacrilegè confractis, exuſtis, prophanatis: improbi tamen Latronis Chriſtum blaſphe-

blaſphemantis, ſtatuæ, ſocios tuos Lutheranos & Caluinianos peperciſſe, eamque priſtino loco palàm donâſſe? An non impiâ hac factione, Latronem Chriſto præferendum iudicaſtis? Et quid dico latronem?

2. Nonne hodie in Principe noſtra ciuitate Bruxellenſi, viri grauiſſimi atque omni exceptione maiores teſtes oculati, imprimis D. Guilielmus le Mire; Reuerendiſs. Ioannis le Mire, quondam Antuerpienſium Epiſcopi frater, (quos honoris cauſa nomino) teſtantur, dum anno 1581. 24. April. in ædem D. Nicolao ſacram, furibundam iconomachiam inferretis, atque adeò inter cæteras ſtatuas & imagines à vobis ſacrilegè concrematas, in certam tabulam pictam (cuius medium Saluatorem iudicio extremo præſidentem; Dextera, cæcum Tobiam cum vxore; ſiniſtra, patientiſſimum Iob, vna cum Diabolo à tergo percutiente, præferebat) incidiſſetis; Saluatore ac gemino patientiæ exemplari, Tobiâ ac Iobo, ſcalpris, clauis, aut cuſpide ferratâ, eraſis; ſoli Diabolo vos peperciſſe, ipſum ſolum intactum reliquiſſe? Nonne indigniſſimâ hac exceptione, quem demum Geuziſmi delegeritis Patronum, certò demonſtrâſtis?

3. An non infandis & pluſquàm Mahumetanis ludibrijs, Chriſti à cruce pendentis, aliorumque Sanctorum Imagines exagitantes, his planè barbaris, ſcurrilibus & blaſphemis vocibus: *Si Chriſtus es, ſi filius Dei es, ſi quis Sanctorum es, aut aliquid potes, [illegible] V E LES GEVX, atque ita tuam imaginem non confringemus,* [illegible]âſtis, boâſtis, conſpuiſtis, apud Sur. in Annal. anno 15[illegible] An non Veneris, Iouis, Martis, &c. Statuas, plerique veſtrûm con-

Blaſphemia Geuzarum in Crucifixũ & SS. Imag.

per merita ſua: licet enim ex condigno compenſata ſint, ita vt nihil amplius illis debeatur ex iuſtitia, tamen ex amicitia, multa eis deberi poſſunt, vt patet exemplis humanis.

14. Sunt ergò eorum merita ratio ſecundaria beneficiorum Dei, ſiue quod hic & nunc ſe applicet Deus & determinet ad hæc vel illa beneficia danda ob merita Chriſti, quæ ſunt ratio principalis, ob quæ Deus confert beneficia, quotieſcumque confert.

SS. veteris Teſtam. non fuerunt inuocati, vt in nouo.

Coronidis loco dico, nec Sanctos in veteri Teſtamento ſolere, vt in nouo, inuocari, quia nondum erant in gloria vt preces noſtras cognoſcere poſſent, ſicut nec illi qui ſunt in Purgatorio.

XXIX. QVARE,

De Veneratione Imaginum.

GEVZA REFORMATVS.

Hæretici huius temporis omnes.

Vbi ſcriptum eſt, licitum vobis eſſe, Chriſti & Sanctorum imagines in Templis habere, eaſq; mille Superſtitionibus genuflexionis, nudationis Capitis, oſculi, amplexus, luminum, &c. venerari?

ROMANO CATHOLICVS.

Geuza omnibus imag. fractis, ſoli parcunt impio latroni, in vrbe Antuerpienſi.

1. RESPONDEO I. & reciprocè Quarizo; vbi ſcriptum eſt, licere vobis Sanctorũ Imagines frangere e Templis exturbare, malorum verò, immo Idolorum picturas & ſtatuas retinere? An non recordaris, in celeberrimi Emporij Antuerpiani Templo, Deiparæ Virgini ſacro, omnibus Chriſti & Sanctorum Imaginibus ac ſtatuis, anno 1566. ſacrilegè confractis, exuſtis, prophanatis: improbi tamen Latronis Chriſtum blaſphe-

blaſphemantis, ſtatuæ, ſocios tuos Lutheranos & Caluinianos peperciſſe, eamque priſtino loco palàm donâſſe? An non impiâ hac factione, Latronem Chriſto præferendum iudicaſtis? Et quid dico latronem?

2. Nonne hodie in Principe noſtra ciuitate Bruxellenſi, viri grauiſſimi atque omni exceptione maiores teſtes oculati, imprimis D. Guilielmus le Mire; Reuerendiſs. Ioannis le Mire, quondam Antuerpienſium Epiſcopi frater, (quos honoris cauſa nomino) teſtantur, dum anno 1581. 24. April. in ædem D. Nicolao ſacram, furibundam iconomachiam inferretis, atque adeò inter cæteras ſtatuas & imagines à vobis ſacrilegè concrematas, in certam tabulam pictam (cuius medium Saluatorem iudicio extremo præſidentem; Dextera, cæcum Tobiam cum vxore; ſiniſtra, patientiſſimum Iob, vna cum Diabolo à tergo percutiente, præferebat) incidiſſetis; Saluatore ac gemino patientiæ exemplari, Tobiâ ac Iobo, ſcalpris, clauis, aut cuſpide ferratâ, eraſis; ſoli Diabolo vos peperciſſe, ipſum ſolum intactum reliquiſſe? Nonne indigniſſimâ hac exceptione, quem demum Geuziſmi delegeritis Patronum, certò demonſtrâſtis?

3. An non infandis & pluſquàm Mahumetanis ludibrijs, Chriſti à cruce pendentis, aliorumque Sanctorum Imagines exagitantes, his planè barbaris, ſcurrilibus & blaſphemis vocibus: *Si Chriſtus es, ſi filius Dei es, ſi quis Sanctorum es, aut aliquid potes, [illegible] E LES GEVX, atque ita tuam imaginem non confringemus,* [illegible]âſtis, boâſtis, conſpuiſtis, apud Sur. in Annal. anno 15[illegible] An non Veneris, Iouis, Martis, &c. Statuas, plerique veſtrûm

Blaſphemia Geuzarum in Crucifixi & SS. Imag.

per merita ſua : licet enim ex condigno compenſata ſint, ita vt nihil amplius illis debeatur ex iuſtitia, tamen ex amicitia, multa eis deberi poſſunt, vt patet exemplis humanis.

14. Sunt ergò eorum merita ratio ſecundaria beneficiorum Dei, ſiue quod hic & nunc ſe applicet Deus & determinet ad hæc vel illa beneficia danda ob merita Chriſti, quæ ſunt ratio principalis, ob quæ Deus confert beneficia, quotieſcumque confert.

SS. veteris Teſtam. non fuerunt inuocati, vt in nouo.

Coronidis loco dico, nec Sanctos in veteri Teſtamento ſolere, vt in nouo, inuocari, quia nondum erant in gloria vt preces noſtras cognoſcere poſſent, ſicut nec illi qui ſunt in Purgatorio.

XXIX. QVARE,

De Veneratione Imaginum.

GEVZA REFORMATVS.

Hæretici huius temporis omnes.

Vbi ſcriptum eſt, licitum vobis eſſe, Chriſti & Sanctorum imagines in Templis habere, eaſq; mille Superſtitionibus genuflexionis, nudationis Capitis, oſculi, amplexus, luminum, &c. venerari?

ROMANO CATHOLICVS.

Geuzæ omnibus imag. fractis, ſoli parcunt impio latroni, in vrbe Antuerpienſi.

I. RESPONDEO I. & reciprocè Quarizo; vbi ſcriptum eſt, licere vobis Sanctorũ Imagines frangere, e Templis exturbare, malorum verò, immo Idolorum pro[illegible] & ſtatuas retinere? An non recordaris, in celeberrimi [illegible] Antuerpiani Templo, Deiparæ Virgini ſacro, omnibus Chriſti & Sanctorum Imaginibus ac ſtatuis, anno 1566. ſacrilegè confractis, exuſtis, prophanatis : improbi tamen Latronis Chriſtum blaſphe-

blaſphemantis, ſtatuæ, ſocios tuos Lutheranos & Caluinianos peperciſſe, eamq́ue priſtino loco palàm donâſſe? An non impiâ hac factione, Latronem Chriſto præferendum iudicaſtis? Et quid dico latronem?

2. Nonne hodie in Principe noſtra ciuitate Bruxellenſi, viri grauiſſimi atque omni exceptione maiores teſtes oculati, imprimis D. Guilielmus le Mire; Reuerendiſs. Ioannis le Mire, quondam Antuerpienſium Epiſcopi frater, (quos honoris cauſa nomino) teſtantur, dum anno 1581. 24. April. in ædem D. Nicolao ſacram, furibundam iconomachiam inferretis, atque adeò inter cæteras ſtatuas & imagines à vobis ſacrilegè concrematas, in certam tabulam pictam (cuius medium Saluatorem iudicio extremo præſidentem; Dextera, cæcum Tobiam cum vxore; ſiniſtra, patientiſſimum Iob, vna cum Diabolo à tergo percutiente, præferebat) incidiſſetis; Saluatore ac gemino patientiæ exemplari, Tobiâ ac Iobo, ſcalpris, clauis, aut cuſpide ferratâ, eraſis; ſoli Diabolo vos peperciſſe, ipſum ſolum intactum reliquiſſe? Nonne indigniſſimâ hac exceptione, quem demum Geuziſmi delegeritis Patronum, certò demonſtrâſtis?

3. An non infandis & pluſquàm Mahumetanis ludibrijs, Chriſti à cruce pendentis, aliorumq́ue Sanctorum Imagines exagitantes, his planè barbaris, ſcurrilibus & blaſphemis vocibus: *Si Chriſtus es, ſi filius Dei es, ſi quis Sanctorum es, aut aliquid potes,* [illegible] *LES GEVX, atque ita tuam imaginem non confringemus,* [illegible]âſtis, boâſtis, conſpuiſtis, apud Sur. in Annal. anno 15[illegible]. An non Veneris, Iouis, Martis, &c. Statuas, plerique veſtrûm

Blaſphemia Geuzarum in Crucifixi & SS. Imag.

Geneua retinent imagines idolorũ. Calu. effigies circumfertur Geneuæ.

conclauibus ſuis excipiunt? An non Caluini effigiem ſculpi, publiceque per compita erigi, ex collis etiam ſtolidulorum quorundam, tam virorum quàm fœminarum geſtari, Geneua vidit, & ipſe patienter Caluinus tulit, teſte Bolſec. in vita eius, cap.12? Hæc vbi in S. Pagina legiſtis? Quoties confratres veſtros hac de cauſa idololatriæ inſimulâſtis? Certè numquam & nuſquam.

Lutherus reprehendit Iconomachos.

4. An non in Archimagiſtri veſtri Lutheri lib. contra cœleſtes Prophetas edito, hanc Reg. legiſtis, vt *Prædicatoribus qui imagines per plebem eÿci iubent, aquâ & igni interdicatur, aut tale in eos exemplum edatur, vt abſtinere deinceps neceſſe habeãt, eò quod ab imaginum demolitione veniatur ad cædem?* Item: *Spiritus Iconomachorum non eſt bonus. ſpirat enim cædes & ſeditiones, etiamſi celet & diſſimulet ad tempus, quamdiu non videt oportunitatem?* Numquã præcurſorem & confœderatum veſtrum Eraſmum Rotterodamum Epiſt. Vulturio Neocomo anno 1529. datâ, hanc Pſeudo-Euangelicam factionem veſtram improperantem, legiſtis; *Excuſſæ ſunt,* (ait) *è templis ſtatuæ; Sed quid refert, quum nihilo ſeciùs in animo colantur idola vitiorum?* Quod maximè in modernis Reformatis, Venerem & Bacchum impensè colentibus, locum habet; quæ idola priùs exigite pectoribus veſtris, antequàm ad Templorum Cathol. Reformationem vos accingatis.

Reformati Iconomachi ſunt ſpirituales idololatræ.

RESPONDEO ET DICO II.

Vſus Imaginum licitus.

5. QVIA vſus imaginum Chriſti, Angelo[illegible] [illegible]licitus, ſoli-Sanctorum & Dei, tan[illegible] diſſimum habet in S[illegible]ptur. fundamentum: ſi tamen puris m[illegible]tis oculis eam placeat intueri.

P[illegible]imò, non legiſtis aliquando in Geneſ. 1. *Deum,*

Deum, Adamum & Euam, ad imaginem ſuam formâſſe, id eſt, valde Deo ſimiles? II. Iuſſu Dei fiunt imagines Cherubim ſuper arcam, Exod. 25. 18. *Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex vtraq; parte oraculi: Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero;* In veteri ergo Teſtamento quando Pop. valdè erat idololatriæ addictus, habemus imagines & figuras Angelicarũ creaturarum Cherubim. III. Numero 21. 9. Mandante Deo *fecit Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno, quem cum percuſsi aſpicerent, ſanabantur.* Abſit autem vt Deum idcircò quis dicat Idololatricum; minus Eccleſiam, dum Sanctorum retinet imagines, earumq; vſum ad Chriſtum vſque deducit, qui linteo benedictæ faciei ſuæ applicato, viuaciſſimam imaginem expreſſit & ad Abgarum Regem miſit, teſte Damaſc. orat. 1. de Imag. & Euagr. lib. 4. Hiſtor. cap. 26.

Mandante Deo fiunt Imagines.

Chriſtus exprimit imaginem ſui.

6. Idem docent omnes Patres, & ratio ipſa ſuadet. Primò, quia vſus imaginum nec eſt malus, quia prohibitus (nuſquàm enim id Scripturis vel Traditione conſtat) nec eſt intrinſecè malus, ſicut Necromantia, Chiromantia, &c. Quia ars pictoria & ſtatuaria alioqui eſſet mala, quod eſt abſurdum, quum hanc artem ipſemet Deus ſupernaturaliter infuderit Ooliab & Beſeleeli, Exod. 31. Secundò vſus imaginum eſt vtiliſſimus; reuocant enim in memoriam beneficia Diuina Sanctis collata, ſicut & exempla virtutum, vnde implicitè ad imitationem & gratitudinẽ prouocamur. Tertiò mente concipere poſſum Chriſti paſſionem cum omnibus circumſtantijs, & Sanctos vt virtutibus incumbentes: Item ſpecies corporeas in quibus Deus aliquãdo viſus eſt, v.g. quando Eſai. 1. 6. *vidit Dominũ in ſolio ad inſtar Regis conſedentẽ:* cur non idem

Ars ſtatuaria à Deo infuſa.

foris

foris exprimere, atque efformare poſſum figuris? Hunc nodum ſoluere non vales.

In Eccleſia imagines ponendæ.

7. Maximè tamen in Eccleſia imagines collocari debent, quum ibi præcipuè vtilitates ſuas præſtent; eò enim homines conueniunt vt in ſe excitent fidem, ſpem, charitatem, Religionem & imitationem Sanctorum: vnde tempore Iuliani Apoſtatæ, Chriſtiani imaginem Chriſti, quam illi erexerat Hemorroiſſa, in Templum intulerunt, teſte Soſomen. lib. 5. Hiſtor. cap. 20. Apertum proinde eſt mendacium Caluin. aſſerentis, primis quingentis annis, Imagines in Templis non fuiſſe viſas.

Chriſti imago ponitur in Templo.

RESPONDEO ET DICO III.

Externo honore afficiendæ imagines.

8. IMagines Chriſti & Sanctorum aliquo honore externo, ſeu materiali & externâ adoratione ſunt afficiendæ, vt genuflexione, capitis nudatione, &c. Probo ex Pſalm. 98. 5. *Adorate ſcabellum pedum eius*, hoc eſt, Arcam; quæ ita nominatur, quia ſupra eam erat Propiciatorium, veluti quædam Dei ſedes quæ tenebatur à duobus Cherubim, vnde & Dominus dicitur ſedere ſuper Cherubim. Iam verò ſi Arca adoranda eſt, quia Sancta eſt, id eſt; Deo dicata, etiam imagines ſunt adorandæ, quia ſanctæ ſunt, referunt enim res ſanctas, & Diuino cultui ſunt dicatæ.

Propiciatorium.

9. Deinde ſerpens æneus ſup. quum eſſet figura Chriſti; Ioan. 3. multorum Doctorum, imprimis D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 10. ſententiâ, quâdam corporis inclinatione adorabatur: Cur non & Imagines Sanctorum, quia honor earum tranſit ad Prototypon?

Serpēs æneus corporis inclinatione adorabatur.

Taceo cultum imaginum multis miraculis à Deo

Deo confirmatum, de quo Molanus cap. 6. de Imag.

10. Nec verò vllam ſapit Superſtitionem cereos ante Imagines Sanctorum accendere, ſtatuas in ſupplicationibus circumferre, &c. niſi quis ſuperſtitioſum dicere velit Deum, cuius mandato in veteri Lege, antè vmbratilem fœderis arcam, lumen ardebat, item Arca, ſummâ pompâ circumferebatur, Exod. 27. & Ioſue 6. hæc enim & ſimilia, gaudium noſtrum exprimunt, vt patet dum victoriâ partâ, ignes extruimus triumphales. *Nulla ſuperſtitio in Cathol. imaginum vſu.*

RESPONDEO ET DICO IIII.

11. SI Imagines ſecundum ſe conſiderentur, excluſo exemplari, non ſunt capaces adorationis vel externæ notæ ſubmiſſionis, propter exemplar (ſunt enim res inanimes, nullo modo capaces honoris, contumeliæ, iuris, quorum omnium, ſola natura rationalis eſt capax) benè autem ſi in illis exemplar conſideretur atque à nobis apprehendatur, quod eſt proximus terminus *formalis atque internæ adorationis:* Neque enim interius agnoſcimus imagines ex ſe, nobis ſuperiores, nec interno affectu nos illis tanquam minores & ſeruos ſubijcimus, tanquam maioribus & Dominis noſtris, proinde ipſæ ſecundum ſe nullo modo ſunt adorandæ, ſcilicet vt ab Exemplari ſeiunctæ. Ex quo patet rationem imaginis poſitam eſſe, non in materia, ſed repræſentatione, nec coli lapides vel ligna, ſed totum honorem qui imagini defertur, redundare in Prototypon, quum imago & Prototypon non conſiderentur vt res duæ, ſed vna. *Imagines honorandæ ſi in illis exemplar apprehendatur.* *Ratio imaginis conſiſtit in repræſentatione.* *Imago & Prototypon conſiderantur vt res vna.*

RESPONDEO

RESPONDEO ET DICO V.

12. ETſi numquam adoretur imago vt talis quin eâdem adoratione adoretur Prototypon, eaque adoratio reſpectu Prototypi ſit Latria vel Dulia; tamen reſpectu Imaginis non eſt, ſed ſolùm honoraria ſalutatio & ſimplex ſubmiſſionis nota. Prior pars patet ex dictis, quia imagine conſpectâ, ita apprehendimus Prototypon, ac ſi reuera eſſet præſens atque imagini incluſum, vnde totus affectus ſeruitutis, fertur in exemplar, ex quo ſequitur externa nota ſubmiſſionis. Poſterior etiam patet, quia honor non exhibetur imagini ex affectu ſeruitutis ad imaginem, ſed ad exemplar, proinde non eſt ſeruitus imaginis, ſed exemplaris: externa tamen adoratio eſt eadem materialiter, etſi non eandem ſubeat rationem formalem.

Imagini non defertur formalis Latria vel Dulia, ſed externa ſolum ſubmiſſionis nota.

Obiectio I.

13. Exod.20.4. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper & quæ in terrâ deorſum.*

Spongia.

Non prohibet hic Deus omnem picturam, quippe qui ſupr. & Cherubim & æneum ſerpentem fieri mãdauit, ſed Gentilitiam Idololatriam, quum Ethnicorum aliqui arbitrarentur Idolum illud vel imaginem illam eſſe Deum, *dicentes ligno: Pater meus es tu, & lapidi: Tu me genuiſti.*

Opiniones Gentilium circa Idola.

Alij verò aſſerebant idola, corpora eſſe Deorum & eorum receptacula, quibus ipſi tanquam ſpiritus corporibus inſidentes, non parùm ſanctitatis impertirent. Alij denique exiſtimabant Deum eſſe corporeum in cœlis verſantem, vnde

Idola

Idola dicebant eſſe Dei figuras. Quæ omnia velut Naturæ Lege illicita, prohibet Deus, nolens vt mente infideli aliquam facerent ſimilitudinem, quàm cultu Diuino Latriæ colerent & adorarent, vt patet ex antecedente totius præcepti ratione, Exod. 20. 2 *Ego enim ſum Dominus Deus tuus.* Hæc autem non faciunt Romano-Catholici. Eodem modo exponuntur aliæ plures Scripturæ.

Obiectio II.

14. Eſai. 4. 18. *Cui ſimilem feciſtis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?*

Spongia.

Loquitur de Imagine quæ exactè & ad viuum Deum repræſentet, quomodo etiam Patres aliqui dicunt nefas eſſe, Deo ponere imaginem: Nos autem loquimur de imagine quæ Deum Analogicè repræſentet, quatenus res ſpiritales vtcumq; poſſunt corporalibus formis adumbrari.

Obiectio III.

Sapit idololatriam imagines adorare, proinde benè faciunt noſtri Reformantes, eas tollendo, & tam ſcandaloſo piaculo, Populum eripiendo.

Spongia.

15. Vtinam Geuzæ idola vitiorum è ſuis & Pop. cordibus tollerent, & hanc prætenſam idololatriam ſubticerent. Nunc ad argumentum dico; quum Magiſtros in Iſrael vos profiteamini, miror quod ignoretis, formalem Latriam connotare internum affectum ſeruitutis & ſubmiſſionem ad alterũ tanquàm ad primum rerum omnium principium; Qui internus affectus & ſubmiſſio interna, à nullo Romano-Catholico vel Papiſta defertur imaginibus Chriſti vel Trinitatis, at ſoli exemplari,

Geuzæ tollẽtes imagines, non auferunt à ſe idola vitiorum.

Quid connotet formalis latria.

XXX. QVARE,

De Peregrinationibus.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Deuotarij & Deuotariæ veſtræ ſuſcipiunt inanes, periculoſas, & (vt Superintendens noſter Ioan. Caluinus ait, manifeſtâ impietate plenas, *Peregrinationes ad loca Sancta, imagines, & Reliquias Sanctorum, maximè quum videamus multos hodie ad Aſpricollia Deiparæ limina propè Dieſtium in Brabantia, ſuperſtitioſè currere, & tamen Deus ſit vbique?* *Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 13. § 7. & cum eo Reformati Geuzæ.*

ROMANO-CATHOLICVS.

1\. RESPONDEO I. & rogo, quare ante annos plus minus quadraginta nouem, ab extremis Germaniæ finibus, confratres tui Lutherani, ex ſolo Reformatæ Religionis zelo, longiuſculâ Peregrinatione ſuſceptâ, Mechliniã (ſolum meum hoc eſt natale) ſunt prolapſi, ibique cum ſuſpirijs, oculorum in cœlos eleuatione, ploratibus, & mutuæ fidei commemoratione, venerati ſunt locum (forum intelligo) in quo propter Hæreticæ perfidei ac vitæ impietatem, meritiſſimas Iuſtitiæ pœnas dederat Ioannes Boots, aliàs Lepeler? quinimò terram, incinerato per Vulcanum corpori, ſubſtratam, Reliquiarũ loco, in Patriam tulerunt? An non hæc idololatrica Superſtitio? Quam tamen non reprehenditis. *Lutherani peregrinātur Mechliniam ad exuſti Hæretici Reliquias.*

RESPONDEO ET DICO II.

2\. QVIA Patres, Concilia, & Ratio in fide fundata, commendant Peregrinationes vt pias, Religioſas & S. Scripturæ conſonas. *Peregrinationes piæ ſunt & Religioſæ.*

Digitized by Google

tum,Deum & Sanctos magnifieri à nobis, quum itineris moleſtias & pericula ſubeamus, vt Diuinis miraculis celebria loca, imagines & Sanctorum Reliquias inuiſamus?

Quod ſi virginibus & mulieribus illas ſpiritaliter exceperis eſſe periculoſas: Dico ſaltem viris & maturis Matronis, illiſque quibus nihil aut parum imminet periculi, vtiles peregrinationes eſſe. Quomodo verò Deipara virgo poſt acceptũ Spiritum S. viſitârit myſtica Chriſti loca; Vide *Viticulam noſtram Marianam*, Pampino 18. in fine. *Deipara Virgo viſitauit pia loca Filij.*

Puluiſculus Caluinianus.

Deus eſt vbique, ergo &c.

Spongia.

6. Fateor, vbique eſt Deus; at in omni loco miracula edere non vult; vti patet in probatica piſcina, vbi non extra, & ſtatutis quidem temporibus, Deo placebat, illius, non alterius Aquæ motu, ſanare *multitudinem languentium, cæcorum, claudorum, arridorum*, Ioan. 5. 3. Cur autem virtutem ſuã vni potiùs quàm alteri loco alligârit, vt putà ſuo ſepulchro, Probaticæ Piſcinę, Liminibus Apoſtolorum Petri & Pauli, domui Lauretanæ, & Hallenſi, Aſpricolli prope Dieſtium in Belgio, &c. nõ aliis montibus, collibus, Regionibus, Aquis locis; Chariſſime, ſi nolis errare, noli indagare. Tibi ſufficiat id eum velle, id ei placere; *Quis enim eius conſiliarius fuit?* Rom. 11. 34. *Deus non vbique operatur miracula*

Corollariè ſequitur non eſſe impias, quæ hodie ad Aſpricollia Dei paræ limina inſtituuntur, Peregrinationes.

Digitized by Google

Quod quum tetigiſſet oſſa Heliſai, reuixit homo & ſtetit ſuper pedes ſuos, 4.Reg.13.22.

3. Tertiò, in nouo Teſtam. Deus vmbrâ D. Petri, ſudarijs, ac ſemicinctijs D.Pauli, languores ſanat ac dæmones eijcit, Actor. 5. & 19. Cur nos eaſdem Reliquias in pretio non habeamus?

Quartò, quia SS. Reliquiæ nobis magis eorum imprimũt memoriam, quàm imagines, & conſequenter intenſiùs nos excitant ad eorũ amorem, imitationem, ac Societatis deſideriũ, qua vel ſola de cauſa veneratione ſunt digniſſimæ. *Reliquia imprimunt memoriam Sanctorum.*

Deinde ſicut olim viua fuerunt Spiritus ſancti domicilia: ita poſt mortem non arida (vti blaſphemas) ſed efficacia ſunt inſtrumenta, per quæ Deus mira operatur, nobiſque multiplicia beneficia præſtat, quibus plena eſt Eccleſia. Quæ cauſa eſt quod à Diabolo eiuſque Miniſtris tantopere horreantur & oppugnentur. *Diab. horret Reliquias.*

4. Aduerte tamen ipſas per ſe, vt ſeiunctæ conſiderantur ab ijs quorum ſunt Reliquiæ, non eſſe colendas, verùm vt quodammodo coniunctæ à nobis apprehenduntur, eo prorſus modo, quo ſupradictum eſt de Imaginibus: Sunt enim res inanimes, quæ non ſunt capaces honoris vel contumeliæ ſecundum ſe, verùm quatenus excitant memoriam eorum quorum ſunt, qui apprehenduntur tanquàm præſentes, vnde naſcitur erga ipſos affectus ſeruitutis & ſubmiſſionis, qui exprimitur oſculo, amplexu, lumine, circumgeſtatione, vel aliâ ſimili notâ externâ, Reliquijs delatâ. *Reliquia vt colantur.*

5. Ex quo ſequitur realem Chriſti Crucem, clauos, ſpinam, lanceam, præputium in terris relictum, & ſanguinis guttas (quæ Saluatoris corpus aliquando attigerunt, vel eius pars fuerunt) eiuſ- *Realis Chriſti Crux colitur latriâ per accidens.*

dem ſpeciei adoratione Latriâ dictâ, coli, quâ eius imago, videlicet nõ per ſe, ſed per accidens, nõ latriâ in ſpiritu, ſed in nota externa ſubmiſſionis. Fateor interim intenſiorem eſſe venerationem & deuotionem erga realem Chriſti Crucem, Præputium, Spinas, quàm erga imaginem duntaxat repræſentantem; quia illa maiorem cum Chriſto habent coniunctionem, vt pote quæ ipſum realiter aliquando attigerunt, ſanguine eius actualiter conſperſa fuerunt, pars corporis aliquando fuerũt Quibus modis imago duntaxat ipſius, coniuncta non fuit.

Intenſior eſt deuotio erga reale Chriſti crucẽ, quam imaginem.

Vide dicta ſup. *Quare* 29. in fine, vbi diximus imagines per accidens Latrię vel Duliæ cultu adorari, inquantum hi cultus competunt exemplaribus, quibus imagines accidentaliter, per noſtram apprehenſionem, ſunt coniunctæ.

RESPONDEO ET DICO III.

6. VEneramur Chriſti Crucem, ſpinas, lanceam, &c. non labia Iudæ Proditoris, licet benedictum ſimiliter eius attigerint corpus; ratio enim diuerſitatis eſt, QVIA labia iſta ſunt pars hominis impij, vnde non poſſunt honorari, quin etiam impius cenſeatur honorari, honor enim propriè eſt Perſonæ. Secus eſt de Cruce, Spinis, &c. quæ non ſunt partes illorum hominum, ſed ſunt res per ſe innoxiæ. Taceo quod tactus ipſe paſſiuus, nullo modo fuit peccatum in cruce; contactus verò & oſculum labiorum Iudæ, culpâ (ſaltem vt inſtrumentum coniunctum) non vacauit.

Quare non veneremur labia Iudæ.

Obiectio I.

Chriſtus Iudæis minatur, Lucæ 11. 47. *Væ vobis*

bis qui ædificatis monumenta Prophetarum: Patres autem veſtri occiderunt illos, profectò teſtificamini quod conſentitis operibus Patrum veſtrorum, quia ipſi quidem occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra.

Spongia.

7. Saluator non idcircò eos reprehendit, quod hæc monumenta Prophetarum ornarēt, ſed quòd non imitarentur eos, quorum monumenta ædificabant vel ornabant, ſed potiùs illos qui Prophetas occiderant, atque ita ſeipſos condemnarent.

Obiectio 11.

Periculum idololatriæ Populo ſternit Reliquiarum cultus, ergo ille & Reliquiæ tollendæ, quod fit per eam, quam ſtudiosè intendimus, Reformationem noſtram.

Spongia.

Friuolum eſt quod obtendis, quia cultus Reliquiarum, implicita eſt Idololatriȩ deteſtatio; Martyres quippe vt idololatriam deſtruerent, viriliter mortem oppetiêrunt; vnde qui Martyris Reliquias colit, ſe indicat gaudere de Martyris zelo, quo idololatriam deſtruxit. *Cultus Reliquiarum eſt implicita idololatria deteſtatio.*

8. Quare, mi Geuza, ſi ſyncerè loquamur, non zelo Diuini honoris, vel extirpandæ idololatriæ, moueris, non vos mouemini Reformati omnes, dum ſacras Reliquias expilatis, diſturbatis, euertitis, & Reliquiarum fauiſſas prophanè reformatis. Alius vos calceus premit: Vis dicam verbo?

Ornamenta SS. Reliquiarum, vt putà Thecas, aurum, argentū, margaritas, Byſſum, calices, &c. venamini, diripitis, & furamini, *Fur enim non venit niſi vt furetur & mactet*, Ioan. 10. 10. vnde duas veritates ad rem enuntiauit de vobis & cōfœdera- *Geuza quærunt ornamēta Reliquiarum, non ipſas.*

tis veſtris, Erudiciſſimus S. Theol. Doctor D. Thomas Stapletonus, Promptuar. Cathol. Fer. 3. Pent. §. 4. vbi furis atque latronis examinat Notam.

Prima veritas.

ECCLESIÆ REFORMATÆ FACTA SVNT ABLATIVA.

Opera Geuzarum ablatiua.

9. An non Ablatiua, deſtruere & expilare Templa, Monaſteria, Xenodochia, Altaria, Sacerdotũ Collegia? inuolare in poteſtatem, ditiones, bona, Caſtra Principũ. ſubſellia iudicum? diripere campanas; eaſque in Tormenta militaria conuertere? Antiquiſſima Regum, Principum, Comitum buſta, ſpe auri, argenti & plumbi, reſerare ac ſpoliare? Sacra ornamenta, candelabra, calices, Monſtrantias, in prophanum pecuniæ vſum conflare? Sanctorum denique Reliquias, magnificâ auri, argenti, lapidumque pretioſorum ſuppellectile exuere? Nihil autem horum ablatiua & prædacea manus veſtra, per Germaniam ſuperiorem & inferiorem, Angliam, Galliam, &c. intentatum reliquit: Romano-Catholicorum verò facta ſunt ædificatiua & poſitiua.

Catholicorũ facta ſunt poſitiua.

Secunda veritas.

ECCLESIÆ REFORMATÆ DOGMATA SVNT NEGATIVA ET DESTRVCTIVA.

Dogmata Reformatorum negatiua.

10. An non negatiua pleraque dogmata veſtra; non eſſe Chriſtum realiter, ſubſtantialiter & quãtitatiuè in tremendo altaris Myſterio? Dei filium non eſſe extra ſubiectionem Patris? Non niſi impropriè

propriè, reſpectu perſonæ, creatorem eſſe cœli & terræ, Patrem verò propriè? Chriſtum nullam corpori ſuo gloriam promeruiſſe? non eſſe S. Trinitatem in Diuinis? non eſſe Miſſam veri nominis Sacrificium? non eſſe ſeptem numero Sacramenta? non conferre gratiam habitualem ex opere operato? non imprimere aliqua characterem? non eſſe Baptiſmum omnibus ad ſalutem neceſſarium? non eſſe Religioſas Eccleſiæ cæremonias? non eſſe recipiendas præter Script. vllas Traditiones? nulla Concilia infallibilia?

11. Papam non eſſe Chriſti Vicarium, non Diui Petri ſucceſſorem, non Eccleſiæ caput, non in definiendo ex cathedra infallibilem? non eſſe liberum arbitrium, non Purgatorium, non inuocandos Sanctos, non confitendum Sacerdoti, non eſſe vitæ æternæ meritum, nulla eſſe opera abſque peccato & næui mortalis indiuidua ἀταξία? non eſſe poſſibilem Dei Legem? non eſſe colendas SS. Reliquias, non retinendas imagines? nullas eſſe Indulgentias, nullas Eccleſiæ claues, nullas neceſſarias ſatisfactiones? non eſſe viſibilem Chriſti in terris Eccleſiam? non obligare in conſcientia eius Leges?

12. D. Petrum numquam fuiſſe Romæ? non eſſe ieiunandum, non feſta celebranda, non Templa conſecranda? non poſſe conciliari Arbitrij libertatem in tempore cum præſcientia Dei æterna? & alia plurima, quæ nihil dogmatis realis ponunt, ſed deſtruunt & perdunt: non afferunt, ſed auferunt? Proinde ſi fures, pecunijs, iumentis, bonis inhiantes, extremo digni ſint ſupplicio; quid hi robuſti Dogmatum, Templorum, Monaſteriorum, Xenodochiorum, Fauiſſarum, Altarium, Re-

aliquiarum, Regnorum, Prouinciarum, Conciliũ, Buſtorum, Campanilium, Ornamentorum, Monſtrantiarum; Sacrarum Thecarum, &c. prædones commereantur, facilè, ſi velis, iudicabis.

Maneant ergò & honorentur à nobis SANCTORVM RELIQVIÆ diſpereant verò MONSTROSA GEVSIORVM VITIORVM IDOLA.

XXXII. QVARE,
De animarum ante Reſurrectionem Beatitudine.

GEVZA REFORMATVS.

Quare ita ſtultè & temerariè delirant Papiſtæ, vt inquirãt quo in loco ſint & ſtatu animæ Beatorum, ante vniuerſalem Reſurrectionem, & an gloriâ fruantur æternâ?

Luther. præ-lect. in Gen. Cal. l. 3. Inſti. c. 25. §. 6. cum Græcis.

ROMANO CATHOLICVS.

1. RESPOND. I. & quæro, cur ergo ita ſtultus & temerarius eſt Cal. qui dum hoc inquirere ſtultum dicat & temerarium, ipſe tamen ſupr. audacter definit, eas necdum beatificâ Dei viſione frui, ſed eam exſpectare? verba eius hæc ſunt: *Contenti ſimus his finibus Diuinitus præſcriptis, animas piorum, militiæ labore perfunctas, in beatam quietem concedere, vbi cum felici lætitia, fruitionem promiſſæ gloriæ expectant.*

RESPONDEO ET DICO II.

Animæ beatæ ſtatim vident Deum.

2. ANimæ Iuſtorum, corporibus exutæ, ſtatim vt perfectè fuerint expiatæ, in cælo recipiunt eſſentialem Beatitudinem, in viſione & amore Dei conſiſtentem: alia tamen aliâ perfectiùs

ctiùs, pro meritorum diuerſitate. Planè id conuincit D. Paulus, dum ſcribens Corinthiis 2. Cor. 5.1. *Scimus*, (inquit) *quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis*. Q.D. nihil vos moueat quod per tribulationes, corpus iſtud tanquam terreſtris quædam animæ domus, diſſoluatur, quia numquam deerit nobis alia, ſed iam paratam habemus æternam in cœlis: vbi per *domum æternam non manufactam*, intelligit viſionem Dei, non corpus immortale; Apoſtolus enim ait de præſenti, ſi domus hæc terrena diſſoluatur, *habemus aliam æternam in cœlis*: debuiſſet enim, ſi de corpore glorioſo fuiſſet locutus, dicere: habebimus, non, *habemus*, quippe qui iam in ſtatu gratiæ, abſque vllo reatu culpæ, vel pœnæ, migrantes ex hac vita, nõ habemus, ſed in generali Reſurrectione habituri ſumus corpus immortale.

3. Idem confirmat promiſſio Chriſti facta Latroni, *Hodie me cum eris in Paradiſo*, Lucæ 23. 43. Hoc eſt, in gloria, contemplatione & fruitione Diuinitatis, vt explicant Patres, D. Auguſt. Epiſt. 53. Ambro. Beda, D. Thom. hoc loco. Nec verò Paradiſus ibi ſignificare poteſt locum corporalem, quia Chriſtus ſecũdum animam, ſtatim ad inferos deſcẽdit, parũq; glorię & ſolatij, animæ eius propinâſſet, loci corporalis, etiam amœniſſimi poſſeſſio. *Paradiſus quid ſignificet, Lucæ. 23.*

4. Eandem ſanè veritatem indubitatè perſuasêre ſibi omnes ferè Patres Græci iuxtà ac Latini: Nec Ioan. 22. Pontifex vmquam contrarium definiuit; obſtat enim ratio ſatis prægnans, quia quũ animæ Impiorum, in ſtatu peccati mortalis, ex hac vita decedentes, ſtatim recipiant præmium demeritorum, *In puncto ad inferna deſcendunt*, Iob. 21. 13.

Anima impiorũ ſtatim deſcendũt in Infernum.

13. æquum eſt, vt animæ piorum ſtatim accipiant præmium Beatificum, quum Deus pronior ſit ad Miſericordiam, quàm vindictam.

Beatorum alius alio perfectior in gloria.

5. Alium interim alio perfectiùs Deum videre in Patria, qui perfectiorem charitatem habuerit in via, plurimæ comprobant Scripturæ, Ioan. 14. 2. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* 1. Corinth. 15. 41. *Stella enim differt à ſtella in claritate; ſic & reſurrectio mortuorum.* Item, 1. Corinth. 7. 40. *Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium*, vbi D. Paulus continentibus tractat.

Scrupus Reformati.

In Script. dicitur *Corona reſeruari in diem Iudicij*, 2. ad Timoth. 4. 8. ergò animæ antè non ſunt beatæ.

Reiectio.

Quid ſit Corona.

6. Fateor hæc de iudicio vniuerſali intelligenda, tunc enim propriè dabitur corona; corona quippe illud eſt, quod publicè coram omnibus vincentibus datur: Interim ex alijs Scripturis conſtat animas in gratia, hac vitâ mortali defunctas, Deum videre per eſſentiam.

XXXIII. QVARE,

De Cuſtodia Angelorum.

GEVZA REFORMATVS.

Calu. lib. 1. Inſtit. cap. 14. §. 7. & alij.

Quare & quo fundamento, cuiuis homini particularem Papiſtæ aſſignant Angelum cuſtodem, & non Chriſto.

ROMANO-CATHOLICVS.

Quiuis homo habet proprium Angelũ cuſtodem.

1. RESPONDEO ET DICO: Sic docemus, QVIA prius Sacræ Paginæ, Patribus & rationi conſonat; non poſterius.

De

Digitized by Google

De priori patet; Quia in Euangelio de paruulis aſſerit Chriſtus, *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*, Matth. 18. 10. vbi peculiarem, certum, & proprium paruulorum Angelum cuſtodem inſinuat Saluator, alioqui non dixiſſet, *Angeli eorum*, ſed Angeli ſimpliciter; non enim v. g. verè vocaretur Angelus Ioannis, qui non magis ad Ioannem quàm alios pertineret.

2. Deinde Actor. 12. 15. quum Petrus miraculosè ab Angelo carcere eductus, pulſaret oſtium domus Mariæ matris Ioannis, vbi multi erant congregati, & nuntiante portariâ Rhode, Petri vocem cognoſcente, ſuſpicari non poſſent eum eſſe, dixerunt, *Inſanis: Angelus eius eſt.* Quo loquendi modo ſignificabant, communem tunc fuiſſe fidelium conceptionem, quâ credebant vnicuique certum Angelum cuſtodem dari, eſtq; perpetua hæc Eccleſiæ Traditio, ab Apoſtolis, vti apparet, ad nos deriuata, & indubitatè ab omnibus Patribus docetur, quos apud Scholaſticos Doct. require.

3. Vnus omnium nomine accedat D. Hierony. Comment. ad Matth. cap. 18. *Magna*, inquit, *eſt dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu Natiuitatis, in cuſtodiam ſui, Angelum delegatum.*

Bonum ſanè regimen hominum, hanc particularitatem Angelorum cuſtodum, depoſcere videtur, Si namque vnus Angelus, multorum cuſtodiæ eſſet deputatus, non commodè poſſet ſimul omnibus ſubuenire, videlicet quando vno tempore cuſtodiendi, eſſent in diſtantiſſimis locis, ſimulque Angelico egerent adiutorio; In quo caſu, quid faceret Angelus cuſtos iſtorum, qui ſimul eſſe nequit in locis procul à ſe diſtantibus? *Ratio partic. cuſtodiæ Angelorum.*

4. Poſterius de CHRISTO ſimiliter pateſcit,

tum

Chriſtus quare nō habuerit Angelum cuſtodem.

tum quia cuſtodia Angelica eos ſolos complectitur qui ſunt viatores, non comprehenſores, ideoque à Beatitudine excidere poſſunt; Chriſtus autem comprehenſor fuit, immutabilis,& minùs caſui, quàm Angeli ipſi, ſubiectus.

Tum quia Chriſtus, inquantùm homo, dirigebatur immediatè à Verbo Diuino: tum denique quia Chriſtus vt homo, erat caput Angelorum; cui proinde debebatur Angelus, non velut dirigens & ſuperior, ſed miniſtrans, prout factum eſt, Matth. 4.

XXXIV. QVARE,

De Extremis Reformantium diſcordijs.

GEVZA REFORMATVS.

Calu. præfat. Inſtitut. & cum eo Geuza.

Quare Eccleſiæ noſtræ Reformatæ Miniſtros incuſatis diſcordiæ, quum omnes fidei Euangelicæ vnicè ſtudioſi, eam vnanimi conatu contra Papiſtas defendant?

ROMANO-CATHOLICVS.

Diſſenſio Reformatorum & Reformantium.

I. RESPONDEO ET DICO I. Meritò iure, fidei, dogmatum atque animorum extremæ diſſenſionis arguimini,& vel hac ſolâ Notâ; à vera Chriſti Eccleſia, (ſummam cum capite atque inter ſeſe vnionem habente) diſtinguimini: *Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis*, 1. Corinth. 14. 33.

Conſenſio Doct. & Concil. Catholicorum.

QVIA ſicut Romanæ Eccleſiæ Doctores mirificè inter ſe conueniunt in rebus fidei, licet homines fuerint diuerſiſſimorum humorum, linguarum, temporum: Item ſicut omnia legitimorum Conciliorum decreta, diuerſis locis, temporibus, occaſio-

caſionibus, & contra diuerſiſſimas Hæreſes edita, inter ſe conueniunt; Ita è contrario, vos & Miniſtri Reformati, Euangelici, Proteſtantes, Perfectiſtæ, & vulgò, DE LA RELIGION, hodie dicti, nec Capitis, nec membrorum, nec dogmatum capitalium conſenſionem habetis; at ſummam in omnibus ἀταξίαν & Anomaliam, ad arma ac ſeditiones ciuiles vſque, cum Populo ſcandalo non mediocri, procurrentem; ita vt inter vos conuenire non velitis, & minus quàm cum Turcis, poſſitis. Nec valet ea quàm excipitis, veſtra in Romaniſtas vnanimis cõſpiratio; quippe quæ in malum cedit, eſtque conuentio Belial, qui à ſuis diſſidens, vnà tamen cum ipſis, vires Inferni contra homines explicat.

Reformati ſimiles ſunt vulpibus Samſonis.

2. Quare ſicut vulpes Samſonis, Iudic. 15. caudis ad caudas vinctæ, ſed capitibus erant diuulſæ: Ita Miniſtri veſtri, ad incendendam turbandamque Eccleſiam Romanam armis & animis ſunt coniunctiſſimi: ad dogmata verò quod attinet & Capita, ſunt diſtantiſſimi & extremè contrarij.

Pugna Archi-hæreticorum.

Nota imprimis Lutheri cum Zwinglio, Carolſtadio, Oecolampadio, Sacramentarijs, Anabaptiſtis, Melanchtone; & horum cum Luthero; Nota Caluini cum Luthero, Velſio, Weſtphalo, Heshuſio, Zwinglianis, & horum cum ipſo, in omnibus ferè, infenſiſſima pugna.

Pugna diuerſiſſimorum Anabaptiſtarum.

3. Nota vnius Hydræ Anabaptiſticæ (quàm alij, Balthaſarem Pacimontanum, alij Thomam Muncerum progenuiſſe deſignant) diuerſiſſima Capita atque interminatæ propagines. Sunt enim alij Muncerani, alij Hofmannici, alij Binderliani, Orantes, Silentes, Eiulantes, Somnian-

tes,

dem ſpeciei adoratione Latriâ dictâ, coli, quâ eius imago, videlicet nō per ſe, ſed per accidens, nō latriâ in ſpiritu, ſed in nota externa ſubmiſſionis. Fateor interim intenſiorem eſſe venerationem & deuotionem erga realem Christi Crucem, Præputium, Spinas, quàm erga imaginem duntaxat repræſentantem; quia illa maiorem cum Christo habent coniunctionem, vt pote quæ ipſum realiter aliquando attigerunt, ſanguine eius actualiter conſperſa fuerunt, pars corporis aliquando fuerūt Quibus modis imago duntaxat ipſius, coniuncta non fuit.

Intenſior eſt deuotio erga reale Chriſti crucē, quam imaginem.

Vide dicta ſup. *Quare* 29. in fine, vbi diximus imagines per accidens Latrię vel Duliæ cultu adorari, inquantum hi cultus competunt exemplaribus, quibus imagines accidentaliter, per noſtram apprehenſionem, ſunt coniunctæ.

RESPONDEO ET DICO III.

6. VEneramur Chriſti Crucem, ſpinas, lanceam, &c. non labia Iudæ Proditoris, licet benedictum ſimiliter eius attigerint corpus; ratio enim diuerſitatis eſt, QVIA labia iſta ſunt pars hominis impij, vnde non poſſunt honorari, quin etiam impius cenſeatur honorari, honor enim propriè eſt Perſonæ. Secus eſt de Cruce, Spinis, &c. quæ non ſunt partes illorum hominum, ſed ſunt res per ſe innoxiæ. Taceo quod tactus ipſe paſſiuus, nullo modo fuit peccatum in cruce; contactus verò & oſculum labiorum Iudæ, culpâ (ſaltem vt inſtrumentum coniunctum) non vacauit.

Quare non veneremur labia Iudæ.

Obiectio I.

Chriſtus Iudæis minatur, Lucæ 11. 47. *Væ vo-*

bis

bis qui ædificatis monumenta Prophetarum: Patres autem veſtri occiderunt illos, profectò teſtificamini quod conſentitis operibus Patrum veſtrorum, quia ipſi quidem occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra.

Spongia.

7. Saluator non idcircò eos reprehendit, quod hæc monumenta Prophetarum ornarēt, ſed quòd non imitarentur eos, quorum monumenta ædificabant vel ornabant, ſed potiùs illos qui Prophetas occiderant, atque ita ſeipſos condemnarent.

Obiectio II.

Periculum idololatriæ Populo ſternit Reliquiarum cultus, ergo ille & Reliquiæ tollendæ, quod fit per eam, quam ſtudiosè intendimus, Reformationem noſtram.

Spongia.

Friuolum eſt quod obtendis, quia cultus Reliquiarum, implicita eſt Idololatrię deteſtatio; Martyres quippe vt idololatriam deſtruerent, viriliter mortem oppetiêrunt; vnde qui Martyris Reliquias colit, ſe indicat gaudere de Martyris zelo, quo idololatriam deſtruxit. *Cultus Reliquiarum eſt implicita idololatria deteſtatio.*

8. Quare, mi Geuza, ſi ſyncerè loquamur, non zelo Diuini honoris, vel extirpandæ idololatriæ, moueris, non vos mouemini Reformati omnes, dum ſacras Reliquias expilatis, diſturbatis, euertitis, & Reliquiarum fauiſſas prophanè reformatis. Alius vos calceus premit: Vis dicam verbo?

Ornamenta SS. Reliquiarum, vt putà Thecas, aurum, argentū, margaritas, Byſſum, calices, &c. venamini, diripitis, & furamini, *Fur enim non venit niſi vt furetur & mactet*, Ioan. 10. 10. vnde duas veritates ad rem enuntiauit de vobis & cōfœdera- *Geuzæ quærunt ornamēta Reliquiarum, non ipſas.*

O 4 tis

tis veſtris, Eruditiſſimus S. Theol. Doctor D. Thomas Stapletonus, Promptuar. Cathol. Fer. 3. Pent. §. 4. vbi furis atque latronis examinat Notam.

Prima veritas.

ECCLESIÆ REFORMATÆ FACTA SVNT ABLATIVA.

Opera Geuzarum ablatiua.

9. An non Ablatiua, deſtruere & expilare Templa, Monaſteria, Xenodochia, Altaria, Sacerdotũ Collegia? inuolare in poteſtatem, ditiones, bona, Caſtra Principũ. ſubſellia iudicum? diripere campanas; eaſque in Tormenta militaria conuertere? Antiquiſſima Regum, Principum, Comitum buſta, ſpe auri, argenti & plumbi, reſerare ac ſpoliare? Sacra ornamenta, candelabra, calices, Monſtrantias, in prophanum pecuniæ vſum conflare? Sanctorum denique Reliquias, magnificâ auri, argenti, lapidumque pretioſorum ſuppellectile exuere? Nihil autem horum ablatiua & prædacea manus veſtra, per Germaniam ſuperiorem & inferiorem, Angliam, Galliam, &c. intentatum reliquit: Romano-Catholicorum verò facta ſunt ædificatiua & poſitiua.

Catholicorũ facta ſunt poſitiua.

Secunda veritas.

ECCLESIÆ REFORMATÆ DOGMATA SVNT NEGATIVA ET DESTRVCTIVA.

Dogmata Reformatorum negatiua.

10. An non negatiua pleraque dogmata veſtra; non eſſe Chriſtum realiter, ſubſtantialiter & quãtitatiuè in tremendo altaris Myſterio? Dei filium non eſſe extra ſubiectionem Patris? Non niſi impropriè

propriè, reſpectu perſonæ, creatorem eſſe cœli & terræ, Patrem verò propriè? Chriſtum nullam corpori ſuo gloriam promeruiſſe? non eſſe S. Trinitatem in Diuinis? non eſſe Miſſam veri nominis Sacrificium? non eſſe ſeptem numero Sacramenta? non conferre gratiam habitualem ex opere operato? non imprimere aliqua characterem? non eſſe Baptiſmum omnibus ad ſalutem neceſſarium? non eſſe Religioſas Eccleſiæ cæremonias? non eſſe recipiendas præter Script. vllas Traditiones? nulla Concilia infallibilia?

11. Papam non eſſe Chriſti Vicarium, non Diui Petri ſucceſſorem, non Eccleſiæ caput, non in definiendo ex cathedra infallibilem? non eſſe liberum arbitrium, non Purgatorium, non inuocandos Sanctos, non confitendum Sacerdoti, non eſſe vitæ æternæ meritum, nulla eſſe opera abſque peccato & næui mortalis indiuidua ἀταξία? non eſſe poſſibilem Dei Legem? non eſſe colendas SS. Reliquias, non retinendas imagines? nullas eſſe Indulgentias, nullas Eccleſiæ claues, nullas neceſſarias ſatisfactiones? non eſſe viſibilem Chriſti in terris Eccleſiam? non obligare in conſcientia eius Leges?

12. D. Petrum numquam fuiſſe Romæ? non eſſe ieiunandum, non feſta celebranda, non Templa conſecranda? non poſſe conciliari Arbitrij libertatem in tempore cum præſcientia Dei æterna? & alia plurima, quæ nihil dogmatis realis ponunt, ſed deſtruunt & perdunt: non afferunt, ſed auferunt? Proinde ſi fures, pecunijs, iumentis, bonis inhiantes, extremo digni ſint ſupplicio; quid hi robuſti Dogmatum, Templorum, Monaſteriorum, Xenodochiorum, Fauiſſarum, Altarium, Re-

ctiùs, pro meritorum diuerſitate. Planè id conuincit D. Paulus, dum ſcribens Corinthiis 2. Cor. 5. 1. *Scimus*, (inquit) *quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur*, *quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis*: Q. D. nihil vos moueat quod per tribulationes, corpus iſtud tanquam terreſtris quædam animæ domus, diſſoluatur, quia numquam deerit nobis alia, ſed iam paratam habemus æternam in cœlis: vbi per *domum æternam non manufactam*, intelligit viſionem Dei, non corpus immortale; Apoſtolus enim ait de præſenti, ſi domus hæc terrena diſſoluatur, *habemus aliam æternam in cœlis*: debuiſſet enim, ſi de corpore glorioſo fuiſſet locutus, dicere: habebimus, non, *habemus*, quippe qui iam in ſtatu gratiæ, abſque vllo reatu culpæ, vel pœnæ, migrantes ex hac vita, nō habemus, ſed in generali Reſurrectione habituri ſumus corpus immortale.

3. Idem confirmat promiſſio Chriſti facta Latroni, *Hodie me cum eris in Paradiſo*, Lucæ 23. 43. Hoc eſt, in gloria, contemplatione & fruitione Diuinitatis, vt explicant Patres, D. Auguſt. Epiſt. 53. Ambro. Beda, D. Thom. hoc loco. Nec verò Paradiſus ibi ſignificare poteſt locum corporalem, quia Chriſtus ſecūdum animam, ſtatim ad inferos deſcēdit, parūq; glorię & ſolatij, animæ eius propinâſſet, loci corporalis, etiam amœniſſimi poſſeſſio. *Paradiſus quid ſignificet, Luca. 23.*

4. Eandem ſanè veritatem indubitatè perſuasêre ſibi omnes ferè Patres Græci iuxtà ac Latini: Nec Ioan. 22. Pontifex vmquam contrarium definiuit; obſtat enim ratio ſatis prægnans, quia quū animæ Impiorum, in ſtatu peccati mortalis, ex hac vita decedentes, ſtatim recipiant præmium demeritorum, *In puncto ad inferna deſcendunt*, Iob. 21. 13.

Animæ impiorũ ſtatim deſcendũt in Infernum. 13. æquum eſt, vt animæ piorum ſtatim accipiant præmium Beatificum, quum Deus pronior ſit ad Miſericordiam, quàm vindictam.

Beatorum alius alio perfectior in gloria. 5. Alium interim alio perfectiùs Deum videre in Patria, qui perfectiorem charitatem habuerit in via, plurimæ comprobant Scripturæ, Ioan. 14. 2. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* 1. Corinth. 15. 41. *Stella enim differt à ſtella in claritate; ſic & reſurrectio mortuorum.* Item, 1. Corinth. 7. 40. *Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium,* vbi D. Paulus continentibus tractat.

Scrupus Reformati.

In Script. dicitur *Corona reſeruari in diem Iudicij,* 2. ad Timoth. 4. 8. ergò animæ antè non ſunt beatæ.

Reiectio.

6. Fateor hæc de iudicio vniuerſali intelligenda, tunc enim propriè dabitur corona; corona quippe illud eſt, quod publicè coram omnibus vincentibus datur: Interim ex alijs Scripturis conſtat animas in gratia, hac vitâ mortali defunctas, Deum videre per eſſentiam. *Quid ſit Corona.*

XXXIII. QVARE,

De Cuſtodia Angelorum.

GEVZA REFORMATVS.

Calu. lib. 1. Inſtit. cap. 14. §. 7. & alij.

Quare & quo fundamento, cuiuis homini particularem Papiſtæ aſſignant Angelum cuſtodem, & non Chriſto.

ROMANO-CATHOLICVS.

Quiuis homo habet proprium Angelũ cuſtodem. 1. RESPONDEO ET DICO: Sic docemus, QVIA prius Sacræ Paginæ, Patribus & rationi conſonat; non poſterius.

De

De priori patet; Quia in Euangelio de paruulis aſſerit Chriſtus, *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris,* Matth.18.10. vbi peculiarem, certum, & proprium paruulorum Angelum cuſtodem inſinuat Saluator, alioqui non dixiſſet, *Angeli eorum,* ſed Angeli ſimpliciter; non enim v.g. verè vocaretur Angelus Ioannis, qui non magis ad Ioannem quàm alios pertineret.

2. Deinde Actor.12.15. quum Petrus miraculosè ab Angelo carcere eductus, pulſaret oſtium domus Mariæ matris Ioannis, vbi multi erant congregati, & nuntiante portariâ Rhode, Petri vocem cognoſcente, ſuſpicari non poſſent eum eſſe, dixerunt, *Inſanis: Angelus eius eſt.* Quo loquendi modo ſignificabant, communem tunc fuiſſe fidelium conceptionem, quâ credebant vnicuique certum Angelum cuſtodem dari, eſtq; perpetua hæc Eccleſiæ Traditio, ab Apoſtolis, vti apparet, ad nos deriuata, & indubitatè ab omnibus Patribus docetur, quos apud Scholaſticos Doct. require.

3. Vnus omnium nomine accedat D. Hierony. Comment. ad Matth. cap.18. *Magna,* inquit, *eſt dignitas animarum, vt vnaquaque habeat ab ortu Natiuitatis, in cuſtodiam ſui, Angelum delegatum.*

Bonum ſanè regimen hominum, hanc particularitatem Angelorum cuſtodum, depoſcere videtur, Si namque vnus Angelus, multorum cuſtodiæ eſſet deputatus, non commodè poſſet ſimul omnibus ſubuenire, videlicet quando vno tempore cuſtodiendi, eſſent in diſtantiſſimis locis, ſimulque Angelico egerent adiutorio; In quo caſu, quid faceret Angelus cuſtos iſtorum, qui ſimul eſſe nequit in locis procul à ſe diſtantibus? *Ratio particularis cuſtodiæ Angelorum.*

4. Poſterius de CHRISTO ſimiliter pateſcit,

tum

Chriſtus quare nō habuerit Angelum cuſtodem.

tum quia cuſtodia Angelica eos ſolos complectitur qui ſunt viatores, non comprehenſores, ideoque à Beatitudine excidere poſſunt; Chriſtus autem comprehenſor fuit, immutabilis, & minùs caſui, quàm Angeli ipſi, ſubiectus.

Tum quia Chriſtus, inquantùm homo, dirigebatur immediatè à Verbo Diuino: tum denique quia Chriſtus vt homo, erat caput Angelorum; cui proinde debebatur Angelus, non velut dirigens & ſuperior, ſed miniſtrans, prout factum eſt, Matth. 4.

XXXIV. QVARE,

De Extremis Reformantium diſcordijs.

GEVZA REFORMATVS.

Calu. præfat. Inſtitut. & cum eo Geuza.

Quare Eccleſiæ noſtræ Reformatæ Miniſtros incuſatis diſcordiæ, quum omnes fidei Euangelicæ vnicè ſtudioſi, eam vnanimi conatu contra Papiſtas defendant?

ROMANO-CATHOLICVS.

Diſſenſio Reformatorum & Reformantium.

I. RESPONDEO ET DICO I. Meritò iure, fidei, dogmatum atque animorum extremæ diſſenſionis arguimini, & vel hac ſolâ Notâ, à vera Chriſti Eccleſia, (ſummam cum capite atque inter ſeſe vnionem habente) diſtinguimini: *Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis,* 1. Corinth. 14. 33.

Conſenſio Doct. & Concil. Catholicorum.

QVIA ſicut Romanæ Eccleſiæ Doctores mirificè inter ſe conueniunt in rebus fidei, licet homines fuerint diuerſiſſimorum humorum, linguarum, temporum: Item ſicut omnia legitimorum Conciliorum decreta, diuerſis locis, temporibus, occaſio-

caſionibus, & contra diuerſiſſimas Hæreſes edita, inter ſe conueniunt; Ita è contrario, vos & Miniſtri Reformati, Euangelici, Proteſtantes, Perfectiſtæ, & vulgò, DE LA RELIGION, hodie dicti, nec Capitis, nec membrorum, nec dogmatum capitalium conſenſionem habetis; at ſummam in omnibus ἀταξίαν & Anomaliam, ad arma ac ſeditiones ciuiles vſque, cum Populo ſcandalo non mediocri, procurrentem; ita vt inter vos conuenire non velitis, & minus quàm cum Turcis, poſſitis. Nec valet ea quàm excipitis, veſtra in Romaniſtas vnanimis cōſpiratio; quippe quæ in malum cedit, eſtque conuentio Belial, qui à ſuis diſſidens, vnà tamen cum ipſis, vires Inferni contra homines explicat.

2. Quare ſicut vulpes Samſonis, Iudic. 15. caudis ad caudas vinctæ, ſed capitibus erant diuulſæ: Ita Miniſtri veſtri, ad incendendam turbandamque Eccleſiam Romanam armis & animis ſunt coniunctiſſimi: ad dogmata verò quod attinet & Capita, ſunt diſtantiſſimi & extremè contrarij.

Reformati ſimiles ſunt vulpibus Samſonis.

Nota imprimis Lutheri cum Zwinglio, Caroliſtadio, Oecolampadio, Sacramentarijs, Anabaptiſtis, Melanchtone; & horum cum Luthero; Nota Caluini cum Luthero, Velſio, Weſtphalo, Heshuſio, Zwinglianis, & horum cum ipſo, in omnibus ferè, infenſiſſima pugna.

Pugna Archi-hæreticorum.

3. Nota vnius Hydræ Anabaptiſticæ (quàm alij, Balthaſarem Pacimontanum, alij Thomam Muncerum progenuiſſe deſignant) diuerſiſſima Capita atque interminatæ propagines. Sunt enim alij Muncerani, alij Hofmannici, alij Binderliani, Orantes, Silentes, Eiulantes, Somnian-

Pugna diuerſiſſimorum Anabaptiſtarum.

tes,

tes, Pueris-ſimiles, Synceri, Impeccabiles à Baptiſmo, Condormientes, Liberi, Sabbatarij, Maderani, Adamitæ, &c. de quorum erraticis diſſenſionibus fuſiùs agunt Surius in Chronic. & Staniſl. Hoſius in Confutat. Prolegom. Brentij libro 1.

Pugna præſẽtis ſæculi Hæret.

4. Solum ad præſentis ſæculi me refero experientiam quotidianam; ſi enim in Materia Sacramentali, Baptiſmi, Cœnæ, Librorum S. Script. Liberi Arbitrij, operum fidei Chriſtianę, vocationis Euangelicæ, Imaginum, Cæremoniarum, Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, veræ Eccleſiæ, Orthodoxi Verbi Diuini, &c. conſulam Lutheranos, ij toto cœlo diſſident à Caluinianis, hi verò illos reciprocè damnant. Rurſum ſi in negotio *Prædeſtinationis*, etiã in lanienis ac Tabernis, hodie per Holland. ac Zeelandiam, maximè controuerſo, ad Gummarũ ipſum vel Gummariſtam quempiam me conuertam, is Arminio atque Arminiſtis directè contrariam ſuggeret fidei aſſertionem. Si Conradum Vorſtium de Diuinitate aliiſque attributis Filij in Diuinis, interpellauero, is Gummaro ex Diametro maledicet, ſed & hic illi; eius quippe dogmata & præſentiam execratus, Middelburgum iampridem profugit, ſpe nouellæ vniuerſitatis inibi erigendæ pellectus: at caſſo effectu, abiit in Galliam.

Seditio Alckmariana ob 2. Miniſtros contrariãtes.

5. Nota etiam & nimis toti Belgio nota eſt Alckmariana ſeditio, à decem circiter annis, per duos pugnantiſſimos Verbi Præcones atque Miniſtros Caluinianos CORNELIVM HILLENIVM & ADOLPHVM VENATOREM, ob diſſenſionem Prædeſtinat. ac Prouidentiæ Diuinæ, excitata, & eò turbarum progreſſa, vt armatâ manu, ad forum, extremmo fidei Prædeſtinantis calore conciti, procurrerint

rerint ciues, parumq; abfuerit, quin ſanguine maderent plateæ: Paulò poſt, Anno 1611. ſeni in Senos, Miniſtri, coram Ordinibus de eodem Argumento diſputaturi, in Hagam Comitis deſcenderunt, de quibus ſup. Quare 25.

6. Sentiunt magno ſuo malo, Arminiſtarum ac Gummariſtarum diſputantulas contradictiones, Rotterodamum, Lugdunum Batauorum, Delphi, Harlemium & aliæ præclaræ Hollandiæ vrbes; quippe in illis, tãtis calumnijs, libellis famoſis, exilijs, Apologijs, ſe mutuò exercent Prædeſtinationi Miniſtri, Fratres, Lippi & tonſores, vt Templa, naues, currus, fora, domus, ac periſtylia, litigioſis diſputationibus paſſim perſtrepant, fœminæ argumententur, Auditores in Prædicantem inuolent, tumultum ſub concionibus cieant, templis ſe mutuò propellant, ipſaſque fores Eccleſiarum atque vrbem Lugdunenſem, præſidio militari, ad compeſcendas haſce ſectas, oportuerit muniri: quarum omnium Tragœdiarum magnam partem, hiſce meis oculis vidi & teſtor.

In negotio Prædeſtinationis diſſident Gummariſta & Arminiſta. Tumultus Holland. per Miniſtros, & diſputantulam plebem.

RESPONDEO ET DICO II.

7. HOrum omnium capitalium fidei, verius, perfidiæ diſſidiorũ vnica cauſa, eſt, quod non habeant veri Dei ſpiritum, Prætenſi illi verbi Miniſtri: hunc enim ſi haberent, non ita ſe dogmatũ ſcandaloſâ varietate diſſecarent, verus enim Deus, *Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis*, ſup. Vnde ſicut Concordia, eſt ſignum Regni Dei, ita diſcordia, Regni Diaboli: *Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur*, Luc. 11. 17. Cuius vlterior ratio eſt, primò, quod defectu Succeſſionis & Ordinationis, nulli

Cauſa diſſenſionis Hæreticorum.

Nulli Miniſtri Refor-

P per

mati legitimè à Deo miſſi.

per Galliam, Germaniam, Angliam, Hollandiam, Zeelandiam, Friſlandiam, &c. Eccleſiæ Reformatæ Miniſtri, legitimè à Deo, ſed vel imaginariè à nullo, vel à ſeipſis ſint miſſi, vt latiùs infrà; mirum proinde non eſt, ſi ſpiritus Diuini, ſpiritus veritatis, ſpiritus pacis, nequeant participes eſſe: Niſi dixeris (quod dicendum reor) *alium eſſe Deum Reformatorum, alium Papiſtarum.*

Reformati Miniſtri nulli ſuperiori ſe ſubmittunt.

8. Secundò, Miniſtrorum Reformantium nullus, ſuum iudicium, alterius velut Superioris, ſententiæ, vult ſubmittere, ſed vnuſquiſque pro inſita indole ſuperbiæ, mordicus propriam dicto & facto tuetur opinionem. Romano Catholici verò licet toto Orbe terrarum diſperſi, licet diuerſiſſimis humoribus, linguis, moribus diſcriminati, tamen in fidei capitalibus conueniunt articulis, quũ omnes iudicium ſuum ſubijciant ſententiæ ac iudicio vnius atque eiuſdem ſummi Præſidis, Paſtoris atque Pontificis ex cathedra Petri, cum aliorũ paſtorum conſilio, Eccleſiam gubernantis, quod pro re planè Diuina habet D. Auguſt. lib. 18. de Ciuit. cap. 41. Quàm rationem ſi ſequeſtratâ paſſione maturè indagare ac ponderare velles, ô Geuza, ſufficiens conuerſionis fundamentum tibi daret.

Miniſtri Reformati ſequuntur concupiſcent.

9. Tertiò, quia plerique Miniſtri, turpis lucri ac voluptatũ cupiditate ducuntur; eo enim plerumq; feruntur, illam ſectam Reformati deprædicant, quæ maiorem honorem, atque auctius lucrum oſtentat, vt videmus in Belgio, & præuidit Auctor operis imperfecti, apud Chryſoſt *Homil.* 45. *Super ventrem* (inquit) *repunt, quia quicquid faciunt, propter ventrem faciunt, & propter vanam gloriam pectoris ſui. Terram manducant, quia neminem lucrantur, niſi illos qui in terra ſunt, id eſt homines carnales.*

Eſtypus Geuziorum Miniſtrorum.

10. Adde

10. Adde & indoctos eſſe, nam plerique nullam Orthodoxam frequentârunt Vniuerſitatem Pariſienſem, Salmanticenſem, Romanam, Bononienſem, Complutenſem, Colonienſem, Louanienſem, Duacenſem, &c. quæ doctiſſimis S. Theol. Magiſtris hactenus floruerunt, ſed obſcuras quaſdam, abſque Rom. Pontificis atque Imperatoris auctoritate & Præuilegijs, ſibi ſedes delegerunt, & pro Academijs qualibus qualibus, obtruſerũt; In quibus non formalis Theologia Scholaſtica vel poſitiua, ſed raripila quædâ, & continuis contradictionibus obnoxia, capita proponuntur; Tales ſunt Geneua, Salmurium, Sedanum, Heydelberga, Lugdunum Batauorum, &c. in quibus Profeſſores pauci & obſcuri nominis homines, ſe mutuò angue peius oderunt atque commordent, teſte oculato, Reu. & erudito Dom. Petro Cudſemio, in ſua *DESPERATA CALVINI CAVSA.*

Miniſtri Reformati indocti.

11. Faciliorem componendi fidei Controuerſias rationem, olim Turcæ inierunt: quum enim (referente Guilhelm. Reginaldo, Caluinoturciſ. lib. 1. cap. 4.) ex diuerſa Scriptorũ Mahumeti interpretatione, diuerſæ ſectæ progerminâſſent, procurâte Muauiâ Generali Saracenorum Pontifice, indicta eſt Damaſci Synodus doctiſſimorum Sacerdotum, qui ex toto ferè orbe illuc confluentes, maiorum ſuorum libros adduxerũt; ad quorum examen, communibus ſuffragijs, ſed viri præſtantiſſimi ſunt ſelecti, qui ex multis centenarijs, paucos libros, certam Mahumeti diſciplinam comprehendentes, deſcriberent, quorum inuiolata deinceps eſſet auctoritas, adiectâ grauiſſimâ pœna, ne quis in poſterum ea nouis dubitationibus ſubijceret, quæ in illa Synodo definita erant.

Abortiua vniuerſitates Reformatorum.

Conuentio Turcarum.

Turca componunt fidei cõtrouerſias.

Quod vbi feciſſent, reliqui omnes libri (qui vix à ducentis camelis in illam vrbem deuehi potuerant) in Proximũ flumen ſunt coniecti. Hanc autem controuerſiæ fidei dirimendi viam, Reformati nunquàm inire potuerunt, numquàm voluerunt.

Contradictorium Eccleſ. Reformatæ Martyrologium.

12. Affine his adiecero Reformatæ Eccleſiæ veſtræ Martyrologium, quod non ita pridem Francofurti & Amſtelredami vidi ac legi, contradictorijs Martyribus plenum: quippe in quod (Geuzio auctore) congeruntur diuerſiſſimarum, & inter ſe, adeóque vobiſcum pugnantiſſimarum Hæreſeωn ſatores ac ſectatores, partim Lutherani, partim Caluiniani, partim Anabaptiſtæ: immò, ſaluâ memoriâ, Seruetus ipſe à Calu. iuſtiſſimo eóque extremo ſupplicio affectus: ſicut à diuerſis iudicibus, alij adiuncti: Habet enim eos omnes pro Martyribus, qui quoquo modo, pro fidei vel perfidiæ ſuæ Lutheranæ, Caluin. Anabaptiſticæ, &c. (modò tamen à Romano-Catholica fide aliena fuerit) confeſſione, occubuerunt: Quo neſcio an confuſiùs Chaos & cõtradicentiorem Reformationem quis viderit, audierit, legerit vnquam.

13. Coronidis loco, pro maiori ante dictorum confirmatione, & pugnantiſſimæ Reformatorum Miniſtrorum diſſenſionis indigitatione, vnum præ reliquis videatur Lutherani cuiuſdam Superintendentis volumen, hoc titulo munitum: *Theologia Caluiniſtarum libri tres, in quibus, ceu in tabella quadam, quaſi ad oculum, pluſquam ex 223. Sacramentariorum publicis ſcriptis, pagellis, verbis proprijs, & auctorum nominibus indicatis, demonſtratur eos de nullo ferè doctrinæ Chriſtianæ articulo rectè ſentire: collecti operâ & ſtudio M. Conradi Schluſſelburgij, diæceſeos Raceburgenſis, Superintendentis.*

intendentis. Sic alius quidam Doctor Lutheranus Ægidius Hunnius, librum cum hoc tit. *CALVINVS IVDAIZANS*, edidit in lucem.

XXXV. QVARE,

De Catholicorum iudicio contra Reformatos.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ, contra Ordinem fraternæ caritatis, temerariè iudicant Reformatæ Religionis noſtræ Fratres ac Sorores, vocantes eos Hæreticos, ſubuerſos, damnandos, &c Quum hoc repugnet Scripturæ, Matth. 7. 1? *Geuzæ omnes per Belgium.*

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro, cur & vos Romano-Catholicos iudicatis, vocantes eos Idololatras, Mancipia Antichriſti, Superſtitioſos deuotarios, *Canailles*, Aſinos Thomiſticos: Papam Rom. Antichriſtum, & Aſinum Tiberinum: S.R.E. Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Cardinales, Cynædos? Añ non & hæc militant contra Regulã caritatis. *Reformati indicant Papiſtas.*

2. Quæro Sereniſs. Hiſpaniarum Philippum Regem noſtrum ante annos 47. iudicâſtis, (& etiam num hodie iudicatis) dum ei Prouincias aliquot Belgicas temerariè ac violenter ademiſtis; Conſiliarios eius, Senatu; viros Principes, gubernaculis, mouiſtis, & in illius denique interitum conſpirãtes, campanellam argenteam (è qua ad infauſtum Regiæ mortis auſpicium biberatis) tanquàm ad morituri indicium, aliquot ictibus pulſâſtis? hæccine abſque iniuſtè poſſeſſæ ditionis aut vitæ abiudicatione fieri poſſunt? hæccine veram charitatem ac Reformationem ſapiunt? *Reformati quomodo Regem Hiſpan. iudicárint.*

 RESPON-

RESPONDEO ET DICO II.

Quale iudicium prohibeat Chriſtus. 3. Fateor Saluatorem apud Matth. ſup. dicere: *Nolite iudicare vt non iudicemini*: non tamen omne prorſus prohibet iudicium, QVIA eadem Veritas primæ; Ioan. 7.24. dicit: *Iuſtum iudicium iudicate*; & diſtrictè mandat ne quis temerariã, malignam vel vſurpatam de aliquo ſententiam ferat. Hoc autem probi Catholici non faciunt, ſi excluſâ inuidiæ, contumeliæ, iræ, &c. paſſione, veſtros, ſignanter Miniſtros, agnitam veritatem oppugnantes, tales vocent, puniantque. An non D. Paulus Tito cap. 3.10. & 11. ſcribens monet, *poſt vnam & ſecundam correptionem vitandum hominem Hæreticũ*, qui nimirum eligit ſibi quod credat, aut doceat, qualiter Biblijſtæ veſtri faciunt? An non ſubuerſum huiuſmodi appellat? *Sciens*, inquit, *quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt?* Deinde quod ad temeritatem & vſurpationem attinet iudicij, nulla talis apud nos repetitur; quum is, *qui non credit, iam iudicatus ſit*, Ioan. 3.18. hoc eſt, condemnatus, ſcilicet à Deo. Quinimò Paulus ſup. ait, *eſſe proprio iudicio condemnatum*; Dum enim agnitam veritatem oppugnat Hæreticus, ſciens & volens, proprio iudicio condemnat ſeipſum.

Paulus Hæreticos vocat & ſubuerſos qui deligunt ſectas.

Hæret. & Reformati iam ſunt iudicati.

Romano-Catholici eloquuntur iudicium Dei contra Hæret. latum. 4. Romano-Catholici ergo iudicium & ſententiam de Hæreticis à Deo latam, & contra ſe ab ipſis Sectarijs dictatam, duntaxat eloquuntur, in quo quantulus ſcrupulus, Bone Deus, conſiſtit! Maiorem facito Religionem in Sacramentis conculcandis, Templis violandis, Scripturis falſandis, Deo peccati auctore decernendo, &c. quæ maiorem iniuſtitiam inuoluunt, in quibus tamen Reformati egregiè excellunt. vide infrà *Quare* 92.

XXXVI.

XXXVI. QVARE,

De Legum Eccleſiaſticarum obligatione.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtici Epiſcopi imponunt hominibus graue legum Eccleſiaſticarum iugum, quum illa non poſſint obligare in conſcientia?

Luther. art. 27. cum Vuicleffitis, Huſſitis & Geuzis.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro: Quare confratres veſtri Anglo-Caluiniſtæ, numeris ſuorum imponunt importabile atque impudentiſſimum iugum iurandi in Regem Angliæ vt caput Eccleſiæ & turpius, in Reginam? Quare ijdem politicum indicunt ieiunium, publico edicto præſcribentes, vt ferijs quartis, præter ſextam feriam & Sabbathũ, in quadrageſ. piſcibus omnes vtantur? De quo Thom. Stapleton. Prompt. Cathol. Dom. 1. Quadrageſ. §. 2? Quare ad Cœnam Dominicam, nolentes compellunt? Quare confratres tui Geuzæ ab annis plus minus 48. Catholicos, Romano Pontifice & Clementiſs. Hiſpaniarum Rege noſtro eiuratis, in duriſſimum, immo pluſquàm Turcicum, Sacrilegæ Perduellionis iugum, ferro, flammâ, exilio, per Belgium, iurare coegerunt.

Anglo-Caluiniſtæ imponunt iugum Legum.

Iugum Geuzarum.

RESPONDEO ET DICO II.

2. QVIA in Eccleſia eſt legitima poteſtas condendi leges in conſcientia obligantes, etiam ſi non præcipiant id quod eſt iuris Diuini, ita vt poſſint coerceri contumaces atque inobedientes;

Eccleſ. poteſt condere leges in conſcient. obligantes.

Digitized by Google

Probatur primò, quia in Script. Chriſtus relinquit poteſtatem Eccleſiam regendi, ligandi & ſoluendi: vnde Petro ait, Matth. 16. 19. *Tibi dabo claues regni cœlorum:* Quod idem omnibus Apoſtolis poſt modum concedit, Matth. 18. 18. *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Et Ioan. 20. 21. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos* id eſt, cum ſimili poteſtate & auctoritate, vt exponit Chryſoſt. & alij Patres.

Obtemperandum eti[am] malis Prælatis.

3. Secundò, *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate & facite,* Matth. 23. 2. Vbi Dominus mandat vt obtemperemus humanis Prælatis, & quidem obedientiam decernit etiam malis Prælatis, ergo lege Diuinâ, & conſequenter, ſub mortali, obligamur præceptis humanis obtemperare.

Tertiò, ab initio Eccleſiæ mos fuit condendi Leges humanas à Diuinis diſtinctas, vt patet Act. 15. 28. vbi Apoſtoli in Concilium definientes, *Viſum eſt,* aiunt, *Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato & fornicatione.*

Quartò, *qui vos audit, me audit,* (Luc. 10. 16.) *qui vos ſpernit, me ſpernit:* non dicit, qui vos ſpernit quãdo mea præcepta proponitis: de hoc enim nemo poterat dubitare, vnde etiam obedire tenemur in ijs, quæ non ſunt præcisè iuris Diuini.

Quintò, *Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum,* 1. ad Theſſal. 4. 2. Et poſt pauca. *Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis.*

5. Veritati noſtræ ratio ſuffragatur: Si enim non teneremur

Digitized by Google

teneremur obedire Eccleſię Prælatis, niſi quando proponunt id quod eſt Iuris Diuini, reuera non plus auctoritatis haberent Prælati, quam fideles priuati, nam & priuatis obedire tenemur quando proponunt ius Diuinum. Item ſi licuit Apoſtolis ſup. Actor. 15. vſum quorundam ciborum, vt Sanguinis, Suffocati, interdicere, quos alioqui Deus non prohibebat, immo iam ſunt liciti; idque ob bonum finem tunc erat ordinatũ, videlicet vt Eccleſia faciliùs coaleſceret ex Gentibus & Iudæis (hiſce quippe cibis ad tempus iubebãtur Gentes abſtinere, quum Iudæi vehementer eos abhorrerent.) Cur non liceat ligitimis Apoſtolorum Succeſſoribus, certas quaſdam, Eccleſiæque vtiles præſcribere leges, vt Communionem in Paſchate, Confeſſionem annuam, ieiunia, Feſta, Diem Dominicam, Quadrageſimam, &c?

Cur Apoſtoli probibuerint eſum ſanguinis & ſuffocati.

6. An in illos forſan limites ſtrictos redacta eſt Eccleſia, vt eam minori iam dicamus inſtructam poteſtate, ad ſtatuendum aliquid quòd in Sacris Literis non exprimatur verbis diſertis, quàm tunc fuit? Quod ſi exceperitis minorem ipſam nunc habere poteſtatem, quàm olim poſſederit; hoc ipſum ex SS. literis demonſtrate, vbi nam quæſo legiſtis, Deum poteſtatem Eccleſiæ ſemel datam diminuiſſe? Si demonſtraueritis, lubens cedam: ſed demonſtrabitis ad Calendas Græcas.

Deus ſemel datam non minuit Eccleſia poteſtatẽ.

Obiectio I.

Lex Eccleſiaſtica repugnat liberati Chriſtianæ.

Spongia.

7. Nego Aſſumptum; quando enim in Script. Lex Euangelica, lex dicitur Libertatis; Spiritus, non carnis, libertas commendatur, quaſi ſcilicet liceat

Lex Euangelica quomodo libertatis.

Probatur primò, quia in Script. Chriſtus relinquit poteſtatem Eccleſiam regendi, ligandi & ſoluendi: vnde Petro ait, Matth. 16. 19. *Tibi dabo claues regni cœlorum:* Quod idem omnibus Apoſtolis poſt modum concedit, Matth. 18. 18. *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Et Ioan. 20. 21. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos* id eſt, cum ſimili poteſtate & auctoritate, vt exponit Chryſoſt. & alij Patres.

3. Secundò, *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate & facite,* Matth. 23. 2. Vbi Dominus mandat vt obtemperemus humanis Prælatis, & quidem obedientiam decernit etiam malis Prælatis, ergo lege Diuinâ, & conſequenter, ſub mortali, obligamur præceptis humanis obtemperare.

Obtemperandum etiam malis Prælatis.

Tertiò, ab initio Eccleſiæ mos fuit condendi Leges humanas à Diuinis diſtinctas, vt patet Act. 15. 28. vbi Apoſtoli in Concilium definientes, *Viſum eſt*, aiunt, *Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria. vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato & fornicatione.*

Quartò, *qui vos audit, me audit,* (Luc. 10. 16.) *qui vos ſpernit, me ſpernit:* non dicit, qui vos ſpernit quãdo mea præcepta proponitis: de hoc enim nemo poterat dubitare, vnde etiam obedire tenemur in ijs, quæ non ſunt præcisè iuris Diuini.

Quintò, *Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum,* 1. ad Theſſal. 4. 2. Et poſt pauca. *Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis.*

5. Veritati noſtræ ratio ſuffragatur: Si enim non

tenerem ur

teneremur obedire Eccleſię Prælatis, niſi quando proponunt id quod eſt Iuris Diuini, reuera non plus auctoritatis haberent Prælati, quam fideles priuati, nam & priuatis obedire tenemur quando proponunt ius Diuinum. Item ſi licuit Apoſtolis ſup. Actor. 15. vſum quorundam ciborum, vt Sanguinis, Suffocati, interdicere, quos alioqui Deus non prohibebat, immo iam ſunt liciti; idque ob bonum finem tunc erat ordinatũ, videlicet vt Eccleſia faciliùs coaleſceret ex Gentibus & Iudæis (hiſce quippe cibis ad tempus iubebãtur Gentes abſtinere, quum Iudæi vehementer eos abhorrerent.) Cur non liceat ligitimis Apoſtolorum Succeſſoribus, certas quaſdam, Eccleſiæque vtiles præſcribere leges, vt Communionem in Paſchate, Confeſſionem annuam, ieiunia, Feſta, Diem Dominicam, Quadrageſimam, &c? *Cur Apoſtoli prohibuerint eſum ſanguinis & ſuffocati.*

6. An in illos forſan limites ſtrictos redacta eſt Eccleſia, vt eam minori iam dicamus inſtructam poteſtate, ad ſtatuendum aliquid quòd in Sacris Literis non exprimatur verbis diſertis, quàm tunc fuit? Quod ſi exceperitis minorem ipſam nunc habere poteſtatem, quàm olim poſſederit; hoc ipſum ex SS. literis demonſtrate, vbi nam quæſo legiſtis, Deum poteſtatem Eccleſiæ ſemel datam diminuiſſe? Si demonſtraueritis, lubens cedam: ſed demonſtrabitis ad Calendas Græcas. *Deus ſemel datam non minuit Eccleſiæ poteſtatē.*

Obiectio I.

Lex Eccleſiaſtica repugnat liberati Chriſtianæ.

Spongia.

7. Nego Aſſumptum; quando enim in Script. Lex Euangelica, lex dicitur Libertatis; Spiritus, non carnis, libertas commendatur, quaſi ſcilicet *Lex Euangelica quomodo libertatis.*

liceat

liceat propriam concupiſcentiam ſequi, hoc eſt, tam in credendo quod placet, admittere, quàm in operando quantumlibet facere; qualem carnis libertatem hodie docent Euangelici Reformati, ſub veſtimento Chriſtianæ libertatis, & Eraſmus ipſe nimium ſe hanc commendâſſe aliquando, indoluit: verùm hactenus Lex Euangelica Lex dicitur libertatis, quia per eam liberamur, primò à ſeruitute peccati, à qua non poteramus per veterem legem liberari. Secundò à ſeruitute onerum legalium. De priore agit D. Paulus Rom. 6. 18. *Liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ.* De poſter. ad Galat. 5. 1. *State & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.*

Libertas Reformantium.

Obiectio II.

Iuſtus non eſt ſub lege, Rom. 6. 14. ergo, &c.

Spongia.

8. Senſus eſt, non agi lege tanquam ſeruum, timore ſupplicij ei obtemperãtem, ſed amore Dei, virtutis, & noſtri ipſius boni ſpiritalis: quod Doctores dicunt, non eſſe ſub lege, quoad vim coactiuam, ſed quoad vim derectiuam, vt bene D. Auguſtin. initio Pſalmi 1.

Iuſtus quomodo non ſit ſub lege.

Obiectio III.

Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, 1. ad Timoth. 1. 9.

Spongia.

Admitto ſub hac ratione, nimirum, quoad minas, & terrores à Lege incuſſos, vel quia non ſit exteriùs promulgata & ſcripta propter iuſtos, qui eam habent ſcriptam in cordibus ſuis, ſed propter iniuſtos, è quorum cordibus facilè deletur.

XXXVII.

Digitized by Google

XXXVII. QVARE,
De Ciborum delectu.
GEVZA REFORMATVS.

Quare Pontificij certis temporibus prohibent eſum carnium quum ſcriptum ſit : Non quod intrat in os, coinquinat hominem, *Matth.* 15.11.

Iouinian. VValdenſ. Lutherani, Caluiniani, Geuza cum Eraſ. Rotter. in Paraphr. c. 8. 1. ad Corinth. & reſpon. ad 1 Ceſur. Pariſienſ.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPOND. I. & quæro cur Iudæi non veſcebantur carnibus porcinis, quum nec illę intrantes in os, coinquinarent animas eorundem, & tamen plerique eorum præſentiſſimam mortē tali eſu præferebant ? Quare Deus præcepit Adæ Euæ, *ne de ligno ſcientiæ boni & mali comederent*, Gen. 2.17 in quacumque enim die illo veſcerentur, fore mortales ?

RESPONDEO ET DICO II.

2. ECcleſia certos cibos prohibet ad tempus, non quod eos cum Manichæis iudicet immundos & à malo Deo creatos, non vt piſcationis vel nauigationis vſus non intereat, aut detrimenti quippiam accipiat, quemadmodum Anglo-Caluiniſtæ ſtatuerunt; Sed ob finem honeſtum; videlicet :

Non vetat Eccleſ. cibos vt immundos.

Primò, diebus Veneris amore Chriſti carnibus abſtinemus, QVIA Chriſtus illo die pro nobis in carne eſt mortuus, vt rectè Epiphan. compend. doctr. fidei Cathol. Secundo, Apollinaris, feriâ quartâ narrat inſtitutum ieiunium, in memoriam venditionis eiuſdem. Tertiò, ad carnis petulantiā coër-

Cauſa indicta abſtinentia à carnibus.

coërcendam,& continentiam acquirendam. Scimus enim ſubtracto corporibus cibo ſimul ſubtrahi vitiorum illecebras,quę ex cibis,maximè calidis,multumq́ue nutrientibus,excitantur,de quo infrà *Quare* 73.

3. Igitur ſiuę quis ad Dei beneuolentiam ſibi comparandam , ſiue ad carnem vitiaq́ue comprimenda,ſiue ad commodiùs orationi vacandum,ſiue ex alia quapiam cauſa cum pietate coniuncta, ieiunet,& delectum ciborum adhibeat,rectè facit. Sic exemplo ſuo nos præeuntibus ac docentibus Chriſto,Moyſe,Ioanne Baptiſtâ,& Eliâ,quos non pauci imitati ſunt Monachi & Eremitæ, quorum ieiunium celeberrimo miraculorum ſigillo Deus aliquando confirmauit.

RESPONDEO ET DICO III.

SI ex eo, quod cibus ingrediens in os nos coinquinet hominem,liceat inferre,ergo Chriſtianis nullo tempore ab vllo cibo eſt abſtinendum; etiam ſequetur,venenum appoſitum , aut carnes ſuillas eo tempore quo Moyſis Lex vigebat,alicui propoſitas,licitè comedi poſſe , quod præter omnem rationem,& Legis Moyſaicæ intẽtionem eſſe nemo ignorat.

Cibi vetiti ſubſtantia phyſica non maculat animam, bene autem inobedientia adiuncta.

4. Loquitur ergo Chriſtus de cibo & potu,non quomodocunq́ue conſideratis,ſed vt res ſunt corporales,quæ ex natura ſua, phyſicâ aliquâ actione impreſſâ,nequeunt animam,quæ ſpiritalis eſt,coinquinare: bene autem poſſunt & de facto in trãſgreſſoribus præcepti,eandem animam commaculant,ratione adiunctæ inobedientiæ, aut concupiſcentiæ & gulæ,quâ Eccleſiæ , prohibendi auctoritatem habentis, mandatum, & Dei contemnunt,

Digitized by Google

nunt, vt bene exponit D. Auguſt. l. 1. de morib. Eccleſ. c. 31. *Ita non ſolum* (ait) *à carnibus & à vino abſtinent pro ſufficientia domandarum libidinum, ſed ab his etiã quæ tantò concitatiùs ventris & gutturis prouocant appetitum, quantò quaſi mundiora nonnullis videntur.* Et in Euangel. Ioan. tract. 73. *Vt ſciremus non Dei creaturam eſſe culpabilem, ſed inobedientiam contumacem & inordinatam cupiditatem, non propter porcum, ſed propter pomũ, mortem primus homo inuenit, & Eſau primatus ſuos, non propter gallinam, ſed propter Lenticulã perdidit.* Vide eundem de fide ad Petrum c. 3.

5. Cæterùm præfatis verbis taxat Chriſtus cuiuſdam Traditionis humanæ Iudaicam ſuperſtitionem, quâ exiſtimabant cibos illotis manibus ſumptos certas ſordes animæ adducere: cui impietati ſe opponens, ait Chriſtus, *Non quod intrat*, &c. Hoc eſt, Cibus qui licitè comeditur, quomodocumque ſumatur ſiue lotis, ſiue illotis manibus, non contaminat animam. *Superſtitio Iudaica.*

Scrupus Pſeudo-Euangelicus.

Chriſtus iubet vt *quæ apponuntur manducemus*, Lucæ 10. 8. Sic Paulus 1. Corinth. 10. 25. *Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam*: ergo perperam Papiſtæ prohibent certis temporibus carnium eſum. *Quam ſtupida Reformantium ſequela.*

Reiectio.

6. Negatâ ſequelâ, ad prius dico, Chriſtum requirere temperantiam, dum non vult, vt quum hoſpitio Apoſtoli recipiuntur, delicatiores cibos exquirant, ſintque vilioribus appoſitis contenti. Ad poſterius Paulus ſubleuat fideles extremâ anxietate inquirendi, vtrùm carnes illæ Idolis eſſent immolatæ, vel non. Et ſic in neutro fidelibus conceditur

Digitized by Google

ditur irrationalis libertas Eccleſiæ leges tranſgrediendi in carnium vetito vſu.

XXXVIII. QVARE.

De obedientia Magiſtratui ciuili præſtanda.

GEVZA REFORMATVS.

Albigenſes, Bigardi & Hæretici noſtri temporis.

Quare vos Romaniſtæ eſtis ita ſimplices, vt obediatis Legibus Principum & Magiſtratus ciuilis, quum, ipſi non poßint nos ligare?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro, Cur ergo Miniſtri veſtri à Papiſtis hodie rogati, quis eos ad Verbi Diuini & Sacramentorum diſpenſationem miſerit, ſolent ad Magiſtratum vel Principem ſæcularem prouocare, dicentes ſe ab illis mitti, & poteſtatem accipere miniſterij, quum tamen ſpiritalem hanc alios mittendi poteſtatem, nec vllus Magiſtratus, nec Princeps ſæcularis, à Deo vel Chriſto, in Scrip. vnquam accepiſſ. legatur, quicquid obganniant Luther. in cap. 1. ad Galat. & Muſculus in locis commun, capite de Miniſtr? Reſponde, & hunc nodum Gordium ſolue ſi vales.

RESPONDEO ET DICO II.

Principum leges ligantes in conſcientia.

2. QVIA Principi & Magiſtratui licitum eſt condere leges purè ciuiles, quibus ſubditi ligentur in cõſcientia, etiam ad mortale, obedire.

Probatur primò, nam Deus ipſe ſæpe conſtituit Principes ſæculares cum poteſtate Regendi, vt patet in lib. Regum, Iudic. Prouerb. 8. 15. *Per me*

Reges

Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: ergo hiſce neceſſariò erat parendum, quia iis eorumq; licet Gentilium, legibus parere, ceſſiſſet in Dei iniuriam atque contemptum; Sicut dum quis non vult parere Magiſtratui immediatè à Rege conſtituto, ipſum Regem contemnere cenſetur; peccant proinde qui eorum reſiſtunt poteſtati & violant leges.

3. Secundò, expreſsè mandatur in Script. vt illis obediamus, Matth. 22. 21. *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*, ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo.* vbi loquitur de poteſtate humana in genere, & magis de ciuili quàm Eccleſiaſtica: ſubdit enim verſ. 3. *Nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali*, & verſ. 5. *Subditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*, quâ videlicet ad aliquid faciendum obligamur.

Principes etiam Ethnici ſunt legitimi ſuperiores.

Tertiò, Principes ſæculares licet Ethnici, ſunt legitimi Superiores, & veram regendi à Deo poteſtatem acceperunt, vt Patet ſup. proinde ſubditi, legitimè ipſis præcipientibus, tenentur obedire, quum lumine rationis naturalis euidens ſit, parendum eſſe Superiori. Conſequenter ergo, ſi non pareant inre magni momenti, peccabunt mortaliter, inobedientia quippe in re magni momenti, eſt mortalis.

RESPONDEO ET DICO 3.

Vnde Lex ciuilis poteſtatem habeat ligandi.

4. QVIA Lex ciuilis habet vim obligandi, non quidem ex eo quod ſit ab homine, ſed quia deſcēdit à Lege Diuina, quæ ſtatuit, vt Superiorib. pareamus: vnde parū refert, vtrum poteſtas ſit ſpiritalis,

ritalis,an temporalis,Simili modo, etſi Lex Ciuilis non poſſit ex ſe infligere pœnam æternam; poteſt tamen eam Lege & auctoritate Diuinâ, cuius virtute lex obligat humana, etiam ad culpam, à qua tamen non poteſt abſoluere,quia illam poteſtatem Deus,non Principibus, ſed Sacerdotibus duntaxat commiſit,quum ad varia miniſteria, varios conſtituerit gradus.

Scrupulus GeuZius.

Saluator Matth. 17.25.dicit *filios Regni liberos eſſe à ſoluendo cenſu ac tributo*,ergo Euangelici nihil Principibus debent.

Reiectio.

Quos filios Regni liberos decernat Chriſtus.

5. Scriptura illa intelligitur de Chriſto ipſo filio naturali Regis Regum: non verò de Chriſtianis, quippe qui nō ſunt filij naturales ſupremi Regis, verùm adoptiui duntaxat, & quidem ſecundum ſpiritum, non carnem. Miror interim ad ſtuporem vſque realem veſtram contradictionem,dum Magiſtratus & Principum excutitis auctoritatem, eoſdem tamen religionis admittitis iudices, & in iudicandis fidei controuerſiis, Synodorum præſidentia,Miniſtrorum inſtitutione, &c cum poteſtate Magiſtros: Quum è contra Chriſtus Eccleſiā ſuam regendam, non Tiberio & eius Præfectis, ſed D.Petro & Epiſcopis commiſerit.

6. Iuſto ergo Dei iudicio Anno 1525. cæſi ſunt Ruſtici illi,quos erecto Euangelicæ libertatis vexillo,Thomas Muncerus,primò in clerum, mox in Principes inflammârat, vnde ad inauſpicatam, neſcio quam libertatem aſpirantes, plurimos viros Principes,atque inter cæteros, Illuſtr. Comitem Ludouicum ab Helffenſtein occiderunt,breuiſſimoque temporis ſpacio,in vna Franconia ducenta

centa atque eò amplius, monaſteria & arces incẽderunt. Feruntur autem in hoc tumultu, vltra centum millia Ruſticorum in Germania & Lotharingia occubuiſſe, vt refert Surius in Chronico: Et iuſtè quidem: *quia omnem animam Poteſtatibus ſublimioribus neceſſe eſt ſubditam eſſe*, ſup.

Centum millia Ruſticorũ rebellium iuſto Dei iudicio caduntur.

XXXIX. QVARE,

De Sacramentis in genere.

GEVZA REFORMATVS.

Quare damnatis definitionem Sacramenti, ab Archimagiſtro Ioanne Cal. datam: vt ſit Symbolum externum, quo Deus beneuolentiæ erga nos ſuæ promiſſiones, conſcientiis noſtris obſignat, ad ſuſtentandam fidei noſtræ imbecillitatem?

Cal. l. 4. Inſt. c. 14. § 1. & plerique cum eo Geuzæ in Catechiſmo Holland.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO *& dico*: Meritò eam reiicimus, QVIA tot ferè habet errores, quot verba.

Refutatur Cal. definitiõ

Primo, quia vult Sacramentum eſſe aridum duntaxat Symbolum & ſigillum, nihil homini cõferens, at ſolùm teſtificans fauorem ante collatũ. Sic autem nullam noui Teſtamenti Sacramenta, ſupra Moyſaica habent prærogatiuam; quinimò minoris erunt perfectionis, quum hæc, gratiam ſaltem legalem, contulerint ex opere operato.

2. Secundò, quia vult Sacramentum eſſe SIGILLVM Diuinæ beneuolentiæ, quam Deus tantum habeat erga electos & prædeſtinatos: vnde horridum illud ſequitur abſurdum, quod ſolùm Prædeſtinati ſuſcipiant Sacramenta; nam ſi Rebrobus

Symbolum externum ſuſcipiat, illud non erit ſignum Diuinæ Beneuolentiæ erga ipſum, quum Deus Reprobum tali benevolentiâ non proſequatur, proinde non erit Sacramentũ. Immo peccabunt Miniſtri qui applicant Sacramenta iis de quibus ignorant, an Deus proſequatur eos illâ beneuolentiâ: nam ſi applicent reprobis, facient Deũ teſtem mendacij: quia facient eum teſtari habere ſe beneuolentiam erga eum, circa quem non habet. Ergo quum de nemine ſint certi, an ſit prædeſtinatus, ſemper ſe exponent periculo Sacrilegij, cùm illud ſigillum alicui applicabunt.

3. Tertiò, quia vult Sacramentum eſſe ſignum Diuinæ promiſſionis nobis iam ante applicatæ, quod ſimiliter & falſum eſt, quum nuſquam in Script. legatur, nullum eſſe Sacramẽtum ſine præuia promiſſione: & abſurdum; hinc enim ſequitur Sacramenta prorſus eſſe inutilia; quum nullã nouam adiiciant confirmationem, quippe quæ nullo modo eſt neceſſaria iis qui omnimodè aſſecurati ſunt de gratiæ obtentu, vti ſunt Caluiniſtæ omnes in ſenſu, non veritatis, ſed Caluini, qui etiam l. 3. c. 2. variis §§. docet veram fidem ſemel obtentam nunquam poſſe amitti.

4. Quartò, quia vult illud Symbolum externũ cõſciẽtiis noſtris obſignare Diuinas promiſſiones, id eſt, vt firmiùs credamus illas Promiſſiones nobis eſſe applicatas; Quod militat contra Baptiſ. paruulorum & Stultorum, qui idcirco carebunt ratione Sacramenti, nam hi non habent conſcientiam, quum careant vſu rationis, quod eſt contra Caluiniſtas paruulos baptizantes: Suppono enim falsũ eſſe, quod iis in Baptiſ. acceleretur rationis vſus.

Paruulis non acceleratur ratio in Baptiſmo.

Meliùs ergo Catholici noſtri definiunt Sacramentum,

mentum, vt ſit, *Signum externum rei Sacræ, ex Diuina Inſtitutione, ſuo vſu hominem quodam modo ſanctificans,* ſiue ex opere operato, ſanctitatem quandam legalem & corporalem, ad animam non pertingẽtem, pro veteris Legis; ſiue gratiam habitualem & animam ſanctificantem, pro nouæ, Sacramentis, impertiendo.

XL. QVARE.

De Numero Sacramentorum.

Cal. l. 4. Inſt. c. 18. §. 20. Luther varijs locis cum Geuzis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ ponunt ſeptem Sacramenta, vbi hoc legerunt?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO. I. & quæro, vbi legerũt Caluiſtæ cum ſuo Anteſignano, eſſe duo duntaxat Sacramenta, non plura, non pauciora, & quidem hoc nomine Sacramenti appellata? An non expreſsè id contradicit Mart. Luthero, nouorum ſimiliter & contrariorum dogmatum ſeminatori? Is enim lib. ad VValdenſ. propriè loquendo, dicit eſſe tantùm vnum videlicet Baptiſmum: Cæterùm lib. de Captiuit. Babylo. ante medium, pag. 12. docet neganda quidem eſſe ſeptem Papiſtarũ Sacramenta, ſed pro tempore ponenda tria Baptiſmum, panem & Pœnitentiam.

Cal. ponit duo Sacramenta.

Luther. nunc vnum. nunc 3. ponit Sacrament.

2. An non Philippus Melanchton in diuerſis Annorum locis communibus, diuerſum ponit Sacramentorum numerum, nunc duo, Baptiſmum, & Panem; nunc tria, Baptiſ. Panem, Abſolutionem, nunc 4. addens Ordinem, nunc 5. addens Matrimonium?

Melanchton delirat circa numerum Sacrament.

RESPONDEO ET DICO II.

Septem ſunt Sacramenta legis nouæ.

3. QVIA conſtans Catholicorum Sententia fuit & eſt, numero eſſe ſeptem veri nominis SACRAMENTA. Quæ doctrina antiquiſſima, Concil. Patrum, & Doctorum Traditione eſt vallata, atque ex Script. deducta: Cui proinde tutiùs eſt adhærere, quàm vagæ inconſtanti, & contradictoriæ Geuzarum, Lutheranorum, Caluiniſtarum, Zvvinglianorum, Anabaptiſtarum, aliorumque Hæreticorum, ſupputationi, qui ſpiritu ducuntur, vertiginis & diſſenſionis.

De Baptiſmo & Euchariſtia Hæretici ſentiunt nobiſcum: De reliquis infra ſuo loco probabitur: Solum hîc attexuero Concil. Triden. Seſſio. 7. cano. 1. Cuius is tenor eſt: *Si quis dixerit, Sacramenta Nouæ Legis, non fuiſſe omnia, à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta: aut eſſe plura vel pauciora quàm ſeptem videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitẽtiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, Matrimonium; aut etiam aliquod horum ſeptem, non eſſe verum & propriè Sacramẽtum: anathema ſit.*

Puerilis ratiũcula ſcholæ Reformatæ.

4. Scio expreſsè non dici in Script. *Septem numero ſunt Sacramenta*: ſufficit illum numerum ex Script. conuenienter colligi: nuſquam etiam in Script. dicuntur, quatuor eſſe Euangelia: nuſquam etiam (in ſenſu Caluiniſtarum) dicitur: Duo tantum ſunt Sacramenta, quum tamen ipſi tanta, non plura vel pauciora accepter.

XLI. QVARE,

De gratia Sacramentorum.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ gratiæ iuſtificantis effectum aſcribunt Sacramentis, quum is proprius ſit Spiritui Sancto?

ROMANO CATHOLICVS.

Luther. art. 1. Zvvingl. apud Eck. homil. 1. de Sacram. Kemnit. in Exam. Cont. Trid. ſeſſ. 7. can. 7. & 8.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA Nouæ Legis Sacramenta, non ſunt cauſæ gratiæ primariæ vel efficientes, (is enim ſolus eſt Deus) vel meritoriæ (qui Chriſtus eſt per Humanitatẽ) omnia tamen per ſe, & ex opere operato, conferunt gratiam, tanquam cauſæ gratiæ inſtrumentales, in non obiicientibus obicem.

Sacram. non ſunt cauſa gratia Primaria.

2. Probatur primò ex illis Saluatoris verbis Ioan. 3. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto,* &c. vbi Baptiſmalis regeneratio per gratiã, vtriq; communiter tribuitur, Spiritui S. & Aquæ Sacramento, ꝙ quidem attinet ad cõmunem notionẽ cauſę, tametſi differẽtia ſit in Peculiari modo efficiendi. Friuolum autem eſt, Aquam hic accipere pro Spiritu S. vti accipit Cal. l. 4. inſt. c. 16. §. 15. Quaſi dicat: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,* id eſt, Spiritu S. qui dicitur Aqua, Quia ita accipere Aquam, eſt contra omnes Patres. Deinde ineptè dicitur, Renaſci ex aqua & Spiritu S. eſt renaſci ex Spir. S. qui eſt Aqua.

Sacram. conferunt gratiam ex opere operato.

Regeneratio tribuitur Aqua.

Per aquam non intelligitur Spiritus S. Ioan. 3.

3. Secundò, ad Epheſ 5 26. *Mundus eam* (Eccleſiam) *lauacro aquæ in verbo vitæ.* Vbi rurſum indicatur ratio tio cauſæ inſtrumẽtalis in ordine ad iuſtificationẽ, perinde ac ſi quis dicat, ſcribo calamo. Sic ad Titũ 3. 5. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.*

Tertiò, Paulus ad Timot. 2. Epiſt. 1. 6. *Vt reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te, per impoſitionẽ manuum mearũ.* Quod itẽ ex aliis pateſcet Sacramentis, in decurſu.

Digitized by Google

Idem ratione probatur, quia paruuli baptizantur etiam mandante Chriſto, in quibus teſte Auguſt. *Baptiſmus per ſe valet plurimum*, & tamen non habent fidem, ergo Baptiſmus non habet effectũ ſuum per fidem, niſi quis velit cum cæcis Lutheranis dicere, in Paruulis, dum baptizantur, rationis iudicium accelerari, & quendam fidei motum excitari: Quod eſt in omnium ore, Paradoxon, & certæ experientiæ contrarium.

Paruulis in Baptiſ. non accelaratur vſus rationis.

RESPONDEO ET DICO II.

4. QVIA ex gratię cauſalitate inſtrumentaria nulla ſequitur iniuria Dei, nulla idololatria.

Ratio, quia aſſerimus Sacramenta nullam virtutem, niſi à Deo, vt cauſa principali, deriuatam habere, qui quidem Sacramentis non eget, iis tamen nos voluit in iuſtificatione vti, vt potentiam ſuam oſtendat, quæ tanta eſt, vt non ſolum per ſe, ſed etiam per creaturas ſuas iuſtificare nos poſſit; Deinde vt ad hominem argumenter, nõne, ſi quicquam ratiuncula veſtra valeret, etiam ipſi Deo iniuriam Caluiniſtæ inferrent, dum ſoli fidei iuſtificationem aſcribunt?

Deus iuſtificat per creaturas.

Nullum etiam meritis Chriſti inferimus præiudicium, quippe quæ ita facimus efficacia, vt etiã Sacramenta, quæ per ſe, res ſunt corporeæ & inanimes, ex illis concipiant vim ſanctificandi, ſicut ignis quiſpiam ita potens eſt, vt non ſolùm per ſe calefaciat, ſed etiam aliis vrendi virtutẽ impertiat.

Efficacitas meritorium Chriſti.

Scrupulus Reformati.

D. Aug. tract. 80. in Ioan. dicit, *Aquam cor abluere, faciente verbo, non quia dicitur, ſed quia creditur*: ergo verbum concionale, eſt id quod mediante fide, mundat in Baptiſmo.

Reiectio

Reiectio.

5. Multis exploſimus ſup. *Quare tertio*, effectum iſtum Sacramentalem, fidem ſpecialem dictum, quâ certò quis ſtatuat ſibi in partic. peccata remitti, donarique gratiam propter promiſſionem Diuinam, quam etiam verbo Script. & Sacramentis, tamquam ſignis quibuſdã viſibilibus, dicitis cordi noſtro obſignari. *Fides ſpecialis vana.*

Nec quicquam vobis D. Aug. verba ſuffragantur, quaſi velit verbum illud quod creditur, eſſe verbum concionis, quod apud vos ſolet realem alicuius Sacramenti perceptionem præcedere, ad ingenerandam, vt dicitis, fidem. Abſit.

6. Vult autem dicere verbum Chriſti mundare in Sacramento, *non quia dicitur*, ſiue externo ſono qui tranſit, *ſed quia creditur*, hoc eſt, virtute internâ, quæ ſola fide percipitur. Et hoc eſt verbum rituale, non concionale, ad inſtabilis fidei ſpecialis excitationẽ purè excogitatum: Quod rurſus concionale verbum, ſi ante quoduis Sacramentum, maximè Baptiſmi, debeat præcedere, nec veſtrum dum in Eccleſia Rom. baptizati eſtis, Baptiſmũ de facto præceſſerit, quomodo ſecuri eſſe poteſtis de eius valore? quare vos ipſos non curatis cum Anabaptiſtis rebaptizari? *Verbum rituale in Sacramentis.* *Optimè dictũ*

XLII. QVARE,

De Charactere Sacramentorum.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Põtificij confingunt quædam Sacramenta imprimere Characterem, quum pecudes eo ſoleant diſtingui, & præter Papiſtarum nugamentum, nullum eius in Scriptura ſit fundamentum?

VVicleff. apud VValdẽſ. Cal. l. 4. Inſtit. c. 19. §. 31. Kemnitius in exam. Conci. Trid. cano. 9. ſeſ. 7. Lutherani, Sacramentarij & Geuzæ omnes.

ROMANO-CATHOLICVS.

Cal. characte rem accepit in dorſo prop- ter Sodomiã.

1. RESPOND. ET DICO I. Scio pecudes & fures ſtigmate notari, ſcio Patriarchæ veſtri Ioan. Caluini dorſo, propter commiſſam Sodomiam, lilium candens cauterio inuſtum, teſte Bolſeco, in vita Cal. c. 5. Verùm præter hos corporeos characteres, alios ſpiritales à gratia diſtinctos & vi Sacramentorum, animabus impreſſos, Eccleſia, *Apoſtolicâ traditione edocta*, agnoſcit, & ſanâ fide amplectitur: Certum enim eſt Apoſt. Traditionis argumentum, ſi certum aliquod fidei vel morum dogma, vniuerſa teneat ac ſentiat Eccleſia, vnde D. Auguſt l. 5. de Baptiſmo, c. 23. *Quæ vniuerſa tenet Eccleſia, eo ipſo ab Apoſtolis præcepta dicuntur, etiamſi ſcripta non reperiantur.*

Character Sacramentalis.

2. Quædam verò Sacramenta imprimere Characterem, vniuerſa tenet Eccleſia, vt patet ex Antiquiſſimis Patribus, qui à Theol. 3. part. D. Thomæ de Aquino, citari ſolent. Deinde vbicunq; Eccleſia doctrinam de Charactere tradit, eam proponit tanquam antiquam, & quæ iam olim apud fideles, fidei obtinuerit auctoritatem. Nec verò credibile eſt eam aliquid fingere hac in re; quod enim ex hac fictione commodum ipſa ſperet?

Deinde ex variis Script. locis idem firmatur, modò tamen abſque proterua moroſitate intelligantur, & illius nominis, *Character*, ſcrupuloſa demonſtratio à nobis è Script. deducenda non requiratur. Vbi ſodes, & vos in Scrip. *fidei ſpecialis*, nomē legiſtis? vbi hæc verba; *Beneuolentiæ Diuinæ promiſſiones conſcientijs noſtris per Sacramenta obſignari*, Caluinus legit?

Non nomen, ſed res Characteris in Script.

3. Pri-

3. Primò ergo D. Paulus ſignificat fideles, per Confirmationem & Baptiſm. quem acceperunt, *conſignari aliquo ſpiritali ſigno*, Diuinitus impreſſo, & durabiliter in ipſis, etiam poſt amiſſionem gratiæ, permanente, 2. ad Corinth. 1. 22. *Qui vnxit nos Deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris*, vbi Apoſtolus ponit 3. effectus Confirmationis, in qua propriè vngimur; videlicet vnctionem, quæ ad gratiam; ſignationem, quæ pertinet ad Characterem; Pignus denique Spiritus ſancti teſtimonium eſt conſcientiæ bonæ, vnde in Confirmatione patet gratiam à Charactere diſtingui. **3. Effectus Confirmationis.**

4. Secundò ad Epheſ. 4. 30. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum in quo ſignati eſtis in diem Redemptionis*, id eſt, Baptiſmi, vt fere exponunt omnes Patres; maximè Haymo. in Comment. *Signum* (inquit) *Spiritus ſancti in pie Baptiſmi accepiſtis, nouum ſignaculum habere cœpiſtis.* In Græco verò pro, *Signati*, eſt, *Sigillati eſtis*, loquitur verò ibi etiam cum improbis, & quidem de ſignaculo à gratia differente, animæque indelebiliter impreſſo, quod proinde, *nec puluere, nec ſale, nec ſapone abſtergi poſſit*, vt blaſphemè ſup. ridet Caluinus. **Blaſphemus Caluinus.**

RESPONDEO ET DICO II.

5. TRia duntaxat Sacramenta imprimūt Characterem indelebilem, Baptiſmus, Confirmatio & Ordo, QVIA id patet ex Concil. & Patribus. Ratio à priori, cur nō plura vel pauciora eum imprimant, eſt voluntas Chriſti, de qua nobis per Traditionem cōſtat Eccleſia, quæ & ipſa ab Apoſtol. ſic eſt edocta, habetque quod ad Sacramentorum attinet doctrinam, infallibilem declarandi auctoritatem. **Tantum tria Sacram. imprimūt Characterem.**

Congruentia. Congruentia verò hæc eſt, nam per tria illa Sacramenta, homo peculiariter deputatur, ad actus Religioſos extra ipſum Sacramentum obeundos: atqui conſentaneum eſt potentiæ Chriſti & perfectioni Religionis Chriſtianæ, vt hæc deputatio fiat non tantùm per denominationem extrinſecam, ſed etiam per intrinſecam qualitatem, alioqui non eſſet perfectior, quàm deputatio militis ad bellum, & Ducis ad præfecturam. Hæc autem qualitas, eſt Character: Nec ſufficit gratia ad hanc deputationem, nam etiam dum quis ab ea excidit, manet tamen deputatus ad militiam Chriſtianã, vti miles quando offendit Regem.

6. Per BAPTISMVM ergo, tribuitur nobis poteſtas quædam & capacitas, quâ reddimur idonei ad reliqua Sacramenta ritè ſuſcipienda, & differimus ab ijs qui non ſunt Chriſtiani.

Per CONFIRMATIONEM, peculiari ratione, velut deſtinamur ad militiam Chriſtianam; ſub Chirographo Chriſti, itemque ad cultum, qui peculiariter conſiſtit in Conſtanti fidei Chriſtianæ profeſſione. Rurſus diſtinguimur à Baptizatis tantùm, & nondum etiam confirmatis, quos D. Petrus 1. Epiſt. 2. 2. vocat, *Sicut modo genitos infantes*, non milites robuſtos.

7. Per ORDINEM denique deputatur quis ad eum cultum Religionis, qui conſiſtit in adminiſtratione aliorum Sacramentorum, & functione muneris Sacerdotij Chriſti; item differt quis à Laicis qui Ordinibus non ſunt initiati. Quæ conſiderationes non ita in alia cadunt Sacramenta.

Pulviſculus Reformati.

Abſque Charactere æquè benè poſſumus intelligere

gere ea quorum cauſâ dicitur imprimi Character, fruſtrà ergo ad illa ponitur Character.

Retectio.

8. Multò rectius intelligitur fideles deſtinari ad cultum Religionis Chriſtianæ, & ab alijs, quaſi quoddam peculium Chriſti, Populis diſcerni, ſi in illis maneat durabilis, aliqua nota & Character, qualem manere probauimus; quam ſi externam duntaxat ponamus denominationem. Chriſtus tamen non habuit Characterem. *Christus non habuit characterem.*

XLIII. QVARE,

De Baptiſmo Paruulorum.

GEVZA REFORMATVS.

Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 16 § 24. Zvvinglius lib. de vera & falſ. Reli. Eraſ. præfat. Paraphraſ. in Matt. & moderni Geuzæ.

Quare Papicolæ dicunt Baptiſmum Aquæ, paruulis neceſſitate medij ad ſalutem eſſe neceſſarium, quum multi abſque eo moriantur, & alienum ſit à Diuina Bonitate, tot animas ſine remedio relictas, perire?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Infantibus Baptiſmus in re eſt omnino neceſſarius neceſſitate medij, ita vt ſine reali Baptiſm. ſuſceptione nequeant ſaluari: Cuius ratio Prior iſta eſt, QVIA ſic Deus abſolutè ſtatuit; de quo conſtat: *Baptiſ. realis paruulis abſolutè neceſſarius.*

Primò, ex vniuerſali Eccleſiæ Traditione.

2. Secundò expreſſis Chriſti verbis Ioan. 3. 5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Vbi apertè ſignificatur, Baptiſmum eſſe medium ad ſalutem neceſſarium, vt, ſi quis diceret alicui: Niſi pharmacum hoc ſumpſeris, non ſanaberis, neque enim tam ſignificaretur

ficaretur præceptum, quam omnimoda medij neceſſitas. Quod confirmatur ex ænei Serpentis figura inibi à Domino adducta; ſicut enim ſerpens ille viſus & adoratus, erat vnicum contra ignitorum ſerpentium morſum, antidotum; ita vult ſuum Baptiſm. eſſe vnicum contra mortem æternam remedium, adeò vt certiſſimè perituri ſint infantes, niſi Baptiſmo renaſcantur, ſecluſo tamen Martyrij priuilegio.

Viſio Serpentis ænei neceſſaria.

Martyrium in paruulis eſt loco Baptiſmi.

3\. Friuolæ autem & deprauatæ ſunt *Aquæ* expoſitiones à Pſeudo-Euangelicis merè effictæ; aliqui enim per *Aquam*, illam intelligunt *Aquam* quæ fluxit ex latere Chriſti, vt ſit ſenſus: Niſi quis crediderit Chriſtum eſſe paſſum. Aliqui intelligũt verbum Dei, hoc ſenſu; Niſi quis crediderit verbo Dei: Aliqui intelligunt veritatem; vti Gandaui quondã duo indoctiſſimi Anabaptiſtæ conabantur, argumento preſſi, mihi friuolè exponere Alij ſanguinem Chriſti. Alij Pœnitentiam, hoc ſenſu: Niſi quis pœnitentiam egerit.

Praua expoſitiones Aquæ.

Caluinus denique in Antidot. cap.5. Seſſio.6. Concil. Trident. per Aquam intelligit Spiritum ſanctum, qui purgat per modum Aquæ.

4\. Verùm omnes expoſitiones illæ, ſunt expreſſè contra Script. tenorem detortæ; Quis enim ita vnquam loqueretur: *Renaſci ex aqua & Spiritu ſancto* eſt, credere Chriſtum eſſe paſſum vel credere Verbo Dei, &c. huiuſmodi nugatoria? Taceo quod alibi, Epheſ.5.26. Actor.2.8.& 10. euidenter conſtat Aquam veram & naturalem eſſe Baptiſmi materiam. Taceo Patres omnes hunc locum de vera exponere aqua. Taceo textum Græcum γεννηθῇ ἐξ ὕδατος, veram aquam indigitare: vide ſup. *Quare* 41. Dicto 1.

5\. Tertiò,

5. Tertiò, in Actis 16.33 & 1. Corint. 1. 16. dicuntur Apoſtoli integras familias, vtputa, cuſtodis carceris, item Stephanæ, baptizaſſe: *Baptizatus eſt ipſe & domus eius tota.* Et: *Baptizaui autem & Stephanæ domum.* Dubitandum verò non eſt, quin in familijs iſtis erant etiam infantes, quos tantâ diligentiâ Apoſtoli non baptizâſſent, ſi abſque eo poſſe ſaluari ſibi perſuaſiſſent. *In familiis per Apoſt. baptizatis, erât paruuli.*

6. Quartò, paruuli concipiuntur & naſcuntur in reatu peccati originalis, ergo non poſſunt ſaluari ſine remedio eiuſdem peccati, quod eſt Baptiſmus. Quod autem hic Calu. reſpondet, paruulos contrahere quidem peccatum originale, ſed ijs non imputari, quum ſint fidelium filij: abſurdiſſimum eſt, quia in primo inſtanti quo accipiunt eſſe humanum, ſunt filij fidelium: ergo in illo inſtanti ipſis peccatum remittere originale, ergo illo nunquàm fuêre maculati, ergo nunquàm illud habuerunt, quod eſt contra Scriptura, Pſal. 50. 7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum.*

7. Deinde claram implicat cõtradictionem contrahere peccatum, & tamen illud non imputari, nam in quo eſt peccatum, is neceſſariò à Deo reputatur peccator, eſſe enim culpabilem, eſt peccati effectus formalis, qui à ſua cauſa nequit ſeparari, vnde Deus deberet facere, quod culpa non ſit culpa, vel quod effectus formalis ſeparetur à ſua cauſa, quod vtrumque eſt impoſſibile. Vide infrà *Quære* 81. num. 7. & 8. *Inintelligibile eſt, contrahere peccatum & non imputari.*

RESPONDEO ET DICO II.

DEus non reliquit Infantes abſque remedio ex parte ſua ſufficienti, ita vt etiam in ipſis cum habeat illud Apoſtol. 1. ad Timoth. 2. 4. *Deus* *Deus omnib. paruulis ſuf-*

omnes

ſcienter prouidit. omnes homines vult ſaluos fieri.

8. Ratio eſt, QVIA Deus inſtituit Baptiſmum pro omnibus; nemine excepto, paruulis: quod autem his vel illis ob cauſam aliquam extrinſecā non applicetur, non id Deo imputandum; quippe qui non ordinauit vel diſpoſuit illam cauſam vt Baptiſmus illis nequeat applicari, ſed iuxta priorem ſuæ prouidentiæ ordinem permittit illas. In qua permiſſione, & iudicium iuſtum in pœnam peccati originalis, cernitur in ijs qui pereunt, & ſuauis Diuinæ prouidentiæ moderatio; ſuauis dico, quia rebus vim non infert.

Iuſta, ſed occulta iudicia Dei. 9. Reſpondet etiam D. Auguſt. lib. de bono perſeuer. cap. 12. Dei iudicia, cur tot paruulos ſinat perire, eſſe quidem occulta, tamen iuſtiſſima; poterat enim Deus propter peccatū originale, omnes relinquere abſque remedio.

Obiectio I.

Paruuli ſaluantur in fide parentum Apoſt. enim 1. ad Corinth. 7. 14. aſſerit filios ex coniugio infidelis coniugis cum fideli, prognatos, eſſe ſanctos, *Alioqui*, ait, *filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt*, ergo abſque Baptiſmo poſſunt ſaluari.

Spongia.

10. Reſpondeo primò, ſi tam efficax, ſecundùm Caluin. lib. 4. Inſtitut. cap. 15. §. 20. poſſit eſſe fides parentum, vt ſine Baptiſmo ſaluet infantes; cur non eam etiam habeat efficaciam, vt non naſcantur in orig. peccato, & filij iræ, ſi cum D. Paulus ait Rom. 9. 23?

Secundò, nullo modo intendit Apoſt. dicere, talium filios eſſe ſanctos, quaſi abſque Baptiſmo, talem iuſtitiam vel ſanctitatem ſint conſecuti (nam & ibidem, dicit, *virum infidelem ſanctificari per*

mulierem

mulierem fidelem, certum tamen eſt infidelem non eſſe fidelem, niſi conuertatur, nec iuſtificari, abſque Baptiſmo & conuerſione) ſed hactenus tales filios habet ſanctos, quia dum coniux infidelis conſentit illos baptizari, & ſimul permittit habitare cum vxore fideli, ſine iniuria Chriſti, etiam in actu exercito permittit ſuas proles Deo conſecrari, per Baptiſmum ſanctificari, & Chriſtianæ educari.

Quomodo filij fidelis & infidelis ſunt ſancti.

11. Hortatur enim per modum conſiliarij Apoſtolus Coniuges fideles, vt non diſcedant à Coniugibus infidelibus, modo ſine iniuria & contumelia Creatoris velint cohabitare, addens rationem, quia *ſanctificatur*, ait, *vir infidelis per mulierem fidelem*, id eſt, conuerti ac ſanctificari poteſt, & interdum ſolet, quum non abhorreat à conſuetudine ſuæ Coniugis fidelis; ex quo ſequitur eorum filios fieri Chriſtianos, & Deo conſecrari, vti patuit in Clodouæo, Clotil. & eorum filijs.

Tertiò, hinc ſequetur Turcarum & infidelium filios non eſſe baptizandos, quum nequeant obtinere remiſſionem peccatorum in fide parentum, quippe qui omnimodè ſunt infideles & extra fidem.

Obiectio II.

Paruuli omnes baptizati ſunt in ſanguine Chriſti, ergo non eſt eis abſolutè neceſſarius Baptiſmus Aquæ.

Spongia.

12. Contra, D. Ioannes 1. Epiſt. 5. 6. dicit, *veniſſe per Aquam & ſanguinem, Ieſum Chriſtum*; Hoc eſt: Qui operatur ſalutem noſtram per Baptiſmum & meritum ſanguinis ſui, eſſe Ieſum Chriſtum; vbi duo iſta coniungit, quæ Caluiniſtæ atque Anabaptiſtæ diſiun-

Paruuli baptizati in ſanguine Chriſti per Aquam.

Digitized by Google

diſiungunt. Deinde verſ.8. ait, *Tres eſſe qui teſtimonium dant in terra, Spiritum & Aquam & ſanguinem, & hi tres*, inquit, *vnum ſunt:* Audebitis ergo aſſerere infantes ablutos eſſe ſanguine Chriſti abſque Aquæ contactu? Certè egregiè mentiemini, nam Spiritus, Aqua & ſanguis, hi tres vnum ſint, ergo indiuiſi; vnde in Baptiſm. ſimul ſunt Spiritus viuificans, Aqua abluens, & meritum ſanguinis Chriſti efficaciter purificans, Chriſtus proinde lubens eis ſanguinem ſuum propinat, ſed vos cum iniuria ſubtrahitis, dum eis Aquæ Baptiſmum negatis. Vnde apparet infantium vos eſſe tortores, dum eos, diabolicâ animi obſtinatione, Sancto lauacro priuantes, & in reatu originalis peccati detinentes, æternâ ſalute ſpoliatis.

Obiectio III.

13. Chriſtus Matth.28.19. dicit: *Ite & docete omnes gentes, baptiZantes eos in nomine Patris, &c.* Item Marci 16.16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.* His locis Chriſtus requirit inſtructionem & fidem ante Baptiſ. atqui huius non ſunt Infantes capaces, ergo nec Baptiſmi, & per conſequens, ſine eo poſſunt ſaluari.

Spongia.

Baptizari & credere, ſpectat ad adultos.

Scripturæ illæ & ordo conuerſionis, propriè pertinent ad adultos, primò enim ſunt docendi myſt. fidei. 2. baptizandi. 3. monendi vt opera bona fidei addant: cuius inſtructionis quum infantes non ſint capaces, non eſt ordo iſte in ipſis ſeruandus.

XLIIII.

XLIIII. QVARE,

De impoſitione Nominum in Baptiſmo.

GEVZA REFORMATVS.

Quare pueris veſtris in Baptiſmo non imponitis nomina veteris Teſtamenti Abrahæ, Iſaac, Iacob, Tobiæ, Zachariæ, Noë, Iaphet, Iudith, Heſter, &c. quum non ſint inefficaciora noua Legis nominibus?

Hugonottæ Geneuenſes in Gallia, Proteſtantes in Germania, & Geuzæ plerique in Holland. Zeeland. Friſlandia, &c.

ROMANO CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO: ſcire me in Babylonis veſtræ Geneuenſis Decretis, Artic. 41. ſtatutum, ne quis Infantibus in Baptiſmo, trium Regum, Claudij, Ludouici, Ioãnis Baptiſtæ, vel Angeli cuiuſpiã nomen decernat: benè autem Abrahæ, Iaphet, Noë, Heſter, Suſannæ, &c.

2. Sed malè, QVIA per hoc potius Iudaiſmum, quàm nouæ Legis Chriſtianæ ritum, vos profitemini amplecti: Eccleſia quippe Chriſtiana, veteris Teſtamenti Patres & Prophetas colere aut inuocare non ſolet, aut certè, parciſſimè id facit. Fideles verò Chriſtiani, Apoſtoli, Martyris, Confeſſoris, Virginis, & noui Teſtamenti nominibus, inſigniti, prouocantur in feſtis Sanctorũ illorum, & exempla diligentiùs attendere, & patrocinium illorum diligentiùs expetere, & denique Deum feruentiùs in Sanctis illis venerari: A qua Religione vt longiſſimè Populum arceatis, quoduis potiùs veteris Teſtamenti immo Gentilitium & Barbarum Dianæ, Sibyllæ, Penelopes, &c. imponitis nomen, vt vel Iudaico vel Ethnico ſpiritu vos duci oſtendatis, vide Ægid. Hunnium in libr. *Caluinus Iudaizans*, dicto.

Reformati Iudaizant.

Ratio cur Catholici imponant nomina noui Teſtamenti.

Digitized by Google

XLV. QVARE,

De Cæremonijs Eccleſiæ.

GEVZA REFORMATVS.

Calu. lib.4. Inſtit. cap 15 §.19. Illyricus Centur 1. lib.2. cap.6. & Geuza paſſim.

Quare Papiſtæ, maximè in Sacramentis, vtuntur tantis Cæremonijs Exorciſmorum, inſufflationum, benedictionum olei, ſalis, luminum, ſuffituum, veſtium, vnctionum, conſecrationum, genuflexionum, pectoris tunſionum, &c. quum meræ ſint Necromantiæ praxes, & in hominis iuſtificatione, illis ſuperſtitionibus Deus non egeat?

ROMANO-CATHOLICVS.

Cæremoniæ Eccleſ. ſunt Religioſæ.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA Ritus illi Sacramentales, quos vniuerſalis recipit Eccleſia, Religioſi ſunt, proinde retinendi, nec pro libito omittendi vel commutandi. Ratio eſt, primò, QVIA ſunt antiquiſſimi, QVIA ex Apoſtolica traditione manârunt, QVIA ab Eccleſia obligandi auctoritatem habente, ad decentem Sacramentorum adminiſtrationem, vtiliter ſunt inſtituti: Quod poſteriùs confirmo, quia ſi Iudæorum Synagoga poterat inſtituere nouas cæremonias, vt, feſtum ſolenne *Phurim*, id eſt, ſortium, Heſter 9.6. Item feſtum victoriæ ab Holoferne relatæ, Iudith. 16.31. *quod in numerũ Sanctorum dierum eſt acceptum:* cur non idem valeat noui Teſtamenti Eccleſia?

Synagoga inſtituit feſta, cur non Eccleſia?

2. Secundò, Apoſtolus Corinthijs, 1. Corint. 11. 34. indicat ſe alias multas cæremonias ordinaturum circa Diuiniſſimæ Euchariſtiæ celebrationem: *Cætera, inquit, cùm venero diſponam*; videlicet ad huius Sacramenti celebrandi ritum pertinentia, vti exponit D. Auguſt. Epiſt. 109. ergo idem licitum eſt huic Eccleſiæ noſtræ.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò Chriſtus Marci 7. hominem mutum, ac ſurdum non ſolâ voluntate aut verbo, ſed varijs cæremonijs corporaliter ſanauit. Primò apprehendendo eum ſeorſum, II. mittendo digitos ſuos in auriculas, III. expuendo. IIII. ſputo linguam eius tangendo, V. in cœlum ſuſpiciendo: VI. ingemiſcendo. VII. *Epheta* dicendo: Cur non Eccleſia, ad Capitis ſui imitationem, idipſum in ſpiritali fidelium ſanatione per Baptiſm. Confirmationē, Ordinationē, &c. faciat non ſolo Dei verbo per fidem, ſed varijs etiam cæremonijs externis vtendo? *Ideo ſacerdos* (ait Ambroſ. de Sacram. lib. 1. cap. 1.) *tibi aures tetigit, dicens, Epheta, vt aperirentur aures tuæ ad ſermonem Sacerdotis.* *Chriſtus vtitur Cæremoniis.*

RESPONDEO ET DICO II.

3. MAgna eſt Cæremoniarum vtilitas, Primò enim ſtimulos addunt deuotioni, ſicut equus longo fatigatus itinere, dum claſſicum perſonat, in robur erigitur, micat auribus, vix pedibus conſiſtere poteſt: Sic laici rerum ſæcularium curis fatigati, vel in Diuino cultu torpentes, viſis Eccleſiæ Cathol. pulcherrimis cæremonijs, ad pietatis feruorem accenduntur. *Cæremoniarum vtilitas.*

Secundò, inſtruunt rudes loco Scripturæ, cineres enim conſecrati, ſignificant Pœnitentiam, Cereus Paſchalis, gloriam Reſurrectionis, Palma, victoriam, &c.

Tertiò, conſeruant & ornant Religionem; ſicut cortex arborem, nam ſine Cæremoniarum dignitate, Religio ſtatim periret.

4. Quartò, ijs fidem noſtram proteſtamur, & Catholici ab Hæreticis, hoc maximè tempore diſcriminantur.

Quintò, valent ad expellendos Dæmones, eorumque

Digitized by Google

rumque fraudes arcendas, vt exorciſmi & exſufflationes in Baptiſmo.

Sextò, valent etiam ad hominem diſponendum, vt dignè ſuſcipiat Sacramentũ, vt Catechiſmus in Adultis, Abrenuntiatio Satanæ, fidei profeſſio, tactus aurium & narium per ſaliuam, &c.

RESPONDEO ET DICO III.

Benedictiones Eccleſiæ carent magiâ & ſuperſtitione.

5. BEnedictiones Aquæ, Thuris, olei, panis, cerei, cinerum, ramorum, &c. factæ ab Eccleſia ex antiquiſſima Traditione, fundamentum habent in Script. & carent omni Magicâ nequitiâ, ac ſuperſtitione Gentilitiâ.

Primò QVIA Chriſtus panes ac piſces (in prima licet mundi creatione à ſe benedictos) multiplicaturus, aſpexit in cœlum & eos benedixit, benedictione verò multiplicauit, Lucæ 9. cap. Quis verò iam arguat quod Dominus fecit? Quis Magiæ incuſet? Quid imitationi noſtræ præiudicat?

6. Secundò, D. Paulus 1. ad Timoth. 4. 4. *Omnis creatura*, inquit, *Dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur; ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem*, vbi procedens contra Hæreticos, abſtinentiam à certis cibis, velut malis creaturis, indicturos, teſtibus Chryſoſt. & Theophyl. ſub conditione agit: Q. D. Nullum cibi genus quaſi cibus immundus repudiandum, maximè quando accedit gratiarum actio: Quinimo ſi fortè aliquid in cibo eſſe timmundũ, expiatur, & à Diaboli fraudibus hominem fidelem defendit, quod eſt cum gratiarum actione atque adiuncta

Efficacitas benedictionum creaturarum.

prece perceptum. Iam verò ſi res etiam immundæ ſanctificantur per orationem & Crucis ſignũ, quantò magis res ex ſe bonæ, fient meliores & ſan-

Digitized by Google

ſanctiores, per idem ſignum & orationem?

7. Tertiò, quod careant magicâ nequitiâ & Gentilitiâ ſuperſtitione, etiam quādo ad effectus ſupernaturales, vtputa expulſionem Dæmonum, curationem morborum, ablationem maleficiorum, &c. adhibentur, probatur ex lib. Numero, cap. 5. vbi Aquæ, *in quas maledicta congeſſerat Sacerdos*, à muliere adultera potæ, faciunt putreſcere femur eius & tumentem vterum diſrumpi: vbi nulla tamen dici poteſt interceſſiſſe Necromantia, ergo nec hic quando adhibentur aqua, cerei, oleum, ad effectus ſupernaturales, tanquam ſigna virtutis Diuinæ, non quidem ex pacto Dei expreſſo, eoq; infallibili, vt Sacramenta, gratiam Dei ex opere operato producentia, ſed ex precibus Eccleſiæ, & deuotione vtentium.

Aquæ maledictionis in veteri Teſtamento.

Cæremoniæ vim habent ex precibus Eccleſiæ.

8. Qui tam maleficis & incantatoribus nequeūt annumerari; illi ſiquidem, poteſtate Diaboli, mira operantur: at qui aquam benedicunt & benedictâ vtuntur (idem eſto iudicium de alijs) nec expreſsâ nec implicitâ nituntur diaboli inuocatione vel pacto, at ſolum Deum Religioſè precantur: tota enim virtus Aquæ luſtralis (cuius Inſtitutio Apoſtolis aſcribitur) verbo Dei nititur, atque oratione.

In Cæremoniis abeſt Magia.

9. Abeſt ſimiliter hic *Superſtitio*, per quàm ſcilicet Deo adhibetur cultus, ſed indebito modo: nā talis cultus Diuinus vel eſt FALSVS vel SVPERFLVVS. Falſus eſt quando aliquæ cæremoniæ vſurpantur, Diuini honoris cauſâ, quæ falſum ſignificant: vt ſi quis hodie coleret Deum per veteris Legis Cæremonias, vel quando aliquid in perſona alterius adhibetur ad colendum Deum, quod tamen ex alterius voluntate minimè erat ad eum finem adhi-

In Cæremoniis abeſt ſuperſtitio.

Quid ſit ſuperſtitio.

Cultus Dei falſus.

bendum, vt ſi quis ex perſona Eccleſiæ immiſceat profana, cultui Diuino.

Cultus Dei ſuperfluus.

10. *Superfluus* eſt, ſi modus colendi Deum, ſpectatâ ipsâ conditione rei ſiue actionis, ſiue iudicio proborum & Sapientum, neque ad excitandum interiorem ſpiritum, neque ad Diuinam gloriam pertineat. Quod fit, quando quis præter conſuetudinem cõmunem Eccleſiæ & proborum, apud quos viuit, ſingulariter aliquid facit, Diuini cultus causâ: vt, ſi quis Dominico die ieiunet, videlicet ſi id faciat ſtudio quodam ſingularitatis.

At nullæ prædictarum cæremoniarum ſunt tales: quippe quæ & verâ ſignificatione ſunt plenæ energiâ, & totius Eccleſiæ iudicio, interiorem deuotionem ac gloriam promouent Diuinam; vt patet ex prædictis.

Obiectio I.

11. Gentiles hiſce cæremonijs & ſimilibus, vtuntur in ſuis ſuperſtitioſis ſacrificijs, ergo, &c.

Spongia.

Quomodo ritibus Gentilium vtatur Eccleſia.

Fateor his ritibus Paganos vti; at quorum Superſtitionem Chriſtiani non imitantur; Primò, quia Diabolus Religionis Diuinæ æmulus, multa, quæ lege Diuinâ, in Eccleſia ſunt inſtituta, in ſui cultum tranſtulit ſuperſtitioſum; de quo grauiter, queritur Tertul. lib. de Præſcript. cap. 40. Secundò, nec illud eſt inconueniens, vt cultus prophani, modò circuncidantur, in Dei Religionem transferantur, & gẽtilitiâ ſuperſtitione exutâ, veri Dei honori ſeruiant ac pietati: Vnde hac ratione fructuosè Ægyptij ſpoliantur, vt Tabernaculum Domini adornetur. Tertiò, non vtimur his ritibus tanquàm à Gentilibus idololatricis inſtitutis, nec effectum à Dæmone, vel Paganis Sacerdo-

tibus,

tibus, ſed à vero Deo expectamus, de quibus plura in noſtro *Pſeudo-Miniſterio Pſeudo-Reformantium*, ſectio 8.

12. Quomodo verò Aqua luſtralis deleat venialia peccata, non ex opere operato, ſed per modum impetrationis, excitando in nobis motum contritionis perfectæ vel imperfectæ, quo nobis illud diſpliceat propter Deum conſule Doct. in 3. part. D. Thom. q. 87. art. 3. *Quomodo aqua luſtralis deleat venialia.*

Obiectio II.

Deus abſolutè, ſine alicuius creaturæ mediatione vel applicatione, poteſt hominem ſanctificare.

Spongia.

13. Fateor, ſed non vult, quia ſic illius complacuit voluntati. Dicito, an non credis Deum, mi Geuzâ, te creâſſe? Omnino. An verò te creauit abſque parentum tuorum carnali congreſſu? Nequaquã. Non tibi ergo videatur mirum, ſi abſque creaturis, rebus Sacramentorum ſenſibilibus, tuoque cõcurſu, nolit te iuſtificare, ac ſaluare, ſicut Act. 9. Saulum miſit ad Ananiam, vt ab eo doceretur ac baptizaretur, & cæcum illuminauit, Ioan 9. mediante luto & aquarum Siloë contactu: Quibus tamen medijs extremè non egebat.

XLVI. QVARE,

De ſigno Crucis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ venerantur Signum Crucis, abominandum Magiæ ac Superſtitionis Symbolum. *Calu. lib. 4. Inſtit. cap 11. §. 7. Centuriatores Centur. 4. & omnes Geuzæ.*

ROMANO-CATHOLICVS.

Geuzæ vbiq; abolent ſignũ Crucis.

1. RESPONDEO I. & quæro, cur vos Geuzæ, paſſim vbi rerum potimini, Crucis ſignum aboletis, quod & Diabolo (teſte Clem. Conſtit. Apoſtol. lib 8. cap. 16.) eſt formidabile, & ſemper fuit vera teſſera hominis Chriſtiani, vel ipſo Anteſignano veſtro Bezâ teſte, tract. de viſib. Eccleſ. notis, Geneuæ impreſ. Anno 1579. *Crucis conſignationem,* (inquit) *conſtat initio fuiſſe apertam Chriſtianiſmi profeſſionem?*

Confeſſio Bezæ de Cruce.

2. Eo ferè modo, quo ex galero geſtare caudam vulpinam, aſſumere veſtes cineritij coloris, & ad latus appendere vaſcula lignea, ſeu ſcutellas mendicorum, cum hac inſcriptione; VIVE LES GVEVX, Anno 1566. erat ſignum veſtri Geuziſmi, & Luthero-Caluiniſmi. Quare item Principes terreni, res infimas atque abiectas; vt eſt Faſcia cruralis, Angliæ Regum; vellus ouium, Burgundiæ Ducum; Concha marina, Galliæ Regum, intantum honorârunt, vt Ordinem Equeſtrem rebus illis attribuerint; & nobis non liceat Crucem (quæ decorem ac pulchritudinem de membris Saluatoris Christi accepit) Religioſo cultu ad omnem occaſionem venerari? Vnde Tertull. lib. de Corona Milit. *Ad omnem progreſſum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, & cubilia, ad ſedilia, quocunque nos conuerſatio exercet, frontem ſignaculo teramus.* Et D. Auguſt. in Pſalm. 30. *Quomodo viuit in corde tuo, ſic habitet in ore tuo: quia non ſine cauſa, Signum ſuum Chriſtus in fronte nobis figi voluit, tanquam in ſede pudoris, ne de Chriſti opprobrio Chriſtianus erubeſcat.*

Signa Geuziſmi.

Equeſtres Ordines rebus vilibus attributi.

Ad omnia muniendi ſunt fideles Cruce.

Quare ſignum Crucis in fronte.

RESPON-

Digitized by Google

RESPONDEO ET DICO II.

3. NOs Catholici Crucis ſignum veneramur, digitoq́ue in fronte, aëre, & ſuper quaſcũque res exprimimus, QVIA & ſignum ſacrum eſt & vtile: *Sacrum* dico, quia TAV illud quod apud Ezech. c. 9. mandatur in frontibus gementiũ depingi, apertiſſimè ſignum Crucis, quod in frontibus Chriſtianorum maximè, formatur, præfigurat, ſic exponentibus D Cypr. aduerſus Demetrianum, & D. Hieron. in Comment. Deinde TAV latinè ſignificat conſummationem, proinde Paſſionem Chriſti in Cruce, in qua hanc vltimam edidit vocem, *Conſummatum eſt*, Ioan. 19. 30.

Signum Crucis ſacrum.

Tau quid ſignificet.

4. *Vtile* dico, quia mirabiles habet effectus: *Primò* enim pellit Dæmones cum horrore: vbi enim Dæmõ Crucem videt, mox recordatur ſe per eam victum, ligatum, ſpoliatum, ſicut canis fugit baculum quo eſt percuſſus: Adeò vt etiam Apoſtata Iulianus, Dæmones conſulturus, ſed mox territus, ſignumq́ue Crucis quod Chriſtianus didicerat, formans, Dæmones eo ſigno conuerterit in fugam, vti ſcribit Gregor. Nazianz. Oratio. in Iulianum. Vt verè Caluiniſtas & Lutheranos cum D. Paulo Philipp. 3. 18. poſſimus vocare, INIMICOS CRVCIS CHRISTI. Quæ enim maior eſſe poteſt hoſtilitas & inimicitia aduerſus Crucem, quàm nolle eius vel ſignũ quidem videre, & paſſim totalem memoriam, in Sacramentis & extra illa, abolere, adinſtar Diaboli, cuius ſpiritum imbiberunt? Quæ ſcelerata perfidia, eoſdem vnicam Turciſmi Teſſeram, dimidiam ſcilicet Lunam portis, vexillis, pinnaculis, torquibus imprimere, atque annectere, in varijs Galliæ, Hollandiæ, Zeeland. &c. locis?

Signum Crucis pellit Dæmones.

Lutherani & Caluiniani ſunt inimici Crucis Chriſti.

5. Secun-

Signū Crucis excitat ſpem noſtram.

5. *Secunda vtilitas*, quod Spes noſtra hoc ſigno excitetur ad obtinendam peccatorum noſtrorum remiſſionem: vnde in Templis Cruces eriguntur, vt ſciamus per ipſum Crucifixum omnia petenda impetrandaque. Sic in morte agonizātibus Crux exhibetur, vt contra deſperationem muniantur, & meritis Crucifixi iuuari confidant. Sic Turribus imminent Cruces Gallum gallinaceum geſtantes, vt peccatores Crucem & gallum eminus conſpicati, Pœnitentiæ D. Petri & veniæ per Crucē conceſſæ recordentur.

Crux & gallus cur turribus immineant.

Signo Crucis morbi & mala pelluntur.

6. *Tertia vtilitas*: Morbi & cætera mala fugantur per Crucem, tanquam per ſignum fidei, vel inuocationem ſigno expreſſam, prout Chriſtus Marci vlt. promiſit ſe fidelibus daturum quicquid peterent cum fide, etiam de morbis.

Signum Crucis ſanctificat Creaturas.

Quarta vtilitas: ſanctificat ea quibus imprimitur per Benedictionem, vt candelas, homines, domos, thalamos: quas res illo ſigno Deo commendamus per Chriſti merita, eumque precamur, vt velit illas nobis eſſe ſalutares. Hæc tamen Sanctitas non eſt res aliqua Phyſica, ſed ſanctitas in Relatione coſiſtens, qualis eſt Clauorum & veſtium, quæ tetigerunt Chriſtum & Sanctos, & qualis eſt eorum qui tangunt Reliquias Sanctorum.

Signum Crucis excitat ad amorem Dei.

7. *Quinta vtilitas*: hoc ſigno excitamur ad Charitatem, dum nobis in pleno amore Crucifixus repræſentatur.

RESPONDEO ET DICO 3.

Signum Crucis expers magiæ & Superſtitionis.

Signū Crucis omnis magiæ & Diabolicæ ſuperſtitionis eſt expers: Ratio, QVIA è cōtra per illud Necromātica maleficia diſſoluuntur, & Dæmonū vatici-

cinia Diuinitus conquieſcunt: *Signo Crucis* (ait Athanaſ.lib.de Incarnat.) *omnia magica compeſcuntur, veneficia inefficacia ſunt.*

8. Superſtitioſum verò eſt, blaſphemum, ſacrilegum, adeoque ſanæ fidei reclamans, Characteres, annulos, imagines, ſeu magicas figuras, ex metallo, cera aut alia materia fabricatas, certis conſtellationibus ſuppoſitas, aut etiam baptizatas, exorcizatas, aut conſecratas, ſeu veriùs, execratas, ſecūdum artes Necromanticas, & ſub certis diebus, applicare ad miros aliquos effectus producendos, qui in libris ſuperſtitioſis continentur atq; à Magis promittuntur.

Superſtitio imaginum, characterum &c. magicorum.

9. Ratio eſt, quia effectus illi non poſſunt eſſe naturales, quum characteres & figuræ nequeant naturaliter eſſe operatorij; nec etiam proueniunt à Deo, quum nuſquam talis reperiatur promiſſio, nec Deus ab illis, Religioſè & ſecundùm præſcriptionem præcandi Eccleſiæ, inuocetur. Vnde ſequitur omnia illa à Dæmone prouenire. Characteres autem ſeruiunt duntaxat, pro ſignis fœderis inter Diabolum & Magos, quibus per Magos applicatis, ad maleficiandum accurrit Dæmon.

Hæc omnia longiſſimè adſunt à Signo Crucis, quod mirabilia quidem & ſupernaturalia operatur, non virtute ſuâ naturali, vt ſignum eſt nudum ac figura, nec vi pacti cum Dæmone initi; verum vt ſignum Diuinitus inſtitutum.

10. Hos tamen effectus non habet infallibiter, vti docet cū experientia D. Aug. l. 83. quæſt. 79. Adeò vt quando his ſignis nō cedunt Diabolicæ poteſtates, *Deus ipſe*, ait, *prohibeat occultis modis, cum id iuſtum atque*

Signi Crucis effectus omnes non ſunt infallibiles.

atque vtile iudicat. Nam nullo modo vlli ſpiritus, audent hæc ſigna contemnere (videlicet tanquam ſummi Regis ſceptrum) *contremiſcunt hæc vbicumque illa proſpexerint*, &c.

Scrupulus Geuzius.

11. Crux Chriſto attulit ignominiam & dolorem, ergo nec illa, nec eius ſignum eſt retinendum, ſed abiiciendum & execrandum, aliàs videbimur lętari de morte Chriſti.

Reiectio.

Honoramus Crucem, non vt Chriſto dolorem, ſed triumphum & nobis attulit.

Non ſolùm dolorem & ignominiam crux attulit Chriſto, quo nomine eam non honoramus, nec de eius morte cum Iudæis lætamur; verumetiam Triumphum dedit Chriſto, nobis verò ſalutis redemptionem: quo nomine & eam veneramur, & de Chriſti morte (ſicut ipſe gaudebat) gaudemus; Dicite, amabo, Reformati; Si meritoriâ & beneficio Redemptionis condignâ, gratiarum actione, poſſum mente cōcipere ſignum S. Crucis, adeoq; totam Paſſionem, internâ meditatione (vti faciūt pij fideles) formare, cur non identidem externâ ſpecie referre & repræſentare? Reſpondete: rationem diſparitatis conſignate: Certè mihi numquã reſpondere potuiſtis in Germania Superiore vel Inferiore. Proinde nugiuendulis, Papiſticæ ſuperſtitionis, Papiſticæ Necromantiæ, Papiſticæ ſimplicitatis, improperiis ſuperſedete, Abite confusi, Redite confessi; monente D. Auguſt. l. 13. contr. Fauſt. cap. 6. Turcico verò fœderi renuntiate.

XLVII.

XLVII. QVARE,

De Sacramento Confirmationis.

GEVZA REFORMATVS.

Vbi legiſtis adulterinam Confirmationem veſtram, eſſe Sacramentum, quod ingrediatur fœtidum & numquam ab Apoſtolis vſurpatum Papiſtarum oleum, *quodque Reformator noſter Ioan. Cal ne vnius quidem ſtercoris ſe facere ait, libro 4. Inſtit. 19. §. 1?*

Cal. præfat. Cathechiſ. Geneuen. & l. 4. Inſtit. c. 19 §. 4. Melanchton. in locis commun. c. de Confirmatiõ. Brent. in Confeſſ. VVittemb Geuzæ omnes Cal. ſcurriles in verbis.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPOND. I. & quæro, vbi honeſtas, vbi modeſtia illa Caluini in dicendo, quam tãto verborum cothurno, in ſuo Archirabbi, paſſim commendat Beza? quæ vt magis omnibus innoteſcat, placuit hîc paucula eius ex præfatio. Catechiſmi, in S. Myſterium Confirmationis, dicteria recenſere. Ait ergo.

2. *Adulterinam illam Confirmationem, quam in eius* (Catechiſmi ſub Papatu aboliti) *locum Papiſtæ ſubrogârunt, inſtar meretricis, magno cæremoniarum ſplendore, multiſq; Pomparum fucis, ſine modo ornant; quinetiam dum ornare volunt, execrandis blaſphemiis adornant, dum Sacramentum eſſe iactant; Baptiſmo dignius, vocantq; Semichriſtianos, quicumque fœtido ſuo oleo non fuerint infecti. Interim verò tota eorum actio, nihil quàm hiſtrionicas geſticulationes continet, vel potiùs laſciuos Simiarum luſus, abſque vlla æmulationis arte.*

3. Idem in inſtitutio. ſupr. *Teſtor vero, pios omnes, an non hoc vnum admoliantur iſti nebulones, vt Sacramentorum puritatem fermento ſuo vitient, &c. Nos ergo contradicimus, in Baptiſmo quoque frontem aquâ tingi, Præ hac*

veſtrum

Digitized by Google

Omnes tamen accipiebãt manuũ impoſitionem.
6. Tertiò, minus eum dignor audientiâ, dum ait, hanc impoſitionem ad tempus duntaxat fuiſſe cõceſſam: Quis enim hanc abrogandi Sacramenti auctoritatem, Caluino conceſſit, ordinando, vt quam Apoſtolorum tempore fuiſſe Sacramentũ confitetur, deinceps non ſit, vti aſſerit lib. de reform. Eccleſ. 2. Rationabilius certè ſibi Anglocaluiniſtica Synagoga prouidit, in qua ad præſentem vſque diem, hæc impoſitio perſeuerat. Ratio verò in promptu eſt, quia non olim duntaxat, verum etiam hodie & omni tempore, egent fideles ad reſiſtendũ tentationibus fidei, Spiritus S. corroboratione, ac proinde Confirmatione quæ in hunc finem adminiſtratur à Catholicis. *Tertia.* *Ratio cur Confirmatio ſit Ordinariũ Sacramentũ.*

RESPONDEO ET DICO III.

7. MAteria huius Sacramenti proxima, eſt vnctio, remota verò, Chriſma, ſeu vnguentũ non fœtidum, ſed ex oleo & Balſamo mixtum, atque ab Apoſt. vſurpatum; quid enim aliud innuit Paulus 2. Corinth. 1. 21. *Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris*? Quem locum vti de confirmatione exponunt Patres, ſignanter Ambr. lib. de iis qui Myſt. initiantur; Ita ly, *vnxit nos*, deſignat vnctionem externam, & internam, quæ fit per Spiritum S. teſte Hieron. Sic legunt Compluten. καὶ χρίσας ἡμᾶς Θεός, ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς. *Materia SS. Confirmationis.*

8. Scio Act. 10. & 2. Apoſtolis Spiritum S. ſine Chriſmate & manuum impoſitione datum; Sed priuilegio ſingulari, ita vt rem Sacramenti tum obtinuerint abſque Sacramento: ipſos tamen nũquam hoc Sacramentum abſq; Chriſmate *Apoſt. abſque Chriſmate nunquam confirmârũt.*

exhi-

exhibuiſſe, longe eſt probabilius: Si enim in aliis Sacramentis non habuerint iſtam libertatem Apoſtoli, nec cætera ſine ordinaria materia ſua vnquam adminiſtrârint; cur in hoc limites ſuos exceſſiſſe iure cenſeantur? Nec mirum, quum ſub nomine impoſitionis manuum, ſimul commodiſſimè vnctionem comprehendamus, licet non exprimatur: nam qui inungit, manus ſuas alteri imponit

9. Taceo nullum veterum, verbulo ſaltem inſinuâſſe hoc Sacramentum diuerſimodè ab Apoſtolis adminiſtratum, videlicet nunc per ſolam manuum impoſitionem; nunc per Chriſmatis vnctionem, quum tamen multi aſſerant eos hoc Chriſmate fuiſſe vſos: Sic D. Clem. lib. 7. Conſtit. cap. 44. in Chriſmatis benedictione Apoſt. temporibus ordinata, fragrantiæ odoris facit mentionem. Sic D. Cypr. ſer. de vnctio: Chriſmat. *Hodie in Eccleſia Sacrum Chriſma conficitur, in quo mixtum oleo balſamum, Sacerdotalis & Regiæ gloriæ exprimit veritatem.*

In vrbe Roma fœtor Sodomiæ.

10. Corrollariè ergo ſequitur, non fœtidum, ſed fimo Caluiniano fragrantius, à Catholicis oleum in Sacram. exhiberi. Sed quem, Iouiniani tempore, olim, Roma, ſceleris Sodomitici exhalauit putorem: Idem forſitan à Caluino explorato Sodomita, diffuſus Sodomitæ nates obſidens, ſanctioris ac fragrãtioris Chriſmatis Catholicorum, impediuit odorationem.

XLVIII.

XLVIII. QVARE,

De SS. Altaris Sacramento.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Romanenſes decipitis Populum; docentes Chriſti corpus eſſe in Euchariſtia, quum panis duntaxat, & corporis Chriſti figura, ſit in illa?

Calu. lib. 4. Inſtitut. cap. 17 § 7. cum Zuvinglio, Carolſtadio, Beza, & omnibus Sacramentariis ac Geuzis.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. In Euchariſtiæ Sacramento, poſt panis & vini conſecrationem, verè, realiter, & ſubſtantialiter, ſub ſpeciebus panis & vini, ſiſti Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, verum Deum & hominem. QVIA hanc veritatẽ Eccleſia totis primis octo ſæculis à nato Chriſto, tanto credidit conſenſu, vt nemo contradixerit, nemo in dubium reuocauerit: Quinimò pleroſque alios fidei articulos, ex hoc Sacramento veteres confirmârint: An non D. Irenæus l. 4. cap. 35. & Gregor. Nyſſen. ſerm. de corpore Chriſti, ex hoc realis corporis Chriſti in Euchariſtiæ ſubſiſtentiæ, capite, firmiſſimè carnis aſtruunt Reſurrectionem, vt dicant, eam Chriſtianorum carnem non poſſe æternâ morte interire, quæ Chriſti viuificâ atq; immortali in hoc Sacramento, paſta eſt carne? Iterum, alia plura dogmata intercidere, ſi realis non eſt in Euchariſtia, corporis Chriſti exſiſtentia?

In Euchariſt. verè, realiter & ſubſtantialiter eſt Chriſti corpus.

Dogma Euchariſticum eſt aliorum fundamentũ.

2. Plus dico, perfidè & deceptoriè egiſſe Chriſtum cum ſua Eccleſia, quàm per orbem vniuerſum, totis 1600. annis, in tam horrenda Idololatria & blaſphemo errore detinuiſſet, qualem cõfuſionem nunquàm Mundus vidit vel audiuit.

Digitized by Google

Quomodo non meritò queremur dicentes: Chriſte vbi Diuiniſſimæ & infallibiles promiſſiones tuæ, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi*, Matth.28.20. Et: *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam*, Matth.16.18?

3. Quomodo ô Chriſte hanc fidem tuam exoluiſti, ſi in tantis nos idololatriæ tenebris reliquiſti? Si poſt tot ſæculorum reuolutiones, tot Conciliorum Conſeſſus, tot conſonas Patrum Traditiones, tot SS. literarum diſquiſitiones, tot ſupernaturalium miraculorum confirmationes; hominibus ſuperbis, impuris, ſacrilegis, carnalibus, blaſphemis, perduellibus, Hæreticis (quales fuerunt Berengarius, Wicleff, Zwinglius, Caluinus, Melanchton, Carolſtadius, Beza, &c.) patefactâ veritate, decepti ſumus; à te, Chriſte, decepti ſumus; Quod tamen in Primam veritatem cadere nullatenus poteſt.

Plurimis Script. munitur realis corporis Chriſti præſentia.

4. Reſponſum ergo confirmaturus, dico: Tantis Scriptur. veteris & Noui Teſtamenti vallis, præfatam realis & ſubſtantialis in Euchariſtia corporis Chriſti exiſtentiam muniri, vt nullum ferè myſterium habeat plura, maiora, efficaciora, euidentiora; ne ipſum quidem Trinitatis Sacramentum. Quamobrem ſi illud non ſit credendum, nec etiam Incarnationis, nec Trinitatis, immo nihil: Sicut noui quidam in Polonia & Tranſyluania Ariani, ex Lutheranis partim, partim ex Caluinianis prognati; Item varij Geuzæ, ſæpius ex vna in aliam hæreſim, ac tandem turpiſſimum Atheiſmum deuoluti, ad illum perfectiſſimæ dementiæ gradum profecerunt, vt & Diuiniſſimæ Trinitatis Myſterium, & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum

Neoariani SS. Trinitatem, & Chriſtum derident.

ſtum

ſtum apertè derideant, atque vt Impoſtorem publico ſcripto proſcindant: de quo Caluino-turciſ. lib.1.cap.2.

5. Reſtat vt è pluribus Script. locis, ad vnum, pro cõfirmatione Propoſitionis, oculos noſtros conuertamus, Matth.26.26. *Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditq́; diſcipulis ſuis & ait: Accipite & comedite*, HOC EST CORPUS MEUM. *Et accipiens calicem, gratias egit & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes:* HIC EST ENIM SANGUIS MEUS, *noui Teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

6. Vbi manifeſtis, nec in ſpeciem quidem, vllam tropicam locutionem præ ſe ferentibus verbis, verbis Teſtamenti, quæ ad omnes lites, ab hæredibus tollendas, perſpicua eſſe debent, verbis denique Legis, quæ à prudente Legiſlatore propriè, perſpicuè, non figuratè, non obſcurè offerri debent, (tulit autem in huius Sacramenti inſtitutione, legem, vt idem in Eccleſia cõficeretur, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc.22.19.) perſpicuis inquam, verbis dixit, hoc quod habebat in manibus, & quod tradebat diſcipulis ſuis, eſſe ſuum corpus: Similiter accepto calice, dixit eſſe ſuum ſanguinem. Vt autem intelligeremus quod corpus & quis ſanguis, addidit: *Quod pro vobis tradetur*, & *Qui pro multis effundetur*; Quæ de corpore & ſanguine ſubſtantialiter intelliguntur, nã figura corporis & ſanguinis, nõ fuit pro nobis data vel fuſa, ſed verum corpus & ſanguis verus: alioqui potuiſſet etiam dicere de Agno Paſchali, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur.

Verba Teſtamenti & legis debent eſſe clara.

7. Ad hæc clariſſima verba, tam ridiculè & nugatoriè confœderati veſtri Hæretici reſpondent,

Ridiculæ expoſitiones Reformator.

vt eorum expoſitiones, ad ducentas excreuerint, prout quidam annotant Catholici: Aliqui enim ponunt tropum in verbo (*Hoc*) aliqui in, *Eſt*, aliqui in, *Corpus*, aliqui in, *Meum*: alij aliter in infinitum: Quod ſignum eſt, omnes in re clariſſima hallucinari, adeoque ſpiritu diſſenſionis & vertiginis, non Diuino, duci.

8. Sed malè: Primò, ſi apud Matth. cap. 3. 17. illa Dei Patris vox de cœlo dilapſa, *Hic eſt filius meus dilectus*, de vero Dei filio, non figurato, ſit intelligenda, ideoq; impium ſit atque extortum, hîc figurã quampiã vel dubitationem affingere; etiam impiũ erit hiſce verbis, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt, &c.* dubiam vel Tropicam locutionem affricare. Quod patet à paritate ſermonis: qui proinde ſi ibi ſimpliciter acceptus habet veritatem, etiam hic eodem modo ſecundùm ſimplicem acceptionem verus erit. Quod ſi diſparitatem exceperis ſermonis, eius rationem diſparitatis dicta & lubens audiam, mi Geuza.

9. Secundò, Moyſes in veteris Teſtamenti conditione, iuſſu Dei, volumen fœderis Populo prælegit, & vituli ſanguinem in ipſum reſperſit, dicens, Exod. 24. 8. *Hic eſt ſanguis fœderis.* Atqui hæc verba Moyſis, ſimpliciter & ſine tropo, de naturali ſanguine ſunt intelligenda, ita vt nemo abſque manifeſta & impia temeritate, per ſanguinem vitulinum, eius duntaxat figuram, valeat intelligere, ergo etiam hæc verba, *Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti*, ſimpliciter & ſine Tropica locutione ſunt intelligenda; ſic nobis & ſermonis, & condendi teſtamenti ſuadente paritate.

RESPON-

Digitized by Google

RESPONDEO ET DICO II.

10. NOn nos,ſed vos egregiè Pop. imponitis; QVIA pretioſiſs. Corporis & ſanguinis Chriſti edulium potumq́; eripitis,& aridam duntaxat figuram nobis infeliciter ſubſtituitis. Infeliciter dico, quia Chriſtus Ioan.6.32. & 49. .panem ſuum cœleſtem & Euchariſticum,præponit veteri Manna, Angelorum manibus adaptato: Iam verò ſi in Euchariſtia non ſit realiter præſens Chriſti corpus & ſanguis, ſed tantùm nudus panis & vinum,quæ ſint corporis & ſanguinis ſigna,indubiè præſtantius erit Manna, adeoq́ue excellentiora fuerint Iudæorum, quàm Chriſtianorum Sacramenta, quum & Manna, *omnis ſaporis ſuauitatem ac delectamentum,* Sapient.16.20. in ſe concludens, & Agnus Paſchalis atque aqua de Petra profluens, viuaciùs ſignificauerint corpus & ſanguinem Saluatoris;maioris fuerint dignitatis,maioris vtilitatis,quàm fruſtulum panis Caluiniani,à ſolo piſtore in furno cocti, & vini ex torculari deprompti. Ex quo vlterius ſequitur, meliorem fuiſſe Iudæi, quam Sacramentarij Caluiniani, aut Zwingliani conditionem: quod nemo credit, niſi qui nihil nouit.

Reformati Pop. imponunt dum ei tantum dant fruſtum panis.

Obiectio I.

11. Tropus eſt in verbo,EST,quaſi accipiatur pro, *Significat*: vti in alijs accipi videtur Scripturis.

Spongia.

Gratis hoc dicit Magiſter Zwinglius Toggius & nihil probat, quum verbum (EST) nunquam accipiatur pro,Significat, nec etiam accipi poſſit, verbum eius ſubſtantiuum,*Sum*, eſt communiſſimum,quia omnia verba reſoluuntur in ipſum, vt,

Verbum, eſt. nunquã accipitur, pro, Significat.

Scribo, ſum ſcribens: Eſt & ſimpliciſſimum, quia per nullum aliud verbum poteſt reſolui vel explicari; proptereà, Sum, non poteſt trahi ad ſignificationem alterius verbi, alioqui enim deberet reſolui in ſeipſum, quia, vt dictum eſt, omnia verba reſoluuntur in, Sum: vel deberet reſolui in aliud verbum, quod fieri nequit, quia eſt ſimpliciſſimum, ſeu ſimpliciſſima copula Prædicati cum ſubiecto.

Obiectio II.

12. Oratio illa, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt, &c.* eſt Sacramentalis, ergo figurata.

Spongia.

Oratio Sacramentalis quid.

Fateor, eſt Sacramentalis, non ita vt occultum aliquod explicet Myſterium, ſomnium, vel Parabolam, ſed quia per illam conficitur Sacramentum.

Obiectio III.

Patres noſtri omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & eundem potum ſpiritalem biberunt. 1. Corinth. 10. 3. atqui Iudæi illi de quibus loquitur, non manducârunt corpus & ſanguinem Domini, niſi per fidem, ergo nec Chriſtiani hodie aliter manducant.

Spongia.

Patres veteris Teſtam. eandem inter ſe eſcam mäducârunt.

14. Scripturam admitto, ſed non ſecundùm interpretationem Sacramentariorũ: Senſus enim eſt, non quod Iudæi eandem eſcam ſpiritalem nobiſcum comederint, ſed eandem inter ipſos, vt omnes Græci ac Latini Patres exponunt: omnes enim comederunt Manna & biberũt aquam de Petra: quæ dicuntur eſca & potus ſpiritalis, quia & miraculosè facta, & ſpiritualem ſignificationem habebant.

XLIX.

Digitized by Google

XLIX. QVARE,

De forma conſecratoria, *Hoc eſt Corpus, &c.*

GEVZA REFORMATVS.

Quum Chriſtus accipiens panem, dicenſq;, Hoc eſt corpus meum, *aſſeruerit panem eſſe ſuum corpus; Quare non intelligitis hoc de figura corporis, quum de vero corpore nequeat intelligi, propter corpus & panem, quæ ſunt diſparata, ideoque de ſe mutuò non poſſunt enuntiari?*

Berengarius & cum eo Calu. Brentius & Sacramentarij.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO Quæſtionem tuam præſupponere falſum, QVIA Pronomen (*Hoc*) non deſignat panem, aliâs enim propter orationis continuationem, debuiſſet dicere: Hic panis eſt corpus meum.

2. Significat autem contentum ſub his ſpeciebus, non quidem contentum in eo inſtanti quo dictio, *Hoc*, pronuntiatur; ſed in eo inſtanti, quo tota illa conſecratoria oratio terminatur. Ratio, quia hæc oratio eſt practica & operatoria ſui ſignificati, quæ proinde non ſupponit ſuum ſignificatum, prius naturâ exiſtere quàm dicatur exiſtere, vti contingit in oratione ſpeculatiua; ſed facit ſuum ſignificatum, cuius cauſa exiſtit, ita vt res poſterior ſit naturâ quàm oratio pronuntiata, vti patet in oratione Imperatiua, *Fiat lux*, Geneſ. 1. 3. & *Surge & ambula*, Act. 3. 6.

Differentia inter orationem practicam & ſpeculatiuam.

3. Quare dictio (*Hoc*) non deſignat aliquam ſubſtantiam, quæ ſit, quando pronuntiatum, ſed

Significatio orationis practica.

quæ eſt in fine totius orationis conſecratoriæ, vel ſpecies ipſas, quatenus habent ordinem ad contentum ſub ipſis in fine orationis; ſicut ſi Chriſtus in nuptijs Canæ Galileæ, demonſtratis hydrijs aquâ plenis dixiſſet: Hoc eſt vinum, atque intendiſſet illis verbis tanquam oratione practicâ & operatoriâ, aquam conuertere in vinum, illud pronomen; Hoc, non deſignaſſet aquam, ſed contentum in hydrijs in verborum illorum inſtanti terminatiuo, nam ad illud inſtans reſpicit verbum Est.

4. Cæterùm pro noui quem Sacramentarij ſcioli obijciunt, cauilli euaſione, aduerte Pronomen, *Hoc*, ita deſignare contentum ſub ſpeciebus in fine orationis practicæ, vt tamen abſtrahat à corpore Chriſti & ſubſtantia panis: verba quippe ſunt notæ rerum vt animo concipiuntur, poteſt autem id quod ſub ſpeciebus continetur, ita mente apprehendi, vt abſtrahat à corpore Chriſti & ſubſtantia panis, deſignabile tamen per ſpecies deſignabiles.

Sic nihil proficis, ô Geuza, vel ad figuratam locutionem friuolè nos impellendo, vel ad diſparata de ſe mutuo enuntianda, cornutè coarctando. Diſce in feliciore aliqua Philoſoph. vel Theolog. ſchola, differentiam inter Speculatiuam & practicam orationem, antequam altioribus hiſce te præſumptuosè immiſceas diſciplinis. Diſce non nudum Bibliorum text. ſed eius ſolidum ſenſum allegare.

QVARE,

Digitized by Google

L. QVARE,

De Corporis Chriſti Deſinentia.

GEVZA REFORMATVS.

Quæro ergo an Chriſti corpus quod Papiſticus ſtomachus manducat, mittatur in ſeceſſum, quum ſcriptum ſit; Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur; *Matth.* 15. 17? *Petrus Martyr. lib. contr. Gardinerum. Lansbergius Rotterodam. Pradidicautius, & pleriquæ Geuzæ.*

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO *negatiue*: QVIA dum Species Sacramentales ita mutantur actione ſtomachi & caloris naturalis, vt iuxta Legem naturæ, non poſſet amplius ſub iis in ſuo eſſe ſubſiſtere natura panis & vini: eodem inſtanti quo deſineret panis & vinum, deſinit, abſque vlla ſui læſione, ibi eſſe corpus Chriſti, quæ eſt, communis ſententia Doctorum. Ratio eſt, quia corpus & ſanguinis Chriſti ſuccedunt in locum ſubſtantiæ panis & vini, vnde quoad mutationes omnes, quæ fiunt circa ſpecies Sacramentales, eodem modo ſe habent, ſicut ſe habebant ſubſtantiæ panis & vini, demptâ tamen informatione. *Deſinentibus ſpeciebus Sacramentalibus, deſinit corpus Chriſti.*

2. Ad rationem dubitandi allatam, dico D. Matthæum ſupr. intelligi de cibis ad alendum corpus ſumptis, ex quibus, vel quorum impurioribus partibus, ſemper aliquid excrementi ſecernitur quod ſeceſſui deſtinatur: Euchariſtia verò non eſt corporis, ſed animæ cibus. *Cibus corporis vadit in ſeceſſum, non anima.*

Intelligi verò D. Matthæum de corporalibus cibis, patet, quia Chriſtus post Reſurrectionem, comedit

comedit & bibit Act.41. nihil tamen in ſeceſſum miſit: Quare? quia non ad alendum corpus, verũ ad comprobandum humanitatis ſuæ veritatem id fecit.

Reuerberatur argumentum Geuzæ.

3. Sic ſolidè, Reformate Geuza, ſtude interpretari Scripturas: Alioqui abs te quæro, quomodo cibus ille vadit in ſeceſſum, qui ingreſſus in os, iterum euomitur à guloſo quopiam Caluiniſta vel Conſiſtoriante, poſtquam plurimas offas in Cæna Caluiniana, ad vomitum vſque ſumpſit? Reuera ignaui polyhiſtores eſtis, non intelligentes Scripturas, quas in magna copia circumfertis.

Alij etiam reſpondent, non egeri Chriſti corpus, ſed illud in quod conuerſæ ſunt ſpecies panis & vini Sacramentales, in quo nihil Chriſto dicitur iniurium.

LI. QVARE,

De vtilitate carnis Chriſti.

GEVZA REFORMATVS.

Huldericus Zvving. lib. de vera & falſ. Religione Anabaptiſtæ & Geuzæ.

Quare ponitis & poſitam tantopere attollitis Carnẽ Chriſti in Euchariſt. quum ea homini non proſit, dicente Domino, Caro non prodeſt quicquam, *Ioan.* 6. 64.

ROMANO CATHOLICVS.

Caro Chriſti quomodo proſit, & non proſit.

1. RESPONDEO *& Dico,* Carnem Chriſti, vt eſt Diuinitati, vnionis Hypoſtat. vinculo vnita, infinitè prodeſſe, QVIA ipſam Redemptionis noſtræ pretium fuiſſe, teſtis eſt Apoſt. qui reconciliatos nos aſſerit, *In corpore carnis eius per mortem,* Coloſſ. 1. 22. & Chriſtus: *Qui mãducat meam carnem, &c. habet vitam æternam,* Ioan. 6. 55. Proinde quum

Digitized by Google

quum in Euchariſtia caro Chriſti ſit Diuinitati vnita, non poteſt non plurimum prodeſſe.

2. Neque id ipſe negat in allegatis verbis; *Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quicquam* : Quorum ſenſus ſecundum D. Aug. & Cyril. talis eſt: Diuinitas vnita carni, dat vitam æternam: at caro ſola, vt vos capitis & intelligitis, non eſt efficax vitæ: concipiebant enim Capharnaitæ, nudam & crudam carnem, quaſi Tartarorum more, ſe deuoraturos. *Rudes erant Capharnaitæ ſicut ſtupidi Geuzæ.*

LII. QVARE,

De Abſentia Conuerſationis Chriſti.

GEVZA REFORMATVS.

Quomodo Chriſtus eſt præſens in altari, quum apud Matthæum 26.11. dixerit; Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis? *Cal. l. Iuſti. c. 17. § 26. Anabaptiſtæ & Geuzæ.*

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPOND. I. & quæro, Quomodo ergo idem Saluator poſtea ait; *Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſæculi*? Quod ſicut ab aliquibus intelligitur de præſentia gratiæ, ab aliis, Deitatis & in Euchariſtia humanitatis; ITA hic locus intelligitur de præſentia conuerſationis mortalis, familiaris atque vtilis, ſiue ſecundũ eum ſtatum, in quo ab hominibus aliquid vtilis obſequij poterat recipere. Q. D. Numquã vobis deerit materia, commodi atque vtilitatis obſequiũ pauperib. impẽdẽdi. Sed eo illo modo quo pauperes habetis *Chriſtus ſemper eſt in mundo ſecũdum gratiã, Deitat. & humanitatẽ.* *Chriſtus reliquit mundũ quo ad viſib. cõuerſationẽ.*

habetis, familiariter, viſibiliter, & humano more me conuerſantem non ſemper habetis.

2. Eodem modo intelligitur illud Saluatoris apud Ioan. 16. 28. *Relinquo mundum & vado ad Patrem*; hoc eſt à mortalium conſpectu, hanc humanam naturam aufero, & cum ea ad Patrem aſcendo.

LIII. QVARE,

De modo exiſtentiæ Chriſti in Templo.

GEVZA REFORMATVS.

Quare quum Deus non habitet in Templis manufactis (Act. 17. 24.) *Papiſtæ detinent Chriſtum qui eſt Deus, incluſum ſuis Capellis, Monſtrantijs, Ciborijs, pixidibus, quaſi ibi habitet?*

Petrus Martyr cōtr. Gardinerū obiectio. 8. & cum eo plerique Geuzæ in Belgio.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPOND. ET DICO QVIA Nec Chriſtus vt Deus, nec vt homo habitat in Capellis, Monſtrantiis, Templis, &c. manufactis, ſecundùm ſenſum à D. Paulo ſupr. intentum, videlicet tanquam incluſus vel indigens, ſicut idola iis indigent: Deus enim eſt vbique per Eſſentiam, præſentiam & potentiam: proinde Chriſtus vt Deus, non detinetur à nobis in Templis vel ſacris vllis vaſis.

Chriſtus non habitat in Tēplis, quaſi iis egeat vel includatur.

2. Sed nec vt homo, eodem ſenſu inhabitat vlla loca Sacra, Eccleſias, vel oratoria: quia etſi ibi verè, realiter & ſubſtantialiter exiſtat, non tamē eget domo, tecto vel receptaculo, nec ita vno comprehenditur loco, quinetiam extra illum ſit in aliis plurimis, in cœlo, terra, Ieroſolymis, Goæ, Mexici,

ci,

Digitized by Google

ci, Romæ, Pariſiis, Coloniæ, Antuerpiæ, Pragæ, Gandaui, &c. Diuerſimodè tamē à Deo, quia Chriſtus ſecundum Humanitatem non eſt vbiq; : Deus autem illocaliter atque immensè eſt in omni loco, nec ita eſt in vno loco totus, quinetiam ex natura ſua poſtulet eſſe alibi & vbique.

Deus eſt vbique, ſed non Chriſtus vt homo.

LIV. QVARE.

De vera Chriſti carne in Euchariſtia.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Pontificij ponitis in Euchariſtia, veram Chriſti carnem, quum ipſe Ioan. 6. tantùm promittat panem, & Auguſtinus (contr. Adimant. c. 12. & Comment. Pſalm. 3.) *corporis figuram?*

Petrus Martyr contr. eundē, obiect. 19. cum ſuis congerronibus Pſeudoeuangelicis.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO: eandem realiter in Euchariſtia ſiſti carnem, quæ nata de Virgine pependit in cruce & iacuit in ſepulchro.

Vera eſſentialiter Caro Chriſti in altari exiſtit.

Quando QVIA Saluator Ioan. 6. 50. dicit: *Hic eſt panis de cælo deſcendens*, Et 52. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*, non id intelligit de Phyſico, vulgari & materiali pane, ſed de alio. videlicet benedicta carne ſua: Statim enim ſubdit; *Panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.*

Corpus Chriſti quomodo vocetur panis.

Vocatur interim Chriſti corpus tum hic tum alibi 1. Corinth. 10. 6. *Panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini eſt?* tum propter ſpecies panis quas retinet, tū quia iuxta phraſim Hebr. omnis cibus generatim panis nomine appellatur.

2. Quando verò D. Auguſt. ſupr. docet: *Dominum non*

Digitized by Google

non dubitâſſe dicere, Hoc eſt corpus meum, quum ſignum daret corporis ſui; Item: *adhibuiſſe Iudam ad conuiuium, in quo corporis ſui figuram diſcipulis commendauit*; Non aliud intendit quàm nos hactenus operoſiùs explicuimus, viſibile ſcilicet quod Dominus diſcipulis dabat, fuiſſe ſignum corporis Chriſti; non abſentis, vt volunt Sacramentarij, ſed præſentis & intrà latentis: Sicut columba apparens in Chriſti Baptiſmo eſt ſignum Spiritus S. non abſentis, ſed pręſentis. Itẽ loquitur de figura corporis, vt in cruce fuit ſuſpenſum; Corpus enim Chriſti in Euchariſtia, eſt figura ſui ipſius vt in Cruce ſuſpẽſi: Chriſtus namque in cœna, ſeipſum offerendo ſub ſpecie panis & vini, voluit repræſentare oblationem ſuipſius, quam poſtridie facturus erat per ſanguinis effuſionem.

LV. QVARE.

De Reproductione corporis Chriſti ad plura loca.

GEVZA REFORMATVS.

Cal. in Catechiſm. Genouen. & l. 4. Inſt. c. 17. Petrus Martyr, & alij.

Quomodo poteſt Chriſti corpus verum eſſe in terra quum ſit in cœlo, ſedens ad dexteram patris (Marci vlt. 19.) *& impoßibile ſit vnum corpus ſimul eſſe in duobus locis?*

ROMANO-CATHOLICVS.

I. RESPONDEO ET DICO I. Fateor quidem Chriſtum eſſe in cœlo ex quo illuc aſcẽdit, vt D. Petrus in Act. 3. 21. ait: *oportet illum cœlum ſuſcipere vſque ad tempus reſtitutionis omnium:* hoc eſt, quẽ interea temporis, oportet cęlũ inhabitare in forma naturali, & velut in loco ordinario, vſque ad tem-

Digitized by Google

tempus extremi iudicij quo omnia reſtaurabũtur: Non tamen ex eo ſequitur, non eſſe ſubſtantialiter in Euchariſtia præſentem: QVIA non, vt ſit in altari debet aut deſerere cœlum, aut motu locali illinc deſcendere in terram, quicquid oppoſuerit debile Caluini cerebellum, quod hæc duo nõ potuit reconciliare, exiſtimans vnum idemque corpus, non poſſe eſſe ſimul in duobus locis diſcretis.

2. Nec mirum, quia Cal. non ſatis impreſſerat memoriæ, vel ſaltem intellexerat Catechiſmi ſui Symbolum Apoſtolicum, in cuius frontiſpicio dicimus; *Credo in Deum Patrem* OMNIPOTENTEM Iam verò ſi ſit omnipotens, non erit impoſſibile apud Deum illud verbum & opus, vt vnum corpus eodem tempore, in vertice cœlorũ & in terra ponat. Vnde non immerito cum D. Auguſt. l. 22. de Ciuit. cap. 11. Platonicos irridente, his verbis Caluiniſtas & Reformatos Polyhiſtores ſalutamus; *Ecce qualibus argumentis Omnipotentia Dei humana contradicit infirmitas, quam poſſidet vanitas.* *Cal. non capit ſuum* CREDO.

RESPONDEO ET DICO II.

3. ABſolutè Deo poſſibile eſt, nec vllam inuoluit contradictionem, vnum corpus ſimul in duobus, quinimo in millenis locis diſcretis eodem tempore ſiue indiuiſibiliter, ſiue circumſcriptiuè collocare, quæ eſt communior ſaniorum doctrina Philoſophorum & Theologorum. *Nõ implicat, vnum Corpus poni ſimul in plurib. locis.*

Primò probatur, QVIA reipſa aliquando vnũ corpus fuit in pluribus locis eodem tempore, ergo id Deo abſolutè eſt poſſibile: Patet conſequentia, à facto ad potentiam. Antecedens probatur, quia certum eſt Chriſtum, ex quo in cœlum aſcendit, illud non derelicturum vſque ad iudicij diem,

vt

Chriſtus ſimul fuit in plurib. locis.

vt patet Dicto primo: Et tamen idẽ affuit D. Paulo corporaliter in terris, quando Actor. 9. illi apparuit in vita, ita vt D. Paulus cum eo tanquam præſente, loqueretur, illum coram videret vocemq́ue eius audiret: ergo Chriſtus tunc ſimul erat in cœlo & in terra.

4. Nec verò hic poteſt dici Angelum fuiſſe, quia Chriſtus vt homo, non vtitur in repræſentatione perſonæ humanæ naturæ, Angelo, quum humanitas eius non ſit vbique, vnde Angelus non poſſet dicere tanquam Chriſto homine præſente. *Quid me perſequeris*, Act. 9. 4. Secus eſt de Deo qui vbiq; eſt præſens. Apparuit etiam Chriſtus corporaliter D. Petro Romæ, quum ei diceret, VADO ROMAM ITERVM CRVCIFIGI, teſte Athanaſ. Apol. pro ſua fuga, & D. Ambroſ. contra Auxentium.

Duo corpora ſe poſſunt penetrare.

5. Secundò non implicat contradictionem, duo corpora, ſuius quantitatibus pleniſſimè inſtructa, per penetrationem dimenſionum, ſaluâ quantitate, adeoq́ue extenſione partium intrinſecâ, poni in vno eodemq́ue loco, ita vt totus lacus Geneuẽſis, Diuinâ potentiâ potuerit eſſe in ſola domo Caluini, ergo vnum idemq́ue corpus poteſt ſimul eſſe in diſtantibus locis. Patet conſequentia à paritate rationis, vtrumque enim naturali corporeæ naturæ inclinationi aduerſatur, vtrumque, videlicet excludere aliud & certo loco circumſcribi, eſt proprietas ex principiis naturæ profluens, vtrũque eãdem impoſſibilitatẽ præ ſe fert: ſicut enim hic vnum corpus videtur diſtrahi in duo: ita ibi in penetratione, duo corpora videntur coaleſcere in vnum: Certum tamen eſt, non coaleſcere, non enim hoc eſt illud, etiam ſi ſimul ſint nec etiam

Paritas rationis militat in hoc myſt.

vnum

Digitized by Google

vnū fit duo, licet ad duo ſe explicet loca: retinent enim ſuas differentias indiuiduas, & præſentiæ intimæ, ſeu *Vbi* eorum interna, manent diſtincta: proinde ſi vnum euadat poſſibile, certè & aliud.

6. Antecedens maiorem habet difficultatem, ſed probatur Ioan. 20:6 quando ad Apoſtolos *venit Ieſus ianuis clauſis*: vbi ianuis manentibus, in ſenſu compoſito, clauſis, cum penetratione dimenſionum, in eodem loco fuêre Chriſti corpus illæſum, integrum, quantitate, aliiſque proprietatibus eſſentialibus inſtructum, & ianuæ; atque adeò duo corpora ſimul, vt communiter docent omnes Patres & Doctores, qui magnum in hoc Chriſti ingreſſu ponunt myſterium ac miraculum, vti & in Natiuitate Domini ac Reſurrectione. *Chriſtus per ianuas clauſas intrat ad Apoſt.*

7. Hic locus Ieſu ad Apoſtolos per oſtium clauſum penetrantis, ita Sacramentarios veſtros & Caluinianos, adinſtar clauæ Herculis, premit atque attonitos reddit, vt victi, quaquauerſum per obſcuros meatus & angulos effugium quærant: Petrus Martyr enim confugit ad feneſtram, vel camini ſpiramen, quaſi illac intrauerit Chriſtus. Verùm illud caminorum ſcopariis, non Chriſto eſt proprium. Bullingerus recurrit ad Angelum, qui Chriſto, vt poſtmodum Petro ianuam aperuerit, contra expreſſum Script. tenorem. Beza craſſitiei corporis conſulens Saluatoris ꝑ ianuas rarefacit, vt liberum ei tranſitum concedat. Alij, vt VVicleff, &c. largiores ianuarum fiſſuras laxant. *Reformati variè exponunt ianuas clauſas.*

8. Caluin. denique l. 4. Inſtitut. cap. 17 §. 29. *Nec clauſis ianuis* (inquit) *intrare tantundem valet, ac penetrare per ſolidam materiam, ſed ſibi aditum facere Diuinâ*

T *virtute,*

Chriſtus ſimul fuit in plurib. locis.

vt patet Dicto primo: Et tamen idẽ affuit D. Paulo corporaliter in terris, quando Actor. 9. illi apparuit in vita, ita vt D. Paulus cum eo tanquam præſente, loqueretur, illum coram videret vocemque eius audiret: ergo Chriſtus tunc ſimul erat in cœlo & in terra.

4. Nec verò hic poteſt dici Angelum fuiſſe, quia Chriſtus vt homo, non vtitur in repræſentatione perſonæ humanæ naturæ, Angelo, quum humanitas eius non ſit vbique, vnde Angelus non poſſet dicere tanquam Chriſto homine præſente. *Quid me perſequeris,* Act. 9. 4. Secus eſt de Deo qui vbiq; eſt præſens. Apparuit etiam Chriſtus corporaliter D. Petro Romæ, quum ei diceret, VADO ROMAM ITERVM CRVCIFIGI, teſte Athanaſ. Apol. pro ſua fuga, & D. Ambroſ. contra Auxentium.

Duo corpora ſe poſſunt penetrare.

5. Secundò non implicat contradictionem, duo corpora, ſuius quantitatibus pleniſſimè inſtructa, per penetrationem dimenſionum, ſaluâ quantitate, adeoque extenſione partium intrinſecâ, poni in vno eodemque loco, ita vt totus lacus Geneuẽſis, Diuinâ potentiâ potuerit eſſe in ſola domo Caluini, ergo vnum idemque corpus poteſt ſimul eſſe in diſtantibus locis. Patet conſequentia à paritate rationis, vtrumque enim naturali corporeæ naturæ inclinationi aduerſatur, vtrumque, videlicet excludere aliud & certo loco circumſcribi, eſt proprietas ex principiis naturæ profluens, vtrũque eãdem impoſſibilitatẽ præ ſe fert: ſicut enim hic vnum corpus videtur diſtrahi in duo: ita ibi in penetratione, duo corpora videntur coaleſcere in vnum: Certum tamen eſt, non coaleſcere, non enim hoc eſt illud, etiam ſi ſimul ſint nec etiam vnum

Paritas rationis militat in hoc myſt.

Digitized by Google

vnũ fit duo, licet ad duo ſe explicet loca: retinent enim ſuas differentias indiuiduas, & præſentiæ intimæ, ſeu *Vbi* eorum interna, manent diſtincta: proinde ſi vnum euadat poſſibile, certè & aliud.

6. Antecedens maiorem habet difficultatem, ſed probatur Ioan. 20:6 quando ad Apoſtolos *venit Ieſus ianuis clauſis*: vbi ianuis manentibus, in ſenſu compoſito, clauſis, cum penetratione dimenſionum, in eodem loco fuêre Chriſti corpus illæſum, integrum, quantitate, aliiſque proprietatibus eſſentialibus inſtructum, & ianuæ; atque adeò duo corpora ſimul, vt communiter docent omnes Patres & Doctores, qui magnum in hoc Chriſti ingreſſu ponunt myſterium ac miraculum, vti & in Natiuitate Domini ac Reſurrectione.

Chriſtus per ianuas clauſas intrat ad Apoſt.

7. Hic locus Ieſu ad Apoſtolos per oſtium clauſum penetrantis, ita Sacramentarios veſtros & Caluinianos, adinſtar clauæ Herculis, premit atque attonitos reddit, vt victi, quaquauerſum per obſcuros meatus & angulos effugium quærant. Petrus Martyr enim confugit ad feneſtram, vel camini ſpiramen, quaſi illac intrauerit Chriſtus. Verùm illud caminorum ſcopariis, non Chriſto eſt proprium. Bullingerus recurrit ad Angelum, qui Chriſto, vt poſtmodum Petro ianuam aperuerit, contra expreſſum Script. tenorem. Beza craſſitiei corporis conſulens Saluatoris, ianuas rarefacit, vt liberum ei tranſitum concedat. Alij, vt VVicleff, &c. largiores ianuarum fiſſuras laxant.

Reformati variè exponunt ianuas clauſas.

8. Caluin. denique l. 4. Inſtitut. cap. 17 §. 29. *Nec clauſis ianuis* (inquit) *intrare tantundem valet, ac penetrare per ſolidam materiam, ſed ſibi aditum facere Diuinâ*

 virtute,

Digitized by Google

virtute, vt repentè ſteterit inter ſuos diſcipulos, planè admirabili modo, quum obſeratæ eſſent fores. Sed & is miraculi, ab omnibus Patribus obſeruati eludit virtutem ſi enim per Diuinam virtutem reſeratis ianuis, Chriſti corpus ſe infudiſſet, quanuis ipſa apertio miraculoſa fuiſſet, tamen naturalis, & non miraculoſus, talis fuiſſet corporis ingreſſus. Nonne id omnis homo facere poteſt? Quid hic peculiare accedit Chriſto?

Apage, apage, tales diuiniſſimorum operum extenuatores, qui adinſtar tornarij, ex ligno Mercurium, Iouem & quoduis idolũ tornantis, S. Scripturã in ſui cerebri ſenſum, præter Spiritus S. mẽtem, inflectunt & ſiniſtrè intorquent. Hac ſecundâ ratione, Zwinglianum quendam Miniſtrum de Sobernhaim, inter Moguntiam & Francofurtum, ante annos 12. ad terminos contradictionis redegi.

Deus poteſt eandem rem ſingularem bis producere.

9. Tertia ratio fundamentalis: Deus poteſt vnam eandemque rem indiuiduam, ſiue corporalem, ſiue ſpiritualem bis producere, duplicem ei dando dependentiam ſubſtantialem, ergo eam in diuerſis locis poteſt collocare. Sed probo Antecedens, quum clara ſit ſequela: quia Deus poteſt corruptum, idem numero reparare (vt patet in accidentibus quæ eadem numero, in Reſurrectio. ſecundùm communem ſententiam reſtituentur: Item in Brutis quæ Sancti, virtute Diuinâ ad vitam reuocârunt, eâdem ſcilicet, non aliâ reſtitutâ animât) ergo etiam ſi integrum manſiſſet, poterat illud iteratò producere, ſiue in hoc ſiue in alio loco Neque enim dici poteſt, ex hoc quod res ſemel ſit producta, ſiue exiſtat, Deo adimi poteſtatem, idem numero eſſe, ſiue in eodem, ſiue in

alio

alio loco conferendi, replicandi, & reproducendi: At tunc quidem illud vnum erit inſtar duorum, ita vt hoc quod eſt hic, ſit illud quod eſt illic.

10. Numquam enim in animum meum potui inducere, Diuinam potentiam, quæ eſt infinita, vel vnicâ productione ſingulari exhauriri, vel per hoc quod creatura aliqua ſemel eſſe acceperit, impediri ab eiuſdem rei ſingularis reproductione.

11. Cuius vlterior ratio eſt, quia in illimitata Creatoris omnipotentia, non tantùm latent infinitæ ſingulorum generum ſpecies, & ſingularum ſpecierum infinita indiuidua, ſuis propriis rationibus indiuiduantibus, & differentiis conſtitutiuis ab inuicem diſtincta; Verumetiam quoduis indiuiduum & quæuis ratio ſeu differentia indiuiduans latet in ipſo infinities, ita vt eadem res ſingularis & indiuidua, ab ipſo infinities poſſit produci, & in ſeipſa replicari, manente ſemper perfectâ identitate, atque vnitate numerali.

Eiuſdem rei ſingularis differentia indiuiduans latet infinities in Deo.

12. Secus eſt de cauſis creatis, quæ ſemel tantùm poſſunt eandem rem producere, quâ productâ non amplius habent potentiam ad illam, ſed earum vis eſt exhauſta, quum variis modis ſit limitata.

Corrollariè ex his omnibus ſequitur, Deo faciliimum eſſe, vnam, eandemque numero rem ſpiritalem & corporalem, in tot, quot voluerit, collocare locis, idque per ſolidam & ineffabilem illam eiuſdem identitatis replicationem. Habebit tamen diſtinctas præſentias, ſeu diſtincta VBI, ſicut vnio & præſentia quam habet anima, in capi-

Res ſingularis reproducta habet diuerſa.

te, diſtincta eſt ab ea quam habet in pede: vnio quippe dependet à re cui vnitur, quæ res quum ſit diuerſa, vt pes & caput, ſequitur & ipſam vnionem, præſentiam, & Vbi, diuerſa eſſe. Cæterùm vſurpaturus

Argumentum ad hominem.

Cal. cogitur admittere vnum corpus in plurib. locis ſimul eſſe.

13. Dico *Si in Cœna* (vt verbis Cal. l. 4. Inſtit. cap. 17. §. 10. 31. & 32. vtar) *fides & arcana Spiritus operatio, vobis realiter Chriſtum ipſum vniens, carnem eius vobis faciat præſentem, adeo vt fide participetis reipsâ Chriſtum, non tamen ita vt ad vos è cœlo deſcendat, ſed ad ſe in cœlum vos euehat, quo concupitâ Chriſti fruamini præſentiâ*, ergo eodem temporis inſtanti, corpora veſtra erunt in diſtantiſſimis locis, in cælo nimirũ, quò reali præſentiâ eleuamini, vt Chriſto vniamini, & in terra vbi menſæ Caluiniſticæ aſſidetis, & à qua vos non dimouiſtis: hoc ergo ſi valeat efficere fides veſtra creata, non idem poterit, à nobis aſſerta Dei potentia increata atque illimitata? Dicite, obſecro, ad quotum cælum eleuati fuerunt Apoſtoli, quando vnà cum Saluatore noſtro aſſidentes menſæ, de manibus eius Diuiniſſimum Corpus acceperunt? vbi legiſtis fidem veſtram cuiuſcunque demum ea fuerit conditionis & energiæ, poſſe præſtare, vt res abſens, ſiſtatur realiter præſens? Paradoxa hæc ſunt & butubatarum nugamenta.

LVI.

Digitized by Google

LVI. QVARE,

De quantitate Corporis Chriſti loco non extenſa.

GEVZA REFORMATVS.

Quomodo poteſt corpus Chriſti longum, latum, craſſum, eſſe ſub tam paruis ſpeciebus Sacramentalibus panis & vini; quum de ratione quantitatis & magnitudinis corporeæ, ſit, habere partes extra partes, atque extendi?

Heretici Hugonotta, Reformati Geuza omnes.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I Tota magnitudo & moles corporis Chriſti, quæ eſt in cælo, eſt ſimiliter in Euchariſtia, ſed modo ſpiritali & indiuiſibili, ita vt loco & ſpeciebus non coëxtendatur, ſed tota ſit in ſingulis ſpecierum partibus, nec habeat illam relationem ad locum quam habet vt eſt in cælo, neque ea quæ ad exiſtentiam in eo loco conſequuntur.

Tota quantitas Chriſti eſt in altari.

2. Probatur primò: QVIA corpus Chriſti in Euchariſt. non eſt mortuũ, ſed viuum, organizatũ, & animatum, proinde ſuis organis & reliquis neceſſariis diſpoſitionibus diſtinctum; Atqui hęc organizatio & diſtinctio, ſine beneficio quãtitatis fieri nequit, per quã formaliter habet partẽ extra partẽ, in ordine ad ſitũ intrinſecum, repugnat enim conditioni corporis humani eſſe ſine quantitate molis.

Chriſti corpus in Euchar. non eſt mortuum, ſed viuum.

3. Secundò, Chriſtus dedit illud corpus diſcipulis manducandum, quod poſtridie in mortem erat tradendum: (*quod pro vobis tradetur*) ait 1. Cor 11. 24. Ad mortem verò non fuit traditum corpus ſine figura ac magnitudine.

Tertiò, non decebat vt pulcherrimum Chriſti corpus, omni quãtitate, figurâ, cæteriſq; accidentibus deſtitueretur; videretur enim eſſe monſtro-

 ſum

Digitized by Google

ſum quiddam & informe,nam ſine quãtitate,nullũ inter ſe naturalem & diſtinctum ordinẽ, caput, collũ,pectus,manus,pedes,&c.haberent,ſed omnia extremè eſſent,confuſa, nec vna alteri pars extraponeretur intrinſeco ſitu.Denique quia ob ſolam impoſſibilitatem, quãtitatem corporis Chriſti hic negant aduerſarij:

RESPONDEO ET DICO II.

Corpus & quantitas poſſunt eſſe abſque omni loco.

4. NVllo modo eſtDeo impoſſibile,ita ponere totã Corporis Chriſti,in ſe diuiſibilẽ quãtitatem , vt tota & diuiſibiliter ſit ſub ſingulis hoſtiæ partib.Ex quo ſequitur, corpus poſſe eſſe alicubi,& tamen locũ nullũ occupare circũſcriptiuè.

Probatur ergo,quia ab eorum quæ Deo poſſibilia ſunt numero,nihil excipi debet,niſi quod inuoluit contradictionem, adeoq́ue pugnat cum eſſentia rei,ita vt dicatur res eſſe & non eſſe, prout aduerſarij, contra Petrum Boquinum lib. de Cœna Domini propè finem, fatentur: hoc autem non implicat,quum de ratione formali quantitatis nõ ſit,vt ſpacio vel loco extendatur.

De ratione quantitatis formali,non eſt extenſio loci.

5. Quod confirmo Primò , quia vna eademq́ue quantitas poteſt eſſe maior & minor, abſq́ue vlla acceſſione vel detractione quantitatis, vt patet in rarefactione & condenſatione. Nec quantitas ex natura ſua poſtulat tantum vel tantum locum ſed poteſt eſſe in quantouis paruo,quum reſpectu Diuinæ potentiæ, nullus ſit terminus contractionis quantitatis,niſi punctum,ergo de eius ratione non eſt vt loco coëxtẽdatur. Taceo ſummum Cœlum eſſe ſine loco,quum non habeat ſuperficiem concauam ſeſe ambientem.

Summum cœlum non eſt in loco.

6. Secundò, Deus conſtituit duo corpora quanta in eodem loco ſingulari,per penetrationẽ dimenſionum,

ſionum, vt patet in Myſter. Natiuitatis, & Reſurrectionis Chriſti: Item vnum corpus in pluribus locis, vt patet ex *Quare* præced. ergo etiam poterit Deus conſeruare corpus quantum, in rerum natura, abſq; actuali modo & connaturali occupādi locum: probatur cōſequentia, quia ſicut eſt proprietas corporis quanti, occupare locum ita etiam non admittere aliud corpus in eodem loco; Item ab vno aliquo loco circumſcribi vel definiri, hæc ſunt Deo poſſibilia ergo & illud.

Subſtantia poteſt exiſtere abſque propria Hypoſtaſi.

Sic accidens abſque propria inhærentia.

7. Tertiò tam intrinſecum eſt naturæ ſubſtantiali, per ſe ſubſiſtere, & formæ accidētali proprius eſt modus inexiſtēdi actualis, quā corpori quāto connaturalis eſt occupatio loci: Atqui poteſt Deus naturam ſubſtantialem in eſſe ſuo, abſque propria hypoſtaſi & ſubſiſtentia, conſeruare (vt conſtat ex myſter. Vnionis Hypoſtaticæ Verbi Diuini cum humana natura, in Chriſto) Item formam accidētalem ſine propria inhærentia (vti conſtat ex accidentibus panis & vini Sacramentalibus, poſt conſecrationē extra omne ſubiectum ſubſiſtentibus) ergo & quantitatem abſq; loco connaturali; omnes quippe hæ proprietates ſeu modi, non ſunt de ratione illorum quorum ſunt modi, vnde etſi naturaliter ab iis ſeparari ne queant, poſſunt tamē Diuinitus; Deus enim ſemper poteſt id quod eſt poſterius, ſeparare à priori, & id quod prius eſt, conſeruare ſine poſteriori.

Camelus beſtia poteſt tranſire per foramē acus.

8. Quartò, Chriſtus his verbis Lucæ 18. 25. *facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in Regnum Dei,* apertè ſignificat Deo poſſibile eſſe vt camelus trāſeat per foramen acus, nā hoc dicit eſſe faciliùs, quàm diuitem retinentem diuitias, intrare in cœlū, quod tamē abſolutè eſt poſſi-

 bile

bile per Diuinam gratiam: proinde etſi naturaliter fieri nequeat, vt camelus habens tantam corporis molem, tranſeat per acus foramen, id tamen eſt poſſibile per Dei potentiam: Atqui hoc fieri non poteſt, niſi cameli vaſtitas reſpectu loci velut in punctum confluat, ita vt licet in ſe ſit maxima, reſpectu tamen loci, ſit minima.

Camelus quid ſignificet in Euangelio.

9. Quod autem per Camelum intelligatur animal ingens & gibboſum, non funis nauticus, patet ex Græco, quia in Euangel. ſcribitur per Ita, χαμηλος, quod Græcis ſignificat Animal gibboſum, non per Iota, κάμιλος, quod denotat funem nauticum.

Obiectio I.

De ratione eſſentiali Quantitatis eſt extendi, & habere partes extra partes atqui hic nulla eſt partium extenſio: ergo quantitas non ſaluatur.

Spongia.

In quo ratio formalis Quantitatis conſiſtat.

10. Fateor, de ratione Quantitatis eſt, extendi & habere partes extra partes.i. vnã intrinſecè & formaliter, per internum ſitum, diſtinctam ab alia parte; non autem eſt de natura eius, vt vna pars ſit in hoc loco, alia in alio, per ſitum extrinſecum, vt dictum eſt ſup.

Obiectio II.

Aug. Epiſt. 57. ad Dardanum, ait: *Spacia locorum tolle corporibus, & nuſquam erunt, & quia nuſquam erũt, nec erunt*, ergo coëxtenſio loci, eſt intrinſecè neceſſaria quantitati.

Spongia.

11. Loquitur D. Aug. de corporibus vt naturaliter exiſtunt, non enim poſſunt naturaliter exiſtere, niſi extenſa loco & circumſcripta. Secus eſt de via

via extraordinaria & ſupernaturali, de qua hìc agimus. & ſecundùm quam Deus poteſt corpora ponere extra mundum in ſpacijs imaginarijs, & vim intelligendi poteſt tollere ab homine, integrè ſeruatâ naturâ animæ rationalis, non enim anima dicitur rationalis, ab vſu rationis (ſic enim infantes non haberent animam rationalem) ſed quia naturâ ſuâ apta eſt vt ratione vtatur; Quæ aptitudo manet, etiam ſublatâ facultate intelligendi, ſicut manet in anima, aptitudo ad videndum, etiam in cæco qui priuatus eſt ipsâ potentiâ videndi.

Deus poteſt creaturas ponere in ſpacijs imaginariis extra mundum.

LVII. QVARE,

De infallibili præſentia Chriſti in Euchariſtia.

GEVZA REFORMATVS.

Quare ita eſtis ſimplices, vt ad nutum Papiſtici Sacerdotis conſecrantis, credatis Chriſtum quaſi obediendo, ſe ſiſtere in altari, toties quoties iſti placebit, quod derogat dignitati Redemptoris?

Innominatus quidam Belgica Geuza, in Flandria.

ROMANO CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO: Chriſtum, dum ſanctiſſima & efficaciſſima Conſecrationis verbum, *Hoc eſt corpus meum, Hic ſanguis meus*, profert Sacerdos, ſe ſiſtere in altari ſubſtātialiter præſentem, non tamen ita vt Sacerdoti obediat, verùm vt propriæ ſuæ ſtet ordinationi, legi ac pacto. Ratio eſt, QVIA Chriſtus infallibilem, indubitatam & realem ſui corporis præſentiam, atque ad tanti Myſt. confectionem, aſſiſtentiam, diſcipulis legitimiſque eorum, (quoad hoc) ſucceſſoribus compromiſit, toties quoties in ſui memoriam accepto

cepto pane, gratijs actis, & eâdem intentione, verba conſecrationis proferrent, ſicut eum coram viderant feciſſe; 2. Quos idcirco ſingulari modo, ſui ſacerdotij, per myſticam ordinationem, fecerat participes: ecquid enim aliud verba illa Saluatoris apud Lucam innuunt cap. 22. 19. *Hoc facite in meam commemorationem?*

Chriſt. obedinit hominibus.

3. Taceo quod de eodem Chriſto vero Deo & homine, idem Euangeliſta dicat cap. 2. 51. *Deſcendit cum eis* (matre ſcilicet Mariâ ac Nutritio Ioſepho) *& venit Nazareth, & erat ſubditus illis:* Morigeram declarans obedientiam, teſte D. Baſil. Conſtitut. Monaſt. cap. 5. Non inſtitutione morum, ſed in perferendis cum eis laboribus, ad cõquirendum domi victum quotidianũ, vbi expreſsè habemus Chriſtum hominibus obediuiſſe.

Sol obtemperat Ioſue iuſſu Diuino.

4. Taceo quod voci Ioſue cap. 10. 12. mandantis: *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon*: creatura, non ſuo, ſed Diuino nutu, obtemperauerit, ita vt Deus, non quidem neceſſariò, ſed liberè atque adeò ex pura miſericordia, acquieuerit mandato humano; Sequitur enim: *Stetit Sol in medio cœli, & non feſtinauit occumbere ſpacio vnius diei*. Quid ergo abſurdi, ſi admittamus Chriſtum ſe infallibiliter ad vocem in Sacerdotis conſecratoriam, ſiſtere in altari, non neceſſariò atque auctoritatiuo hominum preſſum imperio, ſed præuiæ & ſpontaneæ ſuæ voluntatis ſtantem ordinationi?

Digitized by Google

LVIII. QVARE,

De Corruptione & deſitione Specierum Sacramentalium.

GEVZA REFORMATVS.

Quomodo ſub pane & vino conſecratis, poteſt eſſe Chriſtus, vnde tanta conſequentur abſurda, ſcilicet Chriſtum frangi, à muribus corrodi, comburi, in terram cadere, putredine & acedine interire?

Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 17. § 32. Lambergius cum pleriſq. Geuzis & Reformatis.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro: quomodo non eſt etiam abſurdum, Chriſtum in propria ſpecie à Diabolo tentari, in pinnaculum Templi atque altiſſimum montem tranſportari? Quod ſicut horrent aures humanæ; ita ipſomet Saluatore permittente, de facto contigiſſe, auctor eſt Euangeliſta Matthæus cap. 4. Rurſum quarizo, an non fuit abſurdum, Chriſtum verum Deum & hominem, in propria ſpecie, infantulum, obſcuro & anguſto virginalis vteri ergaſtulo incluſum, in terram effuſum; frigore, infantilibuſque miſerijs, affectum, flagellatum, contuſum, & duriſſima paſſum fuiſſe, tandemque in medio latronum, viliſſimam ac ſcandaloſiſſimam crucis mortem verè ſubijſſe?

RESPONDEO ET DICO II.

2. SIcut in omnibus illis Chriſti miſerijs, læſionibus ac paſſionibus, Diuinitas nullo modo potuit lædi vel affligi, nec etiam lædi potuiſſet etiamſi Chriſtus in propria ſpecie vel ab igne ambuſtus, vel à beſtia fuiſſet morſus; ita nihil mirum,

mirum, nihil Chriſto aſſerimus indignum, ſi in aliena ſpecie,& ſine vlla læſione,ſimilia eidem accidere poſſe dicamus: In aliena tamē ſpecie, quia abſolutè non concedimus, Chriſti corpus in Euchariſtia poſſe corrodi,amburi,&c.

Chriſti corpus in Euchar. abſolutè non poteſt pati.

3. Ratio eſt: QVIA tam Chriſti Humanitas,quā Diuinitas eſt impaſſibilis & incorruptibilis. Deinde corpus Chriſti eſt totum ſub qualibet particula hoſtiæ conſecratæ,vt ſuprà, quod eſt contra naturam fractionis,diuiſionis,corroſionis,&c. Vnde relinquitur fractionem, contuſionem, vſtionem,putrefactionem, & omnem aliam alterationem,in ipſis eſſe ſpeciebus Sacramentalibus,quæ in quantitate panis & vini remanente,ſubiectatæ, omnem accidentalem & ſubſtantialem mutationem poſſunt efficere quàm anteà poterant. Et ſic Chriſtus homo nihil patitur in ſpecie panis.

Omnis fractio & alteratio Hoſtiæ conſecratæ eſt in ſpeciebus.

4. Cæterùm quando eouſque peruaſit ſpecierū Sacramentalium corruptio, putrefactio & alteratio, quod ſub iiſdem non potuiſſet ſalua panis & vini conſiſtere natura, vel etiam quando à Sacerdote vel beſtia, ſtomachi actione digeritur: in eo momento deſinit ibi eſſe Chriſti corpus ſecundū illam replicationem,& dependentiam ſubſtantialem: ad eundem prorſus modum quo amputato alicui brachio, vel alio quopiam membro,deſinit in eo anima eſſe ſecundùm illam replicationem quam ibidem habebat. Non tamen idcirco dicendus à nobis Chriſtus occidi,quum in cœlo & aliis millenis locis ſuperſit,benè autem manducari,eodem hortante Ioan.6.55. *Qui mādučat meam carnem, habet vitam æternam.*

Quomodo Hoſtia conſecrata deſinat eſſe in ſtomacho,&c.

LIX.

LIX. QVARE, De Tranſubſtantiatione.

GEVZA REFORMATVS.

Quare ita indubitatè Concilium veſtrum Trident. (Seſſio 13. cap. 4.) *in Sacramento Altaris ponit Tranſubſtantiationem, quum illius* fictitiæ illuſionis, nullus, (vt ait Doctor noſter Ioan. Calu. lib. 4. Inſtitut. cap. 17. §. 15.) in terra oculus ſit teſtis?

Luther. lib. de Captiuit. Babylo. c. 1. Caluin. lib. 4. Inſtit. cap. 17 § 14. & 15. & Geuza in Belgio, cum Hugonottis.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO *& quæro*: Quomodo potuit virga Moyſes cõuerti in ſerpentem? Quomodo potuit Chriſtus in Cœna Galileæ, ſolâ voluntate, nullis prolatis verbis vel ſignificantibus vel operatorijs, nullo adhibito contactu, nullâ præuiâ benedictione, cõuertere ſimplicem aquæ ſubſtantiam, in præſtantiſſimi & copioſiſſimi vini ſubſtantiam.

Quomodo potuit Chriſtus Ioa. 6. quinque panibus hordeaceis & duobus piſcibus, abundè reficere virorũ quaſi quinque millia, quinimò tantam impertire refectionem, vt *diſcipuli collegerint atque impleuerint 12. cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerant his, qui manducauerant,* ſup. verſ. 13?

2. An Chriſto has ſubſtantias conuertendi & multiplicandi deerat poteſtas, quamuis illius teſtis tum eſſe non poterat oculus Caluini necdum creatus, necdũ luce perfruitus? Quomodo vnum credentes, alterum non creditis? Quare de hac panum multiplicatione nullam quæſtionem mouetis, de conuerſione verò ſubſtantiali panis in corpus

corpus Chriſti, tam acerbè litigatis.

Non minus miraculum eſt conuerſio aquæ in vinũ Canæ Galileæ &c. quam Tranſubſtantiatio.

3. An minus miraculũ eſt, an minus iudicij humani, minus naturæ humanæ excedit vires, ex vno pane, mille alios in inſtanti, abſque vlla alterationum ſucceſſione, multiplicare & producere, quàm panem & vinum in corpus ſuum tranſmutare? Verè verè ô Geuzæ, quod Manichæis aliquãdo improperauit, D.P.N. AVGVSTINVS contr. Fauſt. lib. 16 cap. 3. in vos quadrat. *Qui in Euangelio quod vultis, creditis: quod non vultis, hoc non creditis; non Euangelio, ſed vobis ipſis creditis.*

Optimè optimè contra Geuzas Bibliſtas.

RESPONDEO ET DICO II.

4. QVIA virtute Diuiniſſimorum Conſecrationis verborum à legitimo Sacerdote, cum debita intentione prolatorum, tota natura panis & vini, ſecundùm omnes gradus genericos, ſpecificos, aliquitatis, ſubſtantiales & communes, conuertitur in corpus & ſanguinem Chriſti, ita vt nihil maneat ſubſtãtiæ panis aut vini. Et hæc conuerſio) quã alij TRANSVBSTANTIATIONEM, vel TRANSELEMENTATIONEM vocant) eſt cauſa præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia.

Tranſubſtantiatio eſt cauſa præſentia corporis Chriſti.

5. Patet hoc totum primò ex præfatis D. Matthæi verbis, quibus corpus ſuum diſcipulis ſe tradere Dominus ſignificans, ait: *Hoc eſt corpus meum.* Iam verò ſi maneat ſubſtantia panis, pronomen, *Hoc*, ſignabit panem, eritque ſenſus: hic panis eſt corpus meum, quod contradictionem inuoluit, quum diſparatum de altero diſparato prædicetur, veluti ſi dicam: Homo eſt equus: ergo non remanet panis, ſed (vt vetuſtiſſimi Patres & Concilia loquuntur,) mutatur, cõuertitur, & tranſelementatur,

Digitized by Google

tatur, videlicet ſecundùm prima ſua elementa, Materiam & formam.

6. Secundò, ſi maneret ſubſtantia panis, periculum foret ne rudiores adorarent panem, quippe qui non nôrunt diſtinguere, ſed ſimpliciter adorant contentum ſub ſpeciebus.

Tertiò, numquam ſumi poſſit Euchariſtia niſi ſolueretur ieiuniũ, ſi maneat panis, quod eſt contra Traditionem Apoſtolicam. *Euchariſtia ſumenda à ieiuniis.*

RESPONDEO ET DICO III.

7. QVIA in omni conuerſione, duæ ſunt mutationes, vna deſitio eius quod conuertitur, alia poſitio eius in quod conuertitur, quæ poſitio talis eſſe debet, vt ex vi illius, alterum deſinat; ita hic non ſolùm eſt deſitio panis, verumetiam actio poſitiua, quâ Chriſti corpus ponitur in Euchariſtia, quæ nihil eſt aliud, quam PRODVCTIO QVÆDAM SVBSTANTIALIS eiuſdem corporis ante exſiſtentis.

Fundamentum huius dicti eſt, quia (vt latiùs ſup.) Deus poteſt vnam & eandem rem bis producere in diuerſis locis, & tunc erit illud vnum, inſtar duorum, reſpectu loci, licet in ſe abſolutè & ſubſtantialiter ſit tantùm vnum. Secunda tamen productio, non erit propriè & ſimpliciter productio, ſed ſecundũ quid: nihil enim propriè & ſimpliciter dicitur produci, quod ante ſimpliciter extitit. Itaque quum corpus Dñi ante confectionem Euchariſtiæ, abſolutè, & quidem ſecundum extenſionẽ localem, in cœlo exiſtat, per illam actionem cõſecratoriam, non abſolutè producitur, ſed tantum ſecundum quid, videlicet ſecundum eſſe Sacramentale. *Actio productiua Corporis Chriſti.* *Corpus Chriſti producitur in altari ſecundum eſſe Sacramentale.*

8. Nunc

8. Nunc vnicâ ratione probatur aſſertio; quia nihil incipere poteſt eſſe, vbi ante non erat, niſi per motum localem eò transferatur vel ibi producatur; atqui Christus non transfertur motu locali ad ſpecies Sacramentales, ergo ibi ponitur efficaci quâdam productione, & ſui ſubſtantiali replicatione. Nec ſufficit actio adductiua, quia ſic non eſſet Tranſubſtantiatio, ſed Tranſaccidentatio, nec terminus ad quem, eſſet Subſtantia, ſed Accidens, quod eſt contra Concilia, Patres & Doctores.

Exploditur actio adductiua.

Viuat ergo, viuat Orthodoxa *Tranſubſtantiatio*, cuius licet obſcurior Caluini oculus, teſtis eſſe nequeat, certò tamen percipit oculus fidei Chriſtianæ, meliori & ſecuriori lumine inſtructus, quia *Beati qui non viderunt & crediderunt*, Ioan. 20. 29. Infelix ergo Caluinus, qui ad Religionis noſtræ arcana & Myſtica Sacramenta, nō fidem, ſed oculos intellectus vel ſenſus affert, contra ipſam fidei naturam.

Oculus Caluini obſcurus non percipit Trāſubſtantiationem.

9. Falſum etiam eſt quod ex præfatis contra nos inferunt aduerſarij, facere videlicet nos Deum: Quicquid enim in cœna Chriſtus fecit, non noſtrum, ſed præceptoris noſtri eſt opus; nec aliud attentamus quam ipſe nobis reliquit & commendauit, non noſtrâ, ſed Chriſti virtute perficiendū; Accipimus enim panem, benedicimus, frangimus, mandato Chriſti dicentes: *Accipite & comedite, Hoc eſt enim*, &c. *Hæc quotieſcumque feceritis, in meam commemorationem facietis*, Luc. 22. quorum verborum efficaciâ, tota ſubſtantia panis & vini, conuertitur in corpus & ſanguinem Chriſti, veri Dei, veri hominis, in quo ſi quid à nobis delinquitur, non nobis, ſed Chriſto mandāti venit imputandū.

Papiſtæ non faciunt Deum.

10. Dicò

10. Dico ergo Sacerdotes noſtros miniſterio ſuo ſuo efficere, vt Deus & Chriſtus ſint ſub ſpeciebus panis & vini, ſed hoc non eſt Deum ipſum vel Chriſtum facere, aut producere, vt ſtupidè calumniamini. Quod patet à ſimili, in Actis enim cap. 8. Apoſtoli ponebant manus ſuper fideles, vnde in eos Spiritus ſanctus deſcendit: non tamen idcirco ipſum Spiritum in hominibus meritò conuincuntur creâſſe vel produxiſſe. Quid ſi & Caluiniſtam Romano-Catholicus quiſpiam in Eccleſiam Catholicam, quam nunquam ante intrauerit, introducat, an ideò Caluiniſtam is dicetur feciſſe aut produxiſſe? Sic Pater in Diuinis filium ſuum Deum, Conſubſtantialem atque æternum incarnauit & hominem fecit; non tamen idcirco filium ſuum fecit aut creauit, vt docuêre Ariani.

Sacerdotes miniſtri aliter efficiunt, vt Deus & Chriſtus ſint ſub ſpeciebus Sacramentalibus.

LX. QVARE,

De Communione ſub vna ſpecie.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Papiſtæ præter intentionem Chriſti, fidelem Populum laicum alterâ ſpecie calicis priuatis?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA Communio ſub vtraque ſpecie, non eſt iure Diuino præcepta, quinimò Chriſtus ſatis apertè ſignificat, vnam duntaxat ſpeciem ſufficere. Idem enim qui dixit; *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non &c.* Ioa. 6. 54. etiam dixit ibid. verſ. 50. *Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt ſi*

Luther. varius locis, maximè lib. de viſitatio. Saxon. Brent. in Apol. pro Confeſs. Vuitemberg. Calu. ſup §. 47. 48. 49. Kemnit. 2. part. Concil. Trid. ſeſſ. 21. Huſſitæ, Geuzæ, Reformati. Communio

Digitized by Google

vtriuſque ſpeciei non eſt iure Diuino præcepta.

quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Item verſ.52: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Hìc vnius tantùm fit mentio ſpeciei, cui, vt homo viuat, vſus neceſſitatem aſtringit.

2. Mirum verò eſſet, ſi vtriuſque ſpeciei ſumptionem mandaſſet Dominus ſub reatu peccati, huius mandati nullum extare veſtigium vel in Scriptur. vel in maiorum Traditione. Quinimò ex ea conſtat de contrario, quum non ſolùm Catholicæ communionis Epiſcopis Romam aduentantibus, & infirmis lecto affixis; verumetiã ab omnibus promiſcuè Chriſtianis, tempore perſecutionis, Sacrum Chriſti corpus ſub vna duntaxat ſpecie panis, non vini, vel obuiam vel domum mitteretur vel aſportaretur.

Romam venientibus Epiſcopis Euchariſtia obuiam mittitur.

3. Quæ proinde laica & peregrina Communio vocabatur: Laica inquam, quod Laicis liceret hãc ſpeciem domum referre: Peregrina verò, quod peregrinis in ſymbolum charitatis mitteretur. De quibus omnibus vide Tertull. lib.2. ad vxorem, Clem. Alexand. lib.1. Stromat. & Euſeb. lib.5. c.24. alioſque plures.

Communio laica & peregrina.

Eccleſia ergo non habens certam ſibi à Chriſto præſcriptam Regulam circa diſpenſationem Sacramenti Euchariſtici, legitimè potuit laicis præcipere communionem ſub vna ſpecie duntaxat: vbi enim à Deo non eſt præſcripta certa adminiſtrandi Sacramenti regula, poteſt Eccleſia certi quippiam, ad vitandam confuſionem, ordinare, vti patet ex D. Paulo 1. Corinth. 11.34. *Cætera quum venero, diſponam.*

RESPONDEO

RESPONDEO ET DICO II.

4. ECcleſia iuſtiſſimas, ſub vna ſpecie communionem, de facto indicendi, habuit cauſas. Primò, QVIA ſæpiſſimè magna tanto Sacramento inferebatur irreuerentia, dum in Communione ſenum, ægrorum, debilium, ruſticorum & aliorum qui commodè ex manu alterius bibere non poterant, ſanguinis guttulæ non paucæ crebro effunderentur. *Cauſæ indictæ communionis ſub vna ſpecie.*

Secundò, multi ſine nauſea nequeunt guſtare vinum, vt abſtemij; multi ex eodem vaſe horrent bibere cum alijs, vel alterius metuentes oris infectionem, vel ſaliuæ in calicem cōſpicati illapſum, vnde vel tales carebunt huius Sacramenti fructu, aut eum non niſi cum vomitus periculo accipiēt.

5. Tertiò in plurimis Regionibus non reperitur vinum, niſi aliunde illatum, ideoque valde carum, vt in Iaponia; vel cōtinuò acidum, vt in Noruergia, in quo ſtatu quid facient Eccleſiæ illæ? Certè rarò maximè pauperiores, poterunt communicare. *Vinum carū in Iaponia & acidum in Noruegia.*

Quartò, multa ſunt loca, in quibus vnus duntaxat eſt Sacerdos, vbi fieri non poterit vt cōmunio omnibus ſub vtraque ſpecie adminiſtretur, quum tantùm vini in tanta hominum frequentia, ſimul nequeat conſecrari. Ad quæ & ſimilia incommoda ac dura onera veriſimile eſt Chriſtum noluiſſe ſuos adigi fideles, quibus legum iugum promiſit ſuaue.

Obiectio I.

6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, &c.* Ioan. 6. 54. ergo vtraque ſpecies jure Diuino eſt neceſſaria.

Spongia.

Negatâ ſequelâ, dico Coniunctionem (ET) accipi non copulatiuè, ſed diſiunctiuè, quia negatio debet repeti, hoc ſenſu: Si neque manducaueritis carnem, neque biberitis &c. Sicut Act. 3. 6. *Argentum & aurum non eſt mihi*, id eſt, nec argentum, nec aurum. Alij tamen dicunt, Chriſtum non tam præcipere modum ſumendi, quam rem quæ ſumitur, ſiue per modum cibi, ſiue potus, nam totus Chriſtus ſecundùm Diuinitatem, carnem, ſanguinem, animam, ſub vna ſpecie, immò etiam minutiſſima quauis ſpeciei particula, continetur, vnde & totum ſuum effectum confert per vnam, & vnâ ſpecie tantùm continetur, quantum duabus.

Differentia refectionis corporalis & ſpiritalis.

7. Scio in corporea refectione alium eſſe effectum cibi qui tantum eſt cibus, & alium effectum potus qui tantùm eſt potus: Sed in rebus ſpiritualibus idem eſt potus animæ & cibus: Vnde in Scriptura Iuſtitia dicitur ſitiri & eſuriri. Cæterùm ſicut in rebus corporalibus, quædã ſimul cibi vim obtinent ac potus: Ita hic vnaquæq; ſpecies continet animæ cibum & potum.

Obiectio II.

Bibite ex eo omnes, mãdat Chriſtus, Matth. 26. 27. ergo vſus calicis omnibus eſt præceptus iure Diuino.

Spongia.

8. Non hic laicis, ſed Apoſtolis præſentibus loquitur Saluator, vnde Marcus 14. 23. *Biberunt ex illo omnes*, quibus etiam dedit præceptum hoc Sacramentum diſpenſandi generatim, ſiue ſub ſpecie panis, ſiue vini ſimul, non definitè, ſed prout Eccleſiæ, pro rata temporis ac ſtatus, iudicauerint expedire.

pedire. Vnde Papa abſolutè cum aliqua gente, in vſu calicis poteſt diſpenſare; quod tamen nō reor ipſum facturum, niſi fateantur eum abſolutè, iure Diuino, ad ſalutem, non eſſe neceſſarium. Sic ſanè Concil. Baſileen. ſeſſio 30. Communionem ſub vtraque ſpecie Bohemis conceſſit, cum ea tamen conditione, ſicut teſtatur Æneas Syluius Hiſtor. Bohem. cap. 52. vt crederent communionem laicam eſſe licitam, nec militare contra ius Diuinum.

Bohemis conceſſa vtriuſq́ ſpeciei Communio, & quomodo.

LXI. QVARE,

De Theophoria ſeu corporis Chriſti circumlatione, Germanicè *Godſdracht*.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ, inani ſolennis proceſſionis ſpectaculo, per vicos & plateas, circumferunt Euchariſtiæ Sacramentum, quum illud inſtitutum ſit ad edendum, non ad circumferendum?

Oecolampad. opuſ. contr. S. Sacrament. Hugonottæ & Geuzæ.

ROMANO-CATHOLICVS.

1\. RESPONDEO & *quæro* I. Cur ergo Huſſitæ confratres veſtri non in Chriſto, publicæ Proceſſionis ritu, Pragæ in Bohemia, adhuc hodie circumferunt braccam Ioannis Hus; quum & illa, non ſolennis Circumlationis cæremoniæ, ſed particulari hominum vſui, ad corpus contra aëris iniurias protegendum, ſit deputata?

Huſſitæ Proceſſionaliter circumferūt braccam Ioannis Hus.

RESPONDEO ET DICO II.

2\. SIcut Manna Iudæorum Typus vnicus SS. Euchariſtiæ, Iudæis Diuinitus datum fuit, vt

Manna Proceſſionaliter circūfertur.

vt eo in deſerto paſcerentur;& tamen reſeruatum ac 40.annis proceſſionaliter eſt circumlatum,placuitque Deo deuotio illa Iudæorum, vt latè infra: Non ſecus ipſum figuratum & Sacramentum, quamuis à Chriſto, ad manducandum ſit inſtitutum, licito tamen ſolennis Theophoriæ ritu, à presbyteris circumfertur, QVIA non minori honore veritatem,quam Typum proſequi debemus. Hoc maſtiça & benè ſapies.

3. Nota ſanè imprimis Exod.16.33.Hiſtoria. vbi iuſſu Dei,Aaron ſummus Sacerdos,cœleſtis Mannæ certam menſuram, Iudæis Gomor dictam, ſumit, aureo vaſi (quod vrnam auream D. Paulus Hebr.9.4.appellat) includit, eandemque vrnam auream, ad inſtar Ciborij, in Arca fœderis collocat, *ad ſeruandum in generationes filiorum Iſrael*; vnde ſubdit Script.ſup.Exod.16.35. *Poſuitq; illud Aaron in Tabernaculo reſeruandum.*

Pompa & ordo circumlati Manna.

4. Iam verò quam bello ordine,Pompâ & Proceſſionis ſolennitate, Iudæi ad terram Promiſſionis proficiſcentes, ſuum Manna Arcæ incluſum geſtauerint; dum itèr facerent, aut collocârint, dum caſtra figerent, fusè deſcribitur Num.10.11. vbi *de Tabernaculo fœderis, eleuata nube*, proficiſcuntur filij Iſrael per turmas ſuas de deſerto Sinai, verſ.13.*Moueruntq; caſtra primi;iuxta imperium Domini in manu Moyſi,filij Iuda per turmas ſuas, quorum Princeps erat Nahaſſon filius Aminadab.*Hos ordine ſequuntur Tribus Iſſachar, Zabulon, Ruben, Simeon, Gad, Ephraim,Manaſſe,Beniamin,Dan,Aſer, Nephtali; Inter quas omnes media erat Arca Domini cũ Manna quod erat SS. Sacramenti Euchariſtia expreſſa figura; Ita videlicet vt duabus aciebus præcedentibus, ſubſequeretur Clerus cum Arca &

Typico

Typico Sacramento: Clerum verò duæ aliæ acies ſequerentur, ſicque ante & retro muniebatur arca, ne qua vis inferri poſſet ab hoſte.

5. Cæterùm quum Deus per igneam columnam vel nubem, daret ſignum quieſcendi & caſtra figendi, eundem ordinem ſeruabant: Moyſe interim in depoſitione Arcæ, extenſis verus cœlum manibus, dicente Num.10.36. *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael.* Verùm quum eadem arca (in qua erat Manna) eleuaretur. *Surge* (inquit) *Domine & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua:* de quibus omnibus latiùs cõſule Andream Maſium Hebraicæ & Chaldaicæ linguarũ peritum, in cap.6. Ioſue. *Andr. Maſius*

6. Secundò eandem Arcam (in qua Manna) ad terram Promiſſionis allapſam, ſæpe de loco ad locum, magna cum reuerentia & ſolennitate fuiſſe tranſlatã, pleni ſunt Paralip. & Regum libri, præſertim lib.2. cap.6. vbi Dauid intelligens domum Obededom, propter præſentiam Arcæ benedictã à Deo, *adduxit Arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid, cum gaudio,* (ait textus ſup. verſ. 12.13.14. & 15.) *& erant cum Dauid ſeptem chori & victima vituli. Cumq; tranſcendiſſent qui portabant Arcam Domini, ſex paſſus, immolabant bouem, & Arietem, & Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominum: porrò Dauid erat accinctus Ephod lineo. Et Dauid & omnis domus Iſrael ducebant Arcam Teſtamenti Domini, in iubilo & clangore buccinæ.* E quibus cõcludo, ſi Dauidi propriæ deuotionis inſtinctu, ſepoſito iuſſu Diuino, abſque idololatriæ macula, licuerit circumferre Arcam, Manna cœleſte comprehendentem, eamque meram duntaxat figuram, tanto proſequi honore: Cur non idem nobis liceat in figurato, Sanctiſſimo ſcilicet

Crebra trãſlatio Mãnæ.

Dauid propria deuotionis inſtinctu ſaltat ante Arcam.

Corporis Chriſti Sacramento, dum illud ſolenni Theophoriæ ritu dignamur?

7. Tertiò ponamus non eſſe in hoc Sacramento Corpus verum Chriſti, at ſymbolicum duntaxat panem, qui ſit corporis figura, non tamen eius circumlatio Idololatriæ conuincetur ſubiacere, maximè ſi ad renouandā in nobis, nouiſſimæ Cœnæ & Charitatis Chriſti memoriam inſtituatur: neque enim idololatria eſt, in ſupplicationibus publicis præferre inſignia Crucis, ſicut primus hoc inſtituit D. Chryſoſt. in Eccleſ. Conſtantinopolitana, vt hoc medio Populus ad amorem Crucifixi accendatur, & quem ſequi, in quo gloriari, in quem oculos defixos habere debeat admoneatur: Quis enim, niſi Chriſtomaſtix quiſpiā Pſeudo Reformatus, id dixerit Idololatricum, quum celebri miraculo à Deo confirmatum aſſerat Niceph. lib. 17. cap. 15?

Abſque idololatria Crux in Proceſſion. circumfertur.

RESPONDEO ET DICO III.

8. NOn eſt inanis THEOPHORIÆ Ritus, vt nugaris: QVIA primò Chriſti corpus Proceſſionaliter circumfertur, ad hoſtes viſibiles vel arcendos vel in prælio ſubigendos.

Cauſæ inſtitutæ Theophoriæ.

Secundò, ad vincendos inuiſibiles.

Tertiò, ad impetranda, per corporis Chriſti præſentiam, beneficia corporalia & ſpiritalia.

Quartò, ad excitandum in hominum animis, memoriam Sanctiſſimæ Incarnationis & amaræ Chriſti mortis in gratiarū actionem amoris, quo Saluator & Sacramentum hoc inſtituit, & pro nobis mori dignatus eſt. Denique ob alios fines pios & honeſtos.

Vt non immeritò Euſeb. Cæſarien. lib. 5. cap. 24.

narret

Digitized by Google

narret primos illos Pontifices Romanos, Anicetum, Pium, Hyginium &c. pro more habuiſſe, vt Epiſcopis Catholicis, ex Aſia Romam aduentantibus, SS. Euchariſtiæ Sacramentum obuiam mitterent, in Symbolum pacis & concordis amoris. *a. laudab. Eccleſ. Rom.*

Obiectio I.

9. Chriſtus poteſt ſuis victoriam impertire, vrbes ſeruare, campis fertilitatem infundere &c. licet per vicos & plateas non circumferatur.

Spongia.

Si de abſoluta eius agas potentia, & indubie poteſt: ſi de ſuaui agendi modo & de facto, nego: Certum enim eſt plura beneficia, non niſi hoc medio & SS. corporis eius præſentiâ ad Pop. Chriſtianum transfundi. A ſimili de muris Hiericuntinis & Idolo Dagon, Ioſue 6. & 1. Reg. 5. quæ ſolo nutu potuit ſubuertere Deus: noluit tamen niſi in Arcæ circumlatæ præſentia. *Præſentia corporis Chriſti multa bona operatur.*

Obiectio II.

10. Sapit Idololatriam Gentilium, Theopheria Papiſtarum, quum ipſi in honorem Deorum, & Dearum, varias inſtituerint Proceſſiones & circũlationes, proinde tollenda veſtra.

Spongia.

Si quid ratiuncula iſta veſtra conuincat, ſequetur illicitum eſſe, & Aquæ in Baptiſmo & panis viniq́ue, in Caluiniſtica Cœna, vſum, quum Gentilibus nec ſuæ defuerint ablutiones, nec in honorem Cereris ac Bacchi inſtitutis Sacrificiis, panis viniq́ue oblationes. vide plura ſup. *Quæſt.* 45. Obiectio 1. vbi idem ferè excuſſimus argumẽtum, & quomodo Eccleſia Gentilium ritibus vtatur, diximus.

Corporis Chriſti Sacramento, dum illud ſolenni Theophoriæ ritu dignamur?

7. Tertiò ponamus non eſſe in hoc Sacramento Corpus verum Chriſti, at ſymbolicum duntaxat panem, qui ſit corporis figura, non tamen eius circumlatio Idololatriæ conuincetur ſubiacere, maximè ſi ad renouandã in nobis, nouiſſimæ Cœnæ & Charitatis Chriſti memoriam inſtituatur: neque enim idololatria eſt, in ſupplicationibus publicis præferre inſignia Crucis, ſicut primus hoc inſtituit D. Chryſoſt. in Eccleſ. Conſtantinopolitana, vt hoc medio Populus ad amorem Crucifixi accendatur, & quem ſequi, in quo gloriari, in quem oculos defixos habere debeat admoneatur: Quis enim, niſi Chriſtomaſtix quiſpiã Pſeudo Reformatus, id dixerit Idololatricum, quum celebri miraculo à Deo confirmatum aſſerat Niceph. lib. 17. cap. 15?

Abſque idololatria Crux in Proceſſion. circumfertur.

RESPONDEO ET DICO III.

8. NOn eſt inanis THEOPHORIÆ Ritus, vt nugaris: QVIA primò Chriſti corpus Proceſſionaliter circumfertur, ad hoſtes viſibiles vel arcendos vel in prælio ſubigendos.

Cauſæ inſtitutæ Theophoriæ.

Secundò, ad vincendos inuiſibiles.

Tertiò, ad impetranda, per corporis Chriſti præſentiam, beneficia corporalia & ſpiritalia.

Quartò, ad excitandum in hominum animis, memoriam Sanctiſſimæ Incarnationis & amaræ Chriſti mortis in gratiarũ actionem amoris, quo Saluator & Sacramentum hoc inſtituit, & pro nobis mori dignatus eſt. Denique ob alios fines pios & honeſtos.

Vt non immeritò Euſeb. Cæſarien. lib. 5. cap. 24.

Digitized by Google

narret primos illos Pontifices Romanos, Anicetum, Pium, Hyginium &c. pro more habuiſſe, vt Epiſcopis Catholicis, ex Aſia Romam aduentantibus, SS. Euchariſtiæ Sacramentum obuiam mitterent, in Symbolum pacis & concordis amoris. *Mos laudab. Eccleſiæ Rom.*

Obiectio I.

9. Chriſtus poteſt ſuis victoriam impertire, vrbes ſeruare, campis fertilitatem infundere &c. licet per vicos & plateas non circumferatur.

Spongia.

Si de abſoluta eius agas potentia, & indubie poteſt: ſi de ſuaui agendi modo & de facto, nego: Certum enim eſt plura beneficia, non niſi hoc medio & SS. corporis eius præſentiâ ad Pop. Chriſtianum transfundi. A ſimili de muris Hiericuntinis & Idolo Dagon, Ioſue 6. & 1. Reg. 5. quæ ſolo nutu potuit ſubuertere Deus: noluit tamen niſi in Arcæ circumlatæ præſentia. *Præſentia corporis Chriſti multa bona operatur.*

Obiectio II.

10. Sapit Idololatriam Gentilium, Theopheria Papiſtarum, quum ipſi in honorem Deorum, & Dearum, varias inſtituerint Proceſſiones & circũlationes, proinde tollenda veſtra.

Spongia.

Si quid ratiuncula iſta veſtra conuincat, ſequetur illicitum eſſe, & Aquæ in Baptiſmo & panis vinique, in Caluiniſtica Cœna, vſum, quum Gentilibus nec ſuæ defuerint ablutiones, nec in honorem Cereris ac Bacchi inſtitutis Sacrificiis, panis vinique oblationes. vide plura ſup. *Quæſt.* 45. Obiectio 1. vbi idem ferè excuſſimus argumẽtum, & quomodo Eccleſia Gentilium ritibus vtatur, diximus.

Digitized by Google

Obiectio III.

11. Indignum eſt vt Sacerdos Concubinarius, aut publicus peccator, tanquam alter Chriſtophorus, circumferat Chriſtum, ergo tollenda Theophoria.

Spongia.

Aſinus tulit Chriſtũ, cur non liceat id Sacerdoti.

Quæro ego, an non Frater tuus, Aſinus videlicet ex Bethphage, geſtauerit Chriſtum? An non Diabolus eum tulit in ciuitatem Sanctam, & ſtatuit ſupra pinnaculum Templi, denique tranſtulit in montem excelſum valde, Matth. 4. cap.? Sanè præſtantior eſt homo Aſino atque Diabolo.

Obiectio IV.

Chriſtus non eſt cæcus, non ergo illi opus eſt candelis & tædis, quas in Proceſſionibus vt videat, etiam in luce meridiana, Sacramento præfertis.

Spongia.

12. Reſpond. 1. Iudam Iſcarioten, Mariæ Magdalenæ vnctionem carpentem, mi Geuza, imitaris: licet verò ea abſolutè Chriſto non fuerit neceſſaria, multis tamen eandem ipſe commendat *Matth. 26.*

Reſpond. 2. quinimo & Vigilantij (aliàs Dormitantium hunc nominat Hieron.) ſpiritum contradictionis, videris imbibiſſe: Is enim moles cereorum, ſolę fulgente, in Eccleſiis accendi ſolitas irridebat, quaſi hoc pietatis officio Chriſtiani exiſtiment Martyres è tenebris vindicari, quorũ *Lucerna eſt Agnus*, Apocal. 21. 23.

Lumina in proceſsionib. ſignificant gaudium.

13. At quem præfatus Hieron. lib. contra Vigilantium, condigno ex ſibilans reſpõſo: *Tu vigilans* (inquit) *dormis, & dormiens ſcribis*, &c. *Per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt Euangelium, accendunt lumina-*

Digitized by Google

minaria,iam Sole rutilante,non vtique ad fugandas tenebras,ſed ad ſignum lætitiæ (quæ nobis poſt Euangeliū acceſſit) *demonſtrandum.* Sic D. Ioanni Chryſo. Patriarchæ Conſtantinopolitano, ab exilio incredibili totius ciuitatis applauſu,reuertenti, Populus Conſtantinop.in gaudij & reuerentiæ Symbolū, vniuerſus obuiam prodiit,cereos accenſos hab~, inquit Nicephor.li.13.ca.16. Sic victoribus ē prælio reuertentibus,ignes Triumphales etiam pleno die excitari ſolent.

Reſpond.3. Deus in veteri Teſtam.non cæcutiuit,& tamen plurimas lucernas,quæ ſemper in tabernaculo Teſtimonij lucerent, fieri mandauit. Exod.25.& 27.Item Leuit. 6.

Deus in veteri Teſtam. inſtituit lucernas.

Corollarium.

14 Ex prædictis omnibus ſequitur,Chriſti Domini Corpus,hoc eſt,Chriſtum Deum & hominem, in hoc SS.Euchariſtiæ Sacramento,cultu,qui dicitur λατρεία,eſſe adorandum,iuxta illud Deut.6.13. *Dominum Deum tuum adorabis.*

Chriſti corpus adorandū latriâ.

Quamobrem Regius Propheta, non obſcure in ſpiritu præuidens & prædicens,Chriſtianos,ſacræ Communionis tempore,venerabundos hanc Menſam Dominicam acceſſuros, & corpus Chriſti quod ſuſcipiunt,adoraturos, *Manducauerunt* (inquit) *& adorauerunt omnes pingues terræ,* Pſal.21.30.

Cæterùm Caluiniſtas hác Corporis Chriſti præſentiam non credentes, non eſt mirum Cœnam Dominicā,ſæpe ebrios, ac variis adulterij homicidij,rebellionis,ſeditionis, &c. piaculis prophanatos,frequentare,vt multis lamentis deteſtatur ipſemet Caluin. Comment.in c.11.1.ad Cor.§.30.

LXII.

LXII. QVARE.

De Sacrificio Miſſæ.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. lib. de abrogand. Miſſa. Cal. l. 4. Inſtit. c. 5. §. 7 & cap 12 § 2. 3. 4. 5 6. 7. 8. 9. 10. &c. cum Hugonott. Reformat. Sacramentarijs & Geuzis.

Quare Pontificij tanti faciunt idololatricam ſuam Miſſam, quum nuſquam in Script. fundetur aut legatur, Chriſtum vel Apoſtolos Miſſæ Sacrificium celebraſſe; nec mirum; quum Miſſare Papiſtarum, ſit Dæmonibus litare & S. Cœnam profanare?

ROMANO-CATHOLICVS.

Miſſa eſt verum Sacrificium.

I. RESPONDEO ET DICO: I. Peractio Miſſæ, eſt verum & proprium noui Teſtamenti Sacrificium, ſeu oblatio externa ſoli Deo cultu latriæ facta, quâ res aliqua ſenſibilis & permanens, à legitimo Miniſtro, ritu Myſtico conſecratur, & conſumitur, vel deſtruitur, ad teſtandum omnia bona nobis ab ipſo, velut primo principio prouenire, & ad eum, tanquam vltimum finem, eſſe referenda. Quæ omnia examuſſim conueniunt MISSÆ, in qua per Diuiniſſimã Sacerdotis conſecrationem, ſecundùm ordinem Melchiſedech, adeoque panis & vini Tranſubſtãtiationem, Deo Patri gratiſſima, in altari integrè ſiſtitur, Chriſti Dei & hominis victima, (olim in ara Crucis modo cruento pro nobis oblata) vt in Dei honorem myſticè deſtruatur.

Malachiæ vaticinium de Miſſæ Sacrificio.

2. Probatur primò QVIA Malach. 1. 11. vbi Deus & ipſos Iudæos, & eorum polluta reſpuens Sacrificia, præferens verò Euangelicæ Legis, certum Euchariſt. Sacrificium, *ab ortu* (inquit) *Solis vſque ad occaſum,*

Digitized by Google

occaſum, magnum eſt (id eſt, magnum erit ac glorificabitur, loquitur enim de tempore Euangelij) *nomen meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.*

Quæ verba de S. Miſſæ Sacrificio, in Eccleſia toto orbe ex Gentibus colligenda, nouiſſimis Meſſiæ temporibus, offerendo, omnes Patres exponunt: D. Iren. l. 4. c. 32. 33. 34. vetuſtiſſimus Doctor, & D. Policarpi (qui & ipſe nonnullos Apoſtolorum habuit Magiſtros) diſcipulus. Iuſtin. Dialo. cum Tripho. Cypr. lib. 1. contra Iudæos c. 16. Chryſoſt. in Pſalm. 95. D. Auguſt. de Ciuit. Dei l. 18. c. 35. & alij plurimi: quos vti erràſſe reſpondent Hæretici; ita homines fuiſſe excipiunt.

3. At quos ego, ſodes, num eorum Magiſtelli & S. Paginæ legirupiones, Lutherus, Caluinus, Oecolampadius, Carolſtadius, Pacimontanus, Rottemannus, Hauel mannus, Beza, &c. Angeli vel Diaboli fuerint, interrogare non vereor? Si negent, & homines concedant; ego reciprocè tales, & quidem tantos, à Deo illuminatos, Sanctos fidei orthodoxæ obſeruantes, in eandem doctrinā vniformi harmoniā conſpirantes, hoſce orbis Senatores, & Patres, nullo negotio reproducant.

Refutatio Haret. SS. Patres, quia homines fuerunt, abijcientium.

4. Sed agedum verba expendamus: Primò enim dictio (oblatio) Hebraicè *Mincha*, in Scriptura ſignificat certum genus Sacrificij, ex ſimila, oleo ac thure, vt patet Leuit. 2. 1. vnde bene repræſentat Euchariſtiam, quando enim Prophetæ loquuntur de rebus futuris quæ tunc non erant in vſu, ſolent eas exprimere per alias res tunc vſitatas, quæ aliqualem cum futuris habeāt analogiam: qualis hoc loco eſt *Mincha.*

Vox Hebraica Mincha quid

Secundò vocatur *Munda*, ſiue quæ malitiā Miniſtro-

Oblatio Munda, Quæ.

niſtrorũ pollui nõpoſſit; ſicut nõ erant vetera Sacrificia, etiam ſanguineæ ac corporali immunditiei obnoxia? Talis autem ſola eſt Euchariſtiæ oblatio, eò quod præcipuus offerens ſit ipſe Chriſtus,& ipſa res oblata,Dominicum corpus,ſit mũdiſſima,& nullo næuo coinquinata.

5. Per hanc verò oblationem,intelligere ſacrificium Orationis atque animi contriti, vti volunt Hæretici,peruersè hunc apertum Malachiæ textũ explicantes,friuolum eſt,quum & iſta oblatio, nõ omni loco ſit maculis carens præſertim dum etiã viris Sanctis orantibus irrepunt ſubinde puluerulentæ deuagationes, & iſtud Sacrificium non ſuccedat veteris Teſtamenti Sacrificiis,nam & ipſum tempore veteris Legis fuit; *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus,cor contritum & humiliatum,&c.* Pſal.50. 19.Et: *Dirigatur Domine oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo,&c.* Pſalm.140.

Orationis Sacrificiũ fuit etiam in veteri lege.

6.Secundò probatur ex nouo Teſtamento Hebr. 13.20. *Habemus altare,de quo edere non habent poteſtatẽ qui Tabernaculo deſeruiunt*; Vbi apertè dicitur in primitiua Apoſt.Eccleſia, eſſe altare, atque aliquos, Chriſtianos nimirum,de illo altari edere, non autem illos veteris Legis ſacerdotes, qui necdum conuerſi,in Iudaiſmo hærent, adhuc legalia exercentes.Quod ſi altare habemus, ergo &Sacrificiũ, quum illa duo ſic inter ſe referantur, vt nequeat eſſe altare,niſi propter Sacrificium, nec Sacrificiũ conſiſtere abſque altari.

Altare & Sacrificium ſunt relatiua

7. Tertia probatio deſumitur ex Patribus, quos apud varios eſt videre Doct.Theologos in 3.part. D.Tho.commentantes, quorum doctrinam vnanimem atque orthodoxam,malo preferre blaſphemo Paradoxo,in lunatico Caluini cerebello, nuper

Digitized by Google

per fabricato. Vnum duntaxat producam D. Aug. de tempor. ſerm. 251. qui etiã nominis Miſſæ memor; *Sunt*, inquit, *aliqui & maximè potentes iſtius Mũdi, qui quum veniunt ad Eccleſiam non ſunt deuoti ad laudes Dei celebrandas, ſed cogunt Presbyterum vt abbreuiet Miſſam, & ad eorum libitum cantet.* *D. Aug. meminit Miſſæ.*

8. Quartò idem ratio ſuadet: Si enim Eucharistiæ celebratio, nõ eſſet Sacrificium, Religio Chriſtiana nullum haberet propriè dictum Sacrificium: quod licet non grauatè admittant Hæretici, eſt tamen abſurdiſſimum, quia omnis Religio vera & falſa quouis tempore ad Dei cultum adhibuit Sacrificium, ſemper ſuos habuit Sacerdotes, ſemper altaria: vnde liquet hoc prouenire ex dictamine rationis naturalis, ſequiturque eſſe de iure Gentiũ vt Deus Sacrificio colatur: Atqui Chriſtiana eſt Religio perfectiſſima, proinde non debuit omni carere Sacrificio, quin potiùs omniũ habere perfectiſſimum. *Deum Sacrificio colendũ ratio naturalis dictat.*

Nec ſufficit cultus Religionis Chriſtianæ internus, quum enim non animo duntaxat conſtet homo, verumetiam corpore ſenſibili; externo quoq; ſupra internum, cultu, in vnam Religionem conſpirare nos oportet.

RESPONDEO ET DICO II.

6. CHriſtus celebrauit primum Miſſæ Sacrificium in vltima cœna. Probatur, QVIA Dominus primò ſeipſum obtulit in cœna ſub ſpecie panis & vini, idque ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus fieri mandauit, dicẽs: *Hoc facite in meã cõmemorationẽ*, Luc. 22. 19. ergo primus quoad eſſentialia, Miſſam celebrauit; cum tempore autem alij Ritus accidentales acceſſerunt. Antecedens eſt *Chriſtus celebrauit primam Miſſã.*

communis

Digitized by Google

communis ſententiæ Patrum, ſignanter D. Cypr. lib.2.Epi.3. *Nam quis magis Sacerdos Dei ſummi, quàm Dominus noſter* IESVS CHRISTVS, *qui Sacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem & vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem?* Sic D. Chryſoſt. homil. 83. in Matth. *Vt non turbarentur, priùs ſanguinem ſuum bibit.* Et D. Auguſt. in Pſalm. 33. concio. 2. *Ipſe de corpore & ſanguine ſuo Sacrificium inſtituit ſecundum ordinem Melchiſedech.*

Chriſtus primus ſuũ corpus & ſang. obtulit.

10. Patet hoc etiam ex verbis Inſtitutionis, Lucæ 22.19. *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur*, vel vt habet Apoſtolus, 1. Corinth. 11. 24. in Græco textu, *Quod pro vobis frangitur.* Item apud Matth. 26. 28. *Hic eſt enim ſanguis meus noui Teſtamenti qui pro multis effundetur* (Græcè eſt, *effunditur*) *in remiſſionem peccatorum.* Atqui illis verbis, *Datur, Frangitur, Effundetur,* non tantùm ſignificatur dari, frangi, Apoſtolis ad manducandum & bibẽdum, ſed dari, libari, effundiq; Deo in Sacrificium. Quod patet primò, quia non ait: Quod vobis datur aut frangitur, qui vobis effunditur; ſed *Pro vobis, &c.* Denique quia addit *Pro multis*, hoc eſt, omnibus, more Script. quum tamẽ ſoli ibi manducâuerint & biberint Apoſtoli.

Nota *Pro vobis datur, frãgitur, &c.*

11. Senſus ergo eſt: Pro vobis & multis datur ac libatur Deo in Sacrificium propitiatorium, in remiſſionem peccatorum. Denique non poteſt dici, hîc agi primariò de Sacrificio Crucis, quia Chriſti corpus non fuit fractum in crucis Sacrificio, ſed in Cæna ſub ſpecie panis. Similiter calix ſanguinis non fuit effuſus in Cruce, ſed in Cœna, id eſt, Deo oblatus, libatus, & ad Dei honorem, in ora diſcipulorum Chriſti, effuſus.

Si quis autem tenaciùs vrgere velit editionem Latinam

Digitized by Google

Latinam, *Effundetur*, temporis futuri: tranſeat, vtrumque eſt verum, nam idem calix qui effundebatur in Cœna, etiam in futuro, in omnibus Chriſtianorum Sacrificiis, vſque ad mundi finem erat effundendus.

RESPONDEO ET DICO III.

12. APoſtoli celebrârunt Miſſam. Patet ex dictis: Primò, QVIA mandatũ idem faciendi quod fecerat Chriſtus, ac proinde Miſſam celebrandi, acceperunt illis verbis: *Hoc facite in meam cõmemorationem.*

Apoſt celebrârunt Miſſam.

Secundò, Apoſtoli habuerunt Altaria, vt dictũ eſt in 2. probat. ſupr. Proinde ad ſacrificãdum; ſunt enim Correlatiua.

13. Tertiò, Act. 13. 2. dicitur *Miniſtrantibus autem illis Domino*, Pro quo in Græco eſt: λειτουργούντων, id eſt, Sacrificantibus, nam Miſſæ Sacrificium λειτουργία vocitatur: λειτουργία enim non quoduis miniſteriũ, ſed publicum, & quidem hîc, Deo exhibitum ſignificat, quale non eſt miniſterium verbi aut Sacramentorum, neque enim Deo concionamur, aut Sacramẽta damus, ſed Populo: Hic autem dicitur, *Miniſtrantibus illis Domino*: vnde Eraſmus, licèt Pſeudo Euangelicorum magnus amicus vertit: *Sacrificantibus illis Domino.*

Actor. 13. 2 λειτουργούντων, Sacrificantibus.

14. Quartò, Presbyteri & Diaconi Achaiæ, oculati & auriti teſtes Paſſionis D. Andreæ, referunt eum Ægeæ Proconſuli, in hæc verba reſpondiſſe: *Ego omnipotenti Deo qui vnus & verus eſt; immolo quotidie, non Taurorum carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum Agnũ in Altari; Cuius carnem poſteaquam omnis Pop. credentiũ manducauerit, Agnus qui Sacrificatus eſt, integer perſeuerat & viuus.* Huc accedit D. Dionyſ. D. Pauli

D. Andreas dicit ſe quotidie Agnum immortalem offerre.

X

Pauli diſcipulus, qui ritus Sacrificij Miſſæ, iuxta inſtitutionem Apoſtolorum vſurpatos, latiùs deſcribit Hierarch. Eccleſ. ca. 3. Sic Chryſoſt. homil. 69. ad Pop. eorundem decreto, aſcribit, oblationẽ Miſſæ pro defunctis.

RESPONDEO ET DICO IV.

Miſſa habet omnium Sacrificiorum perfectiones.

15. TAntum abeſt quod Miſſa ſit idololatria, vt etiam præcipuorum Sacrificiorum perfectiones in ſe contineat.

Miſſa eſt Holocauſtum

Primò enim eſt Holocauſtum, quod tantùm fit ad honorandum Deum, in cuius honorem, totum conſumitur, nec ad vlteriorem finem refertur; Eſt enim excellentiſſimus Dei cultus, quum nullâ re magis Deum poſſimus honorare, quàm dignâ huius Sacrificij oblatione, tum quia eſt omnium Dei donorum præſtantiſſimum, tum quia proteſtamur eum eſſe primum fõtem ſalutis noſtræ ſupernaturalis, & Myſteriorum noſtræ Redemptionis: tum denique quia hæc Oblatio, eſt actio Chriſti tanquam Sacerdotis principalis, à quo Patri eſt omnis homo.

Miſſa eſt Hoſtia Pacifica.

16. Secundò eſt Euchariſticum, aliàs Hoſtia pacifica, quia per illud Deo gratias agimus pro omnibus beneficiis à principio mundi collatis, ſed maximè Redemptionis.

Miſſa eſt Sacrif. Propitiatorium.

Tertiò eſt vere Propitiatorium ſeu expiatoriũ peccatorum, vt patuit ſupr. Dicto 2.

Miſſa eſt Sacrificium impetratorium.

Quartò eſt impetratorium aliorum Dei beneficiorum, etiam temporalium. Probatur, quia in veteri Lege erant talia Sacrificia. Deinde ſi per hoc ſacrificium poſſumus impetrare Remiſſionem peccatorum & Dei amicitiam; Cur non & alia beneficia ad ſalutem opportuna?

Obiectio

Obiectio I.

17. Chriſtus eſt Vnicus Sacerdos & quidem in æternum, ergo non ſunt alij Sacerdotes qui ei ſuccedãt, nec aliquod Sacrificium præterquam Crucis, illa enim Sacerdotum multiplicatio, vnitati Sacerdotij Chriſti repugnat, maximè quia in veteri Lege ideo erãt multi Sacerdotes, eò quod morte prohiberentur permanere, at Chriſtus manet in æternum.

Spongia.

18. Fateor, quia Chriſtus eſt Sacerdos in æternum, non habuit Sacerdotes Succeſſiores, vt bene D. Paulus Hebr. 7. concludit, neque enim in noua Lege ſunt plures Summi Sacerdotes ſucceſſiuè, ſicut in veteri Lege migrabat Sacerdotium ad alios ſucceſſione. Neceſſe tamen eſt vt habeat Vicarios, quia per ſe ſolum nõ amplius offert. vnde vt Sacerdos dici poſſit, per alios conuenit offerre: multitudo autem vicariorum non repugnat vnitati Sacerdotij Chriſti, quia eius Sacerdotium eſt Ordinis ſublimioris, fundatum in vnione Hypoſtatica. Noſtrum verò eſt multò inferius, & quidem per participationem, fundatum in Charactere. Ad eum ferè modum, quo ſub Rege multi ſunt Pro reges. *Chriſtus Summus Sacerdos habet ſub ſe vicarios.*

Obiectio II.

19. Sacrificium Crucis eſt efficaciæ infinitæ, ergo ſuperuacaneum eſt Miſſæ Papiſticæ Sacrificium, quod abrogârunt M. Lutherus & Andræas Carolſtadius.

Spongia.

Negatâ ſequelâ, dico, Et ſi ſacrificium Crucis ſit infinitum, tamen Euchariſticum ſingulis nobis *Miſſa applicat nobis aliqua portione Sacrificij Crucis infiniti.*

bis applicat portionẽ aliquam Sacrificij Crucis: illic pretium ſollutum eſt pro omnibus peccatis; hic nobis impetratur huius pretij applicatio. Aliàs etiam ſuperuacanea eſſent alia Sacramenta, Communio, Oratio, Fides, Baptiſmus, quum virtus Sacrificij Crucis ſit infinita. Hoc modo intellige D. Paulum ſup. quando ait Chriſtum, *vnicâ Crucis oblatione, genus humanum ſanctificâſſe in æternum*, videlicet ex parte ſua, & in præparatione Diuina, quia apud Deũ promeruit omnibus Remiſſionem peccatorum, Iuſtitiam & Beatitudinem, ita vt non requiratur alia oblatio, quâ nouum acquiratur Redemptionis pretium; Sed Crucis oblatio ita Deo grata fuit, vt propter eam paratus ſit omnibus hominibus dare Remiſſionem peccatorum, Iuſtitiam & vitam æternam. Saluo tamẽ eo, quòd virtus Crucis, per media à Chriſto inſtituta, nobis applicetur.

Quando verò Patres dicunt Chriſtum tantùm eſſe ſemel oblatum, de cruenta Crucis loquuntur oblatione.

LXIII. QVARE,

De Miſſis in honorem Sanctorum.

GEVZA REFORMATVS.

Kemnit. in Exam. Concil. Trid. ſeſſ. 22. Herbrãd. diſputat. contra Miſſam. & ſtupidi Genza.

Quomodo poteſtis vos Romanenſes ab idololatria ſaltem iſtas Miſſas excuſare, quas celebratis de Domina, de SS. Petro, Stephano, Ioanne, Laurentio; VVillibrordo, &c?

ROMA-

Digitized by Google

1. RESPONDEO nullo labore calumniam veſtram idololatricam exſibilamus, ô Geuzę, QVIA nunquam in Sacrificio ita colimus Sãctos, ac ſi illud ipſis offeramus mediatè vel immediatè: verum in ſacrificio hoc Euchariſtico, vni ſoli Deo à nobis, oblato, peculiarem memoriam Sanctorũ celebramus, adeoq; eos in huiuſmodi actione veneramur honore alterius generis, Dulia dicto, nõ Latria. *Nullo modo Sacrificamus Sanctis.* *In ſacrificio Miſſa agimus memoriam Sanctorum.*

2. Quamobrem nunquam Eccleſia, ſicut in Miſſa dicit: *Suſcipe Sancta Trinitas hanc oblationem*, &c. Item: *Offerrimus præclaræ Maieſtati tuæ*, &c. *Hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam*, &c. Item. *Sacrificium quod oculis tuæ Maieſtatis obtuli*, &c. Nunquam, inquam, dicit & offert; Suſcipe, offerimus tibi Dei para Virgo, S. Petre, S. Laurenti: Bene autem: *Communicantes & memoriam celebrantes in primis glorioſæ, ſemper Virginis Mariæ; ſed & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli*, &c.

3. Fit verò hoc duobus modis, nihil idololatricum, nihil prohibitum, nihil abſurdum ſonantibus: Primò, quando in Euchariſtiæ celebratione Sancti nominantur, cum honore illorum & gratiarum actione, pro gratia ipſis à Deo collata. Quod licitum eſſe manifeſtè patet, 1. ad Timoth. 2. 1. vbi Apoſtolus, interprete D. Chryſoſt. homil. 6. & D. Aug. Epiſt. 59. adeoque *vniuersâ penè Eccleſiâ*, (vt ibidem ait Aug.) iubet in celebratione huius Sacramenti, fieri *gratiarum actiones*, videlicet pro omnibus Dei beneficiis, qualis eſt gratia data Sanctis omnibus, *etiam Regibus & qui in ſublimitate ſunt*. *Honorantur Sancti, & in Miſſa fit gratiarum actio pro gratia ipſis à Deo collata.*

4. Secundò, quando iidem Sancti velut Interceſſores *In Sacrif.*

Miſſa Sancti publicè inuocantur.

ſores noſtri apud Deum, in hoc Sacrificij cultu, compellantur: Si enim id aliàs licet, vt latiùs conuicimus ſup. *Quare* 28. Cur non liceat in Euchariſtiæ Sacrificio, quum per eius inſtitutionem, nihil minùs quàm hoc, ſit prohibitum: Deinde ſi liceat à Circumſtantibus viuis, tum petere intercesſionem, vt fit per illa verba, ORATE FRATRES: cur non etiam à Sanctis? Qua de re vide Cyrill. Hieroſolymit. Catecheſ. 5. Myſtago. & Liturgias Baſil. ac Chryſoſt.

5. Non tamen *per* ipſum Sacrificium Euchariſticum, (vt pote quod non fit Sancto, at ſoli Deo) ſed in Sacrificio dicimus implorari Intercesſionem Sanctorum: & hoc eſt quod contra omnium ſæculorum futura improperia Hæretica, eruditè ac diſtinctè, olim Catholicus D. P. N. Auguſtinus l. 22. de Ciuitate c. 10. ſcripſit: *Nos Martyribus noſtris non* TEMPLA, *ſicut Diis, ſed* MEMORIAS, *ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt Spiritus, fabricamus. Neque ibi erigimus Altaria, in quibus Sacrificemus Martyribus; ſed vni* DEO *& Martyrum & noſtro, Sacrificium immolamus. Ad quod Sacrificium ſicut homines Dei, qui Mundum in eius confesſione vicerunt, ſuo loco & ordine numerantur, non tamen à Sacerdote qui ſignificat, inuocantur* (nimirum per ipſum Sacrificium, quaſi ipſis oblatum) *Deo quippe,* (ſubiungit ſtatim D. Auguſtinus *non ipſis Sacrificat.*

Nec templa nec altaria Sanctis fabricamus vt eis ſacrificemus.

LXIV.

Digitized by Google

LXIV. QVARE.
De Sacramento Confeſſionis peccatorum?

GEVZA REFORMATVS.

Quare Pontificij cogunt homines ad annuam ſecretorum peccatorum confeſſionem, quum nec ad eam obligentur, nec Presbyteri abſoluendi habeant poteſtatem?

Luther. art. 8. & 9 Kěnit. in Exam. Cō-cil. ſeſſio. 14. c. 5. & cano. 6. 7. & 8. Cal l. 3. Inſtit. c. 4. & reliqui omnes Reformati ac Geuze.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro cur Archirabbi veſter Cal. lib. de neceſſitat. Reformandi Eccleſiam, ita abominatur Confeſſionem auricularem, vt vocet eam *Conſcientiæ Torturam*, quum tolerabilius ſit, vni Presbytero tanquam Dei vicario, peccata omnia extremo Sacramenti ſigillo tegenti, confiteri, quàm in publicis Conuenticulis, fratres & ſorores Conſiſtorij veſtri, fornicatores vel adulteros denuntiari, vt vobis id poſitũ eſt in more? Scimus enim quoſdam veſtrum, hanc peccatorum publicationẽ ita malè habuiſſe, vt ſibi violẽtas maluerint iniicere manus, quàm talem expectare confuſionem.

Caluiniſtæ in ſuis Conſiſtoriis peccatorũ publicationẽ faciunt.

RESPONDEO ET DICO II.

2. CHriſtus immediatè dedit Apoſtolis & eorũ ſucceſſorib. Presbyteris, tanquã vicariis ſuis iuridicã abſoluendi peccata poteſtatẽ: vnde omniũ peccatorum mortalium quantumuis occultorum confeſſio, ad ſalutem neceſſaria concluditur iure Diuino, non ſtatuto humano (quicquid oblatret Confederatus veſter Eraſm. Rotterod.

 in cap.

in cap.18. Actor.) omnibus poſt Baptiſ.lapſis.

Probatur primò, QVIA Chriſtus diſcipulis poſt Reſurrectio.congregatis, dixit, Ioan.20.22. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta ſunt.* Quibus verbis cæleſtem abſoluendi poteſtatem Chriſtus Apoſtolis concedit; Ac non iis duntaxat, verum etiam (quia nouiſſimis Eccleſiæ temporibus prouideri debebat) omnibus eorum legitimis ſucceſſoribus, qui quoad hoc, ſunt Presbyteri.

Chriſtus abſoluendi à peccatis poteſtatem, dat Apoſtolis.

3. Iam ſic argumentor: Quilibet peccator in mortalem reatum lapſus poſt Baptiſm. tenetur Deo reconciliari, Luc. 13.3. *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis*: At peccata tandiu retinentur à Deo, quamdiu retinentur à Sacerdote, iuxta quod ait: *Quorum retinueritis, retenta ſunt*: Proinde quamdiu peccata retinentur à Sacerdote non remittuntur à Deo. Verùm tamdiu retinentur à Sacerdote, quandiu non abſoluuntur; non poſſunt autem abſolui, niſi per Cõfeſſionem particularem cognoſcantur, ergo peccator iure Diuino obligatur peccata ſua particulatim confiteri, vt remiſſionem conſequatur.

Sacerdotes ſunt Iudices peccatorum.

4. Deinde Sacerdos his verbis conſtituit Iudices in cauſis peccatorum, hi verò non poſſunt rectè iudicare, niſi cognitâ causâ, id eſt, cognitis peccatis, ergo pœnitens tenetur eis peccata ſua confiteri. vnde Tertull (lib. de Pœnitent.) Temporibus Apoſt. vicinus, dicit, *Exomologeſin à Domino eſſe inſtitutam.*

Quàm mendaces ſunt Geuzæ.

Probatur Secundò quia ſi Confeſſio iure humano à Papiſtis eſſet indicta, vt ſplendidè Geuzæ omnes mentiuntur, eius Præcepti origo, in aliquo ſaltem

tem Concil. Oecumenico vel Pontificum Decreto extaret, atqui hoc eſt falſum, nam fuit ante omne Concilium & Decretũ, vti patet ex Clement. Dionyſ. Tertull. alijſque Patribus Antiquiſſimis, qui huius Confeſſionis tanquàm à Domino inſtitutæ, faciunt mentionem, ergo non humano, ſed Diuino iure eſt introducta.

5. Probatur 3. quia Eccleſia nunquam auſa fuiſſet tantam rem, & à qua homines tantoperè abhorrent, præcipere, maximè, vt pudendas libidinis carnalis ſpecies aperirent, niſi ſeſe iure Diuino iudicaſſet ad hoc aſtringi: vnde nec Papa teneretur, quod eſt falſum, nam & is non minùs quàm alij, cõfiteri tenetur. Taceo quod Eccleſia nequeat merè occultorum peccatorum præcipere Confeſſionem, niſi à Domino ſit præcepta, quia non valet quicquã præcipere circa actus merè internos, ut eos homines faciant vel omittant, quippe de quibus non poteſt iudicare.

Etiam Papa debet peccata confiteri.

6. Vnde meritò à Dominico Soto in 4. ſentènt. diſt. 18. quæſt. 1. art. 2. ridentur Lutherani Nurembergenſes, qui dum auriculari Confeſſione reiectâ; aduerterent plurima ſcelera occulta, eaque priùs ignota, in ſuam Remp. irrepſiſſe, à glorioſiſſimo rei Chriſtianæ Protectore Carolo V. petierunt, vt ſuo ipſe eam decreto de nouo ſanciret: ridentur inquam, quum Cæſar non poſſet eos compellere ad criminum occultorum patefactionem, id quippe ſolius eſt Dei, crimina occulta intuentis & corda.

Lutherani Nurembergenſes ridentur à Dom. Soto.

Quid plura? An non inimici noſtri eiuſdem veritatis Orthodoxæ ſunt iudices? *Deus nulla* (ait Luther. in Reſolut. concluſ. 7.) *peccata remittit, niſi Sacerdotis præceſſerit abſolutio*: Quem ibidem Dei

Sacerdos vocatur à Luthero, Dei Vicarius.

X VICA-

VICARIVM vocat.

Obiectio I.

Sacerdos vocatur à Luthero, Dei Vicarius.

7. Chriſtus, Ioan. 20. non dat Sacerdotibus poteſtatem remittendi peccata, ſed tantùm, miniſterium annũtiandi eſſe remiſſa ijs qui credunt, non credentibus autem, retentionem peccatorum & iram æternam.

Spongia.

Chriſtus non dedit poteſtatem annuntiandi peccata eſſe remiſſa.

Lubens quod aſſeris, nego Aſſumptum, quia apud Matth. eandẽ poteſtatem Chriſtus promittens, *Tibi*, inquit, *dabo claues Regni cœlorum*, ca. 16. 19. Iam verò claues non ſolent dari ad ſignificandũ oſtium eſſe clauſum vel apertum, ſed ad reipsâ aperiendum vel claudendum. Item in ſignum poteſtatis, dantur Magiſtratibus & œconomo, claues Ciuitatis vel domus.

Obiectio II.

8. Maria Magdalena & D. Petrus abſque confeſſione, remiſſionem peccatorum ſunt conſecuti; cur non & nos?

Spongia.

Chriſtus vt excellens Miniſter non erat alligatus Sacramentis.

Hola Geuza, ratio eſt diſpar, quia tum temporis Confeſſio necdum erat inſtituta, verùm paulò ante Aſcenſionem, quum diceret: *Quorum remiſeritis, &c.* Deinde Chriſtus vt excellens Miniſter, effectum Sacramenti abſque Sacramento (cui non erat alligatus) poterat conferre.

Digitized by Google

LXV. QVARE,

De Satisfactione Sacramentali.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Deo, gratis omnem culpam & pœnam, ob Chriſti merita, ignoſcente, Papiſta imponunt pœnitentibus impoſſibiles Satisfactiones, quas vehementer odit Rabbi noſter Martin. Lutherus.

Luther. art. 5 apud Roffenſ. Calu. lib. 3. Inſtit. cap. 4. §. 25. & cap. 16 §. 4 Hugonotta, & Geuzis.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA Remiſſâ culpâ & pœnâ æternâ, ſæpe in iuſtificatis remanet reatus pœnæ temporalis, in hac vel futura vitâ, luendæ. Patet hoc apertè in Dauide lib. 2. Reg. cap. 12. verſ. 13. 14. & 15. Qui quum pœnitens delicti dixiſſet; *Peccaui*, reſpondiſſetque Nathan: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum*, id eſt, donauit, quoad culpam & mortem æternam; tamen eum puniuit morte filij temporali.

Remiſſâ culpâ & pœnâ æternâ, ſæpè remanet pœna temporalis.

2. Nec Dominus ait: Caueas in futurum; ſed: *Quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur:* apertè innuens, id fieri in vindictam præteriti peccati. Sanè inter homines, etſi quis alteri inimicitiam condonet, non tamen ſatisfactionem remittit. Item, QVIA nimis magna peccandi daretur anſa, ſi nulla exigeretur pœna, quum plus, pœnarum metus, quàm odium peccati, homines reuocet à ſceleribus: vnde patet non omnem prorſus pœnam gratis à Deo remitti.

RESPONDEO

RESPONDEO ET DICO II.

Iuſtificati cõdignè poſſunt ſatisfacere pro pœnis temporal.

3. PRo pœnis temporalibus remiſsâ culpâ remanentibus, Iuſtificati propriè & ex condigno, per opera Pœnalia, vt ieiunium, eleemoſy. orationem, caſtigationes corporales, &c. poſſunt ſatisfacere: vnde Quæſtio tua præſupponit falſum: & Probo primò inſtructione monitoriâ D. Ioannis Baptiſtæ, Lucæ 3.8. *Facite ergo fructus dignos Pœnitentiæ*, id eſt, ea opera quæ decent illum qui pœnitentiam profitetur, qui non tantùm ceſſat ab iniurijs, ſed etiam dolet, punit, ac puniendo, eas prout poteſt, compenſat.

4. Secundò verbis Daniel.4.cap.24. *Peccata tua eleemoſynis redime*, quibus Propheta hortatur Nabuchodonoſor Regem, vt per crebras eleemoſynas, ſe primò ad reconciliationem diſponat, quâ obtentâ, pœnam ex condigno redimat. Quod verbum, *Redemptionis*, non minùs ſignificat æqualitatem & pertinet ad Iuſtitiam, quàm *Satisfactio*. Immò ægriùs ſcio Geuzas ferre ſi dicamus nos aliqua ex parte eſſe noſtri Redemptores, quàm, ſi ſatisfactores.

Nos ex parte ſumus noſtri Redemptores.

E quibus patet, in Script. (ad quos ſemper prouocatis) ſufficienter haberi nomen Satisfactionis, vel certè, eo efficacius & ſignificantius, videlicet, *Redemptionis*.

5. Tertiò, Iuſtificati ex condigno poſſunt mereri vitam æternam, vt poſteà latiùs, & nunc ſuppono ex Matth.20.8. *Voca operarios, & redde illis mercedem:* Vbi Nota nomen operari, mercedem, pactũ, & denarium, qui iuxta expoſitionem Patrum, deſignat vitam æternã; cur non etiam remiſſionem pœnæ temporalis, quo minùs eſt priore?

Non

Non miror autem veſtrum M. Lutherum, ſatisfactiones & opera pœnalia, angue peius odiſſe: quippe qui totus, ad aures vſque, carnis cœno immerſus, omnem aſperitatem & ſpiritale mentis pabulum, ad inſtar veneni ſolet execrari; vnde hoc menſale Canticum eius dimanauit: *Ego Mart. Lutherus, vix vllam conſolationem ex morte & Reſurrectione Chriſti capere poſſum; bonis autem corporalibus, vt, edere & bibere, optimè poſſum.* **Canticum menſale M. Lutheri.**

RESPONDEO ET DICO III.

6. POſſunt & debent Sacerdotes Pœnitentibus iniungere opera laborioſa: Quod ſatis patet Matth. 18. 18. *Quæcumq; alligaueritis ſuper terrã, erunt ligata & in cœlo.* Vbi dãtur Sacerdotib. claues, non tantùm ad ſoluendum, ſed etiam ligandum, & ita ſicut à culpa pœnitentes abſoluunt, remittentes culpam & pœnam æternam: etiam poſſunt ac debent eos ad certa pœnitentiæ opera alligare, retinentes peccata quoad pœnam temporalem; quod faciunt, dum Pœnitenti mulctã imponunt, ipſi non impoſſibilem factu, vt antè dixi. **Sacerdotes Pœnitentibus debent imponere Pœnitentias.**

Obiectio I.

Impietas Impij non nocebit ei in quacumq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua, Ezechiel. 33. 12. Atqui multum noceret ei, ſi obtentâ reconciliatione, adhuc deberet ſatisfacere, ergo.

Spongia.

7. Admitto: non nocebit iuſto impietas, quoad pœnam æternam, punietur interim pœnâ temporali, idque vt tollatur quædam inæqualitas, inter Deum & peccatorem relicta, donec ſatisfactio ſit peracta: verùm hanc non odit Deus vt culpam, ſed vt culpæ effectum & quandam inordinationem,

nem, Iuſtitiæ ipſius non conſentaneam: poſtulat enim perfecta iuſtitia, vt omnis inæqualitas creaturæ ad ipſum, redigatur ad exactam æqualitatem & ordinem. Simili ferè modo intelligenda ſunt alia Scripturę loca, vbi dicitur Deum omnia *peccata poſt dorſum proijcere*, Eſaiæ 38. 17. Item delere inſtar nubis, demergere in profundum maris, obliuiſci, &c.

8 Quia videlicet eos quibus amicitiam reſtituit, ita reſpicit quoad culpam & pœnam æternã; ac ſi nunquam de facto peccaſſent, licèt eos temporaliter puniat aut velit, vt ipſi ſe puniant, vti patet ex alijs Scripturis.

Obiectio II.

Iniunctio Sacramentalis ſatisfactionis, cedit in iniuriam ſatisfactionis infinitæ Chriſti, quaſi ea non fuerit pleniſſima, ergo hìc errant Papiſtæ.

Spongia.

Satisfactio noſtra commendat ſatisfactionem Chriſti.

9. Tantùm abeſt quod Satisfactio noſtrâ cedat in præiudicium Satisfactionis atque honoris Chriſti, vt etiam maximè eam commendet, quippe quam non infiniti duntaxat pretij, pro nobis prædicamus oblatã: verumetiam virtutem (ſubordinatam tamen) alijs merendi dicimus impertiuiſſe: Sicut in honorem Dei Creatoris cedit, quod non tantùm ipſe omnia eminentiori modo operetur, ſed quod etiam creaturis ipſis virtutem dederit operandi.

Per noſtram ſatisfactionẽ applicamus nobis Chriſti ſatisfactionẽ.

10. Deinde licèt Chriſtus pro nobis pleniſſimè ſatisfecerit, illa tamen ſatisfactio Saluatoris tanquam ſufficiens pretium & theſaurus, debet medijs à Deo inſtitutis, nobis applicari, ſicut Baptiſmo applicatur ad Remiſſionem peccati Originalis

lis & aliorum antè commiſſorum; Euchariſtiâ, ad gratiæ augmentum; Confeſſione ad Remiſſione omnium peccatorum (quoad culpam & pœnam æternam) poſt Baptiſmum commiſſorum. Denique operibus laborioſis, vt ieiunio, eleemoſynâ, cilicio, oratione, &c. ad remiſſionem pœnæ temporalis; Quæ licèt in iuſtis per ſe fiant ſatisfactoria & meritoria, tamen applicant etiam Chriſti ſatisfactionem, quò videlicet ſatisfactio noſtra ſit perfectior, nam per Chriſti ſatisfactionem, ſatisfacimus ex plena iuſtitia; per noſtram autem, ex iuſtitia imperfecta.

LXVI. QVARE,

De Indulgentijs.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Populo proponitis Indulgentias, impiiſſimas ſceleratiſſimorum Pontificum fraudes, *viuis & defunctis inutiles, dum Pontifices iſti*, plumbo & Membranæ, gratiam IESV CHRISTI includunt?

Luther. art. 18. Cal. lib. 3. Inſtit. cap. 5. §. 5. Kemnit. in exam. ſeſſ. 25. Concil. Trident. & Geuzij ſectarij omnes.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPOND. ET DICO I. QVIA in Eccleſia eſt poteſtas conferendi Indulgentias, ſiue condonandi pœnas peccatorum extra Sacramentum: *Indulgentia enim apud* Theologos, *Eſt remiſſio pœnæ temporariæ Deo debitæ, extra Sacramentum facta, per applicationem earum ſatisfactionũ, quæ in communi Eccleſiæ Theſauro continentur.*

In Eccleſia eſt poteſtas conferendi Indulgentias.

2. Ecquid enim aliud ſonant præfata verba, Ioa. 20. 22. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur, &c.* Hic enim Dominus dat Prælatis Eccleſiæ, poteſtatem

teſtatem remittendi peccata,vt ſup.atqui nomine remiſſionis peccatorum in Script. non tantùm ſignificatur remiſſio culpæ, ſed etiam pœnæ, vt Pſalm.50.4. *Ampliùs laua me,* ſcilicet quoad pœnam. Item Num.14.21. *Dimiſi iuxta verbum tuum, &c.* Immò non minùs propriè dicitur alicui remitti peccatum, quando remittitur pœna, quàm quando culpa; ergo Deus hic dat poteſtatem remittendi pœnam temporalem, etiam extra Sacramentum, quum enim poteſtas ligandi non aſtringatur Sacramento, certè nec ſoluendi.

3. Idem ſanè cõfirmat factum D. Pauli erga fornicarium Corinthium 2.Corinth.2.10. *Cui aliquid donaſtis,* inquit, *& ego; nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti.* Vbi Paulus dicit ſe pœnam iniunctam inceſtuoſo donâſſe, ne maiori triſtitiâ abſorberetur, nam per donationem, intelligit remiſſionem pœnæ pro peccato iniunctæ, vt notant SS. Patres Ambroſ. Theophil. Oecumen. & alij in iſtum locum. Ratam verò eandem fuiſſe donationem, non tantùm apud Eccleſiam, ſed etiam apud Deum, patet, quia in perſona Chriſti, id eſt, auctoritate Chriſti, & velut Chriſti Vicarium, ſe ait donâſſe.

4. Ex quo ſequitur, Indulgentiarum vſum, non à quingentis duntaxat annis exortum; verùm & à temporibus Apoſtolorum fuiſſe frequentatum, licet propter populi feruentiorem, ad vindicanda peccata, promptitudinem, primis ſæculis parcior fuerit quàm à quingentis annis: Vtut eſt, conſultiùs eſt hunc diuturnum Eccleſiæ Cathol. vſum, Lutheri, Calu. & Kemnitij delirijs præferre,

Quare Indulgentiæ olim fuerunt parciores.

RESPON-

RESPONDEO ET DICO II.

5. INdulgentiæ non ſunt Pontificum fraudes, ſed vtiles ſunt viuis & defunctis. Viuis, quia incredibiliter cõducunt ad bonam Eccleſiæ gubernationem, atque ad Populum excitandum, ad pietatem erga Deum, amorem verò erga Eccleſiæ Prælatos. Ea enim fuit Chriſtianorum à multis ſæculis conditio, vt antiquorum Canonum rigorem ægrè potuerint ferre, vnde mitiori modo eorum oportuit conſulere ſaluti, videlicet per Indulgentias, Iubilæum, &c. In quorum cõceſſionibus mirum elapſis annis, vidimus Populi Belgici, erga Deum & Eccleſiæ Prælatos, ſtudium, feruorem, atque obſeruantiam Religioſam. *Vtilitas Indulgentiarũ.*

6. Defunctis etiam, non tamen Beatis vel damnatis, ſed ANIMABVS PVRGATORII, Indulgentiæ proſunt: quum enim preces Eccleſiæ & alia pia opera proſint defunctis, 2. Machab. 12. 46. *Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur:* cur non iiſdem proſint ſatisfactiones Chriſti & Sanctorum, ſi per Eccleſiam illis applicentur? Sunt enim membra Eccleſiæ quæ eſt in terris, fide, ſpe, & charitate ei coniuncta, proinde ab ea poſſunt adiuuari. *Animabus Purgatorij proſunt indulgentia.*

7. Ideò enim eſt bonorum communio in Eccleſia, quia fideles ſunt inuicem membra, & membrum pro membro ſollicitum eſt atque laborat, maximè Pontifex Romanus, penes quem velut Cœli clauigerum, eſt ſumma diſpoſitio Theſauri Eccleſiæ, ſeu ſatisfactionũ Chriſti & Sanctorum, qui nunquam poteſt exhauriri, tum propter ſatisfactiones & merita Chriſti ſuperantia omnium hominum malitiam, quum in ratione merendi & *Papa eſt cœli clauiger.*

Digitized by Google

ſatisfaciẽ ſi ex ſe ſint infinitæ efficaciæ, tũ propter ſatisfactiones Sanctorum, quæ licèt ſingulæ, non tamen omnes poſſunt exhauriri, quia ſemper nouæ ſatisfactiones in illum Theſaurum conferuntur.

8\. Huius autem Theſauri certa pars conceditur defunctis, non per modum Abſolutionis, quum in tales animas, nullã Eccleſia habeat iuriſdictionem: dictum enim eſt, *Quodcunq; ſolueris ſuper terrã*, Matth. 16. 19. (nempè reſpectu viuentium) ſed per modum ſolutionis, compenſationis, ſiue ſuffragij, inquantum aliena ſatisfactio ijs applicatur, velut ſuffragium ſeu bonum opus, quo ipſis poſſimus eſſe auxilio, & hoc ex condigno certaque Lege, iuxta quam Deus ſemper acceptat.

Indulgentiæ proſunt defunctis per modum ſolutionis.

Obiectio vulgaris Hæretic.

Numquid Paulus Crucifixus eſt pro vobis, 1. ad Corinth. 1. 13? ergo ſolus Chriſtus, non Paulus, non Apoſtoli, non Martyres, non vlli Sancti, debitum peccatorum noſtrorum ſoluerunt. Vbi iam indulgentiarum figmenta?

Spongia.

9\. Solus Chriſtus vt cumulatiſſimus Redemptor, non Paulus, pro nobis eſt crucifixus & ſatisfecit, tamen ea Chriſti ſatisfactio, ſuum etiam piorum ſatisfactioni relinquit locum, ſiue pro ſe, ſiue pro alijs: non propter inſufficientiam Crucifixionis, ſed vt per noſtram ſatisfactionem, tanquam per medium quodã ſatisfactionis Chriſti, fructus nobis applicetur. Sicut Chriſtus etiam pro nobis cumulatiſſimè tanquam Redemptor orauit, nobis tamen inſuper venit orandum, vt fructum orationis illius obtineamus.

Per noſtram ſatisfactionẽ Chriſti ſatisfactio nobis applicatur.

10\. Quomodo verò, pro fundamento Indulgentiarum,

tiarum, Chriſti ſatisfactio, aliorum ſatisfactioni reliquerit locum, ipſemet D. Paulus clarè dicit, Coloſſenſibus ſcribens, 1. ad Coloſſ. 1. 24. *Nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt Paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia.* Quibus verbis non tantùm vult Paſſiones & vincula ſua Eccleſiæ prodeſſe ad fidei ædificationem, quum ſine illius & Apoſtolorum laboribus, Euangelium non innotuiſſet Orbi (hoc enim deerat Paſſionibus Chriſti) verumetiam vt ſeruire poſſent membris Eccleſiæ, ad ſatisfactionem, ſeu ſolutionem pro pœnis peccato debitis, tanquam media quædam quibus Chriſti ſatisfactio applicaretur. Vnde dicit ſe *adimplere quod deeſt* (hoc eſt, quod opere adimplendum reſtat) paſſionum in membris Chriſti, præter paſſionem quàm in ſe ipſo pertulit Chriſtus.

Falſum denique eſt nos plumbo & membranæ includere gratiam Chriſti, vti nugantur butubatæ Geuzæ.

LXVII. QVARE.

De Purgatorio Animarum.

GEVZA REFORMATVS.

Quare & quo fundamento aſtruunt Romanenſes, eſſe aliquem Purgatorij locum, quum non ſit notus in Scriptur. illius Architectus, *& iampridem eius ignem extinxerit ſanguis & aqua Chriſti?*

Vvicleff. Hus, Caluin. lib. 3. Inſtit. cap. 5. §. 6 Kemnit. in Exam. ſeſſ. 25. Concil. Trid. Geuza, & omnes huius ſæculi ſectarij. Lutherus ad-

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO & quæro I. cur vos Geuzæ à Proaui veſtri Mart. Lutheri receditis do-

 ctrina,

mittit eſſe Purgatoriū.

ctrina, dum is PVRGATORIVM eſſe in Scriptur. demonſtratione admittens; *Ego* (inquit, in diſputatio. Lypſica) *qui credo fortiter, immo auſim dicere, ſcio Purgatorium eſſe, facilè perſuadeor in Scriptur. de eo fieri mentionem; Nolo mihi ſuſpicionem fieri, quod faueam Hæreticis aut Bohemis. Ego nihil de Purgatorio noui, niſi animas ibi pati, noſtris operibus & orationibus iuuãdas:* & artic. 37. à Leo 10. damnat. *Ego & credo Purgatorium eſſe, & conſulo ſuadeoq́ credendum, ſed neminem volo cogi?*

Quanti momenti res, perpetua Eccleſiæ Traditio.

2. Quare potiùs Caluino & Kemnitio ſup. pertinaciſſimè contra agnitam veritatem, Purgatorium negantibus, & triduanis duntaxat Theol. Magiſtellis, adiecero fidem, quam perpetuæ Eccleſiæ Traditioni, quæ, licèt nullum circa Purgatorij Aſſertionem, S. Script. extaret Teſtimoniũ, ſola tamen abundè hac in re ſufficere deberet, vel ipſo teſte D.P.N. Catholico Auguſtino, de cura pro mortuis, cap. 11. *Et ſi numquam in Script. veteribus* (ait) *omnino hoc legeretur, non parua eſt, vniuerſa Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, auctoritas?* Cuius etiam Eccleſiæ auctoritatem, quum aliquid ipſa per vniuerſum orbem vſurpat, contemnere vel in dubiũ diſputando reuocare, *Inſolentiſſimæ eſſe inſaniæ*, idem docet Epiſt. 118.

Cal. teſtimonium dicit contra ſe.

3. An non conſimili argumento neceſſitatem Impoſitionis manuum in Miniſtrorum Miſſione concludit Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 3. §. 16. dicens: *Licet autem nullum extet certum præceptũ de manuum Impoſitione; quia tamen fuiſſe in perpetuo vſu Apoſtolis videmus illa tam accurata eorum obſeruatio, præcepti vice nobis eſſe debet?*

Iam verò ipſam Eccleſiam ſemper & Purgatorium crediđiſſe, & pro Defunctis orare conſueuiſſe, patet ex omnibus Eccleſiarum Liturgijs, Clem. D. Iacob.

Digitized by Google

D.Iacob.Baſil.Chryſoſt.Ambroſ.Æthiopum, &c. Idem conſtantiſſimè docent Patres Græci pariter & Latini, quos in arenam contra Geuzas adducit Garetius lib.de oratio pro Defunct. Quorum nomine, vnus procedat D.P.N. Catholicus Auguſt. lib.2. de Geneſ. cap.20. *Qui agrum non coluerit.&c. habebit poſt hanc vitam, vel ignem PVRGATIONIS, vel pœnam æternam.*

4. Dicere autem quod ſtupidi reſpondent Pſeudo-Theologi Eccleſiæ prætensè Reformatæ, Eccleſiam & Patres omnes in hoc dogmate errâſſe, inſolentiſſima eſt inſania. Quomodo enim tamdiu error ille in Eccleſia potuit eſſe, quæ eſt columna & fundamentũ veritatis, 1.ad Timoth.3.15. Et, *contra quam portæ inferi prævalere non poſſunt*, Matt. 16.18? Iam verò, illorum ſententiâ, portæ Inferorum, à multis ſæculis contra eam præualuiſſent.

RESPONDEO ET DICO II.

QVIA notiſſimus & non obſcurè abſconditus eſt in Script. Purgatorij locus ſubterraneus, in quo animæ Iuſtorum, quæ in hac vita plenè nõ fuerunt à peccatis expiatæ, purgantur: quod clarè conuincitur ijſdem Teſtimonijs, quibus aſſeritur animas Defunctorum poſſe vel debere Sacrificijs & orationibus iuuari. *Clarè in Script. perhibetur eſſe Purgatoriũ.*

5. Primò, Iudas Machabæus, 2.Machab.12.43. pro militibus ſuis, qui contra Legis præceptum, Idolorum donarijs acceptis, in prælio occubuerant, *Duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam, offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium, benè & Religioſè, de Reſurrectione cogitans.* Deinde in fine additur verſ.46. *Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.* Ex quo manife-

ſtè colligitur aliquorum animas poſt mortem, peccatorum aliquo reatu impediri & obſtrictas teneri, donec Diuinæ Iuſtitiæ fiat ſatis, vel per illarum pœnas, vel viuorum ſuffragia, vſque dum à peccatis ſoluantur.

6. Vnde vt blaſphemum Paradoxon, hunc Caluini proſcribimus articulum lib. 3. Inſtit. c. 5. §. 10. *Quum ergo mihi obijciunt Aduerſarij: ante mille & 300. annos, vſu receptum fuiſſe vt precationes fierent pro Defunctis eos viciſſim interrogo; Quo Dei verbo, quâ reuelatione quo exemplo factum ſit, &c?* & infrà: *Quicquid de hac re legitur apud veteres, publico mori & vulgi imperitiæ fuiſſe datum.* ABREPTI ETIAM IPSI, FATEOR IN ERROREM FVERVNT.

Calu. turpiter errans, dicit omnes Patres erraſſe.

Tu verò in clariſſima Scriptur. Luce cæcutis, & in ſtolidum errorem abriperis Sodomitice Caluine.

Secundò probatur, QVIA Chriſtus, Matth. 12. 32. loquens de peccato in Spiritum ſanctum, ait: *Non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro* vnde euidenter ſequitur (niſi orationem Domini velimus facere ineptiſſimam) eſſe aliquod peccatum quod remittatur in futuro ſæculo, vt benè concludens D. Gregor. lib. 4 Dialog. cap. 39. *In hac ſententia,* inquit, *datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſæculo: quaſdam vero in futuro poſſe laxari.* Vt enim qui Litem habenti in Conſilio Flandriæ, diceret: hãc tu cauſam, neque in hoc Tribunali, neque in Tribunali Parlamenti Mechlinienſis obtinebis, ſignificaret aliquando ſolere tales cauſas etiam in Parlamento Melchinienſi obtineri atque agitari; Ita & hic.

Simile.

7. Tertiò, quia Apoſt. 1. ad Cor. 3. 12. 13. 14. & 15. dicit eos qui *ſuper fundamentum* id eſt, fidem Chri-

ſti per

ſti per dilectionem operantem) *ædificant ligna, fœnum, ſtipulam*, (id eſt, leuiora peccata) *ſaluos quidem fore, ſic tamen quaſi per ignem.*

Quid ſit ædificare ligna ſtipulas, &c.

Quem locum omnes ferè Patres intelligunt de Purgatorij igne. Nec Particula, *Quaſi*, ſignificat Metaphoræ ſimilitudinem, aut minuit rei veritatem, ſed potiùs illam auget, vti patet in ſimili: *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*, Ioan. 1. 14.

8. Ratio idem conuincit, etiam ſecundum principia Cerebelli Caluiniani: Quia niſi detur Purgatorij locus, nullus poterit intrare in cœlum: Patet ſequela, quia ſecundùm Calu. lib. 4. Inſtit. c. 15. §. 10. & 11. *Peccati peruerſitas & macula nunquam in nobis ceſſat, ita vt quãdiu ibi hoc carcere corporis noſtri clauſi degemus, habitatura ſint in nobis reliquiæ peccatorũ*; quas ibidem vocat opera carnis: Ex alio verò capite Purgatorij locum tollit, ergo nemo purus homo poterit intrare cœlum, quum nihil maculoſum eò ſit intraturum; iuxta illud Apocal. 21. 27. *Non intrabit in eam aliquod coinquinatum.*

Calu. vult in nobis hic ſemper eſſe opera Carnis.

9. Dicere verò, in morte purgari, eſt butubatarum nugamentũ, quum & in ipſa morte poſſint habere affectus inordinatos, & ipſa communis ſit bonis & malis, etiam paruulis Innocentibus, proinde non eſt ad expianda peccata. Vt interim taceam mortem eorum qui multa peccata fecerũt, ſæpè eſſe multò mitiorem eorum obitu, qui pauciſſima habent, vel nulla.

RESPONDEO ET DICO III.

10. ECcleſiæ Suffragia proſunt defunctis Animabus in Purgatorio patientibus, vt patuit ſupr. ex lib. Machab. & Patribus. Et verè ſi vi-

Eccleſiæ ſuffragia proſũt defunctis.

ui proſint viuis, hortante B. Iacobo 5.16. *Orate pro inuicem vt ſaluemini*, & quia Apoſtoli ſæpè fidelium preces experiêrunt; Cur non & mortuis proſint, quum egeant magis, minuſque poſſint iuuare ſeipſos? vnde illud Cathol. Auguſt. Axioma, ſer. 32. de verb. Apoſt. *Orationibus S. Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, non eſt dubium mortuos adiuuari.*

Cal. calumniatur pium votum D. Monicæ.

11. Falleris ergo & indigno ſibilo Caluine lib. 3. Inſtit cap. 5. §. 10. proſcindis pium D. Matris Monicæ votum, quo filium Auguſtinum vehementer obteſtabatur, vt ſui memoriam, in peragendis Myſterijs, poſt mortem, faceret ad altare; calumniaris dum ANILE VOTVM hoc vocas: mentiris dum filium aliud aſſeris exegiſſe, non ad normam Scripturæ, ſed pro naturæ effectu: quippe contrarium ex eius & Scripturis deſertis verbis conſtat.

At tu qui maledicum os, in Diuam noſtram Tutelarem MONICAM, adeoque Sanctos omnes qui in cœlo habitant, aperuiſti, ad blaſphemandũ; ſuo tempore à Deo & Sanctis eius, condigno ſubſannabere cachinno.

Obiectio I.

Angelus iurauit, quia tempus non erit amplius, Apocal. 10.6. Ergo fruſtraneum eſt orare pro mortuis in Purgatorio hærentibus.

Spongia.

12. Angelus non loquitur de tempore illo quod poſt meam vel tuam mortem ſupereſt, ſed vel de ſtatu merendi poſt mortem vniuſcuiuſque, vel de tempore ſimpliciter, quod in fine mundi ceſſabit, ablato ſcilicet cœleſtium corporum motu, iuxta quem, tempus metimur. Eodem ferè modo de tempore & ſtatu merendi, intelligitur illud

illud Eccleſiaſtæ 9. 10 *Quodcumque poteſt facere manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos*, id eſt, non erit locus meriti. *Quomodo non ſit opus, ratio. &c. apud Inferos.*

Obiectio II.

12. *Si ceciderit lignum ad Auſtrum aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit*, Idem Eccleſiaſt. 11. 3. ergo duo tantùm ſunt loca, cœlum & infernus.

Spongia.

Corticem, vt ſæpe dixi, habes Scripturæ, nõ medullam: Senſus enim eſt; Mortuum non poſſe per ſe ſurgere, ſicut nec arbor, quum in hanc vel illam ceciderit partem. *Heret. habet Script. corticẽ nõ medullã.*

Obiectio III.

Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit Spiritus vt requieſcant à laboribus ſuis, Apocal 14. 13. ergo animæ defunctæ ſtatim à morte hominum quieſcunt.

Spongia

14 Illud ly, *Amodo*, vel ſignificat, poſthac, & iungendum eſt cum, *vt requieſcãt*, videlicet vbi fuerint plenè purgatæ, vel ſignificat tempus extremi Iudicij, Q. D. nunc ab extremo Iudicio, vti exponit Anſelmus.

Corollarium.

Liquidò ex his conſtat, Purgatorij Architectũ efficientem eſſe Deum, cuius filius Incarnatus IESVS, ſufficientem ad ignis illius extinctionem, fudit cruorem: licet efficaciter non niſi per media animabus applicetur. *Architectus Purgatorij Deus.*

LXVIII.

LXVIII. QVARE,

De Extrema Vnctione.

VValdenſes, VVicleff. Luther. in Captiuit. Babylō. Cal. l. 4. inſtit. c. 19. Brent. in Cōfeſsio VVittēberg. Kemnit. in Exa. ſeſſ. 14. & Geuzæ omnes.

GEVZA REFORMATVS.

Quare hiſtrionicam Extremæ Vnctionis Hypocriſin, potiùs vocatis Sacramentum, quam aquam natatoriam Siloe, vnctionem oculorum ex luto, &c. quæ à Chriſto & Sanctis quibuſdam, in morborum curatione adhibita fuerunt?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Extrema vnctio in Eccleſia Romana hactenus vſurpata, nō eſt Hypocriſis hiſtrionica, ſed verum nouæ Legis Sacramentum, gratiam iuſtificantem producens ex opere operato, neque ab Apoſtolis, ſed ſolo Ieſu Chriſto immediatè inſtitutum; quamuis à D. Iacobo promulgatum, prout definitum fuit in Concil. Florent. Decret. Vnionis, & Trid. ſeſſ. 14. cano. 1.

Extrema vnctio eſt verum Sacramentū.

2. QVIA certo id conſtat ex Epiſt. D. Iacob. quam licet, tanquam Hæreſi ſuæ contrariam, explodant Lutherani, tamen vt Canonicam acceptant cum Catholicis, Caluiniani. Dicit autem Iacob. cap. 5. 14. *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus & ſi in peccatis ſit, remittentur ei: confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, &c.* Quibus verbis non tantùm indicantur materia, forma, effectus, & Miniſter huius Sacramenti: verùm etiam ipſam Vnctionem quidditatiuè eſſe Sacramentum, quod ſic demonſtro.

3. Tria

3. Tria dumtaxat, vel ipſis concedentibus Hæreticis, requiruntur ad rationem Sacramēti: Primò, Symbolum externum. II. promiſſio gratiæ. III vt nō ſit ad tempus inſtitutum, ſed remedium in Eccleſia ordinarium: Atqui hæc tria apertè hic inueniuntur; Symbolum quippe externum, eſt olei applicatio cum fidei oratione. Promiſſio, eſt infirmi alleuiatio & peccatorum remiſſio. Denique duratio, dum quærit: *Infirmatur quis, &c.*? Significans hunc ritum, quamdiu infirmi in Eccleſia erunt, frequentandum. Vbi cautè annotat quidam Auctor, non abs re, Voculæ *Confitemini* apponi (*Ergo*): Q. D. Extremæ vnctioni præmittendam Confeſſionem, ita vt duo hic confirmentur Sacramenta. *Heretici tria requirunt ad Sacramenti rationem.*

4. Sed excipiunt Aduerſarij contra hanc Script. non pauca, de quibus poſteà. Nunc autem miror vorticoſum Cal. ingenium, quippe qui ſuprà, negat Extrem. vnctionem hodie eſſe Sacramentum: Tamen lib. de vero modo reformandæ Eccleſ. ipſam temporibus Apoſt. veram Sacramenti rationem obtinuiſſe, diſertè fatetur. Sed is ſpiritus eſt vertiginis, Hæreticorum cerebrum vexans; quod ipſum patet in Arminiſtarum & Gummariſtarum contradictionibus, Hollandiam, Zeeland. &c. extremè turbantibus. *Cal. admittit Extrem. vnctionem aliquando fuiſſe Sacramentum.*

RESPONDEO ET DICO II.

DIſpar eſt ratio noſtræ vnctionis Extremæ & Ablutionis Natatoriæ Siloë, ſputi auricularis &c. QVIA iſta ad remiſſionē peccati valere ſcribitur, nō hæc. Deinde iſtā, in perpetuū fideliū vſum eſſe inſtitutam, Eccleſia interruptâ ſuâ conſuetudine declarauit; Non ſic in aliis illis, quæ tantùm ad tempus aliquibus deſeruiêrunt, & nunquam ad ordinarium vſum inſtituta fuerunt,

Verùm

Digitized by Google

Verùm contra allegatam D. Iacob. Scripturam, Geuzæ.

Obiiciunt I.

Abſurditas Hæreticorum Script. interpretantium.

Iacobus loquitur de vnctione Olei quæ naturaliter curat, oleum quippe eſt Medicinale.

Spongia.

5. Heus Geuza, cæcutis in meridie, nam ſi de naturali curatione agatur, non Presbyteri, ſed Domini medici potiùs erant vocandi. Taceo quod oleum non omnibus medeatur languoribus, ſed quibuſdam ſit contrarium. Apoſtolus verò loquitur de omnibus in genere infirmitatibus.

Obiiciunt II.

Apoſt. non loquitur de vnctione Sacramentali quæ gratiam conferat, ſed miraculoſa quadam alia tunc applicari ſolita, ad corpora dono miraculorum ſananda: proinde quum hoc donum iam ceſsârit, ſuperſtitiosâ eſt huiuſmodi vnctio Papiſtarum.

Donum miraculorum non remittebat peccata.

Spongia.

6. Iteratò falleris Geuza, quia dono Miraculorũ non remittebantur peccata: Apoſtolus autem dicit, per hanc vnctionem & orationem peccata remitti. Deinde nulla erit ratio potiùs inducendi Presbyteros Eccleſiæ, quàm alios, quum nec omnes Presbyteri, nec ſoli donum haberent curationis.

Obiiciunt III.

Quando Apoſtolus ait: *Et ſi in peccatis fuerit, remittentur ei,* nõ ſignificatur effectus Remiſſionis peccatorum conferri per iſtam vnctionem ex certa Dei Lege, tanquam ex opere operato, ſed ex opere operantis duntaxat, inquantùm Miniſtrorum Eccleſiæ, vngentium adiunctâ monitione, Infirmus ſequatur

Digitized by Google

excitatur ad fidem & Pœnitentiam, per quam conſequatur remiſſionem peccatorum; Ita audaculus Examinator Kemnitius in Exam. Conc. Triden. ſeſſ. 14.

Spongia.

7. Contrà, quia Iacobus nihil ibi dicit de tali admonitione, quæ excitet in ægroto pœnitentiam & fidem, ſeu tanquam de effectu ex parte Dei certò conſequente loquitur, hoc ipſo quod infirmus à Sacerdote vngatur, adhibitâ oratione in nomine Domini. Quod ſi verò non niſi mediāte illa Presbyteri admonitione, fideq; & pœnitentiâ, ex parte ægroti, peccati remiſſionem contingere putâſſet Apoſtolus, certè non ita abſolutè illum effectũ um vnctioni & orationi aſcribere debuiſſet.

Obiiciunt IV.

Gratia Baptiſmi & Pœnitentiæ Sacramentalis, ſufficit ad omnia quæ neceſſariò ad ſalutem ſunt præſtanda, etiam ipſo mortis imminentis tempore.

Spongia.

8. Vah infirmum cerebri Geuzij cauillum; hoc ſi quidem Argumentum ſi quid concluderet; plura certè expectatione veſtrâ conuinceret, videlicet etiam Euchariſtiæ Sacramentum, ſuperuacaneum eſſe; quæ enim per Baptiſmum confertur gratia vt gratia eſt, ſufficit ex ſe ad omnia illa, ad quæ valet gratia Euchariſtica.

Dico ergo, ſicut hoc non obſtante, ad peculiares gratiæ Diuinæ effectus, (de quibus Theol. in 3. part. Summæ D. Thom.) Euchariſtia à Domino eſt inſtituta, Ita idipſum Extremæ Vnctionis Sacramentum, poſt Baptiſm. & Euchariſtiam, ad peculiares gratiæ Diuinæ effectus eſt inſtitutum, vt *Extrema vnctio ad pecu-*

ad

liares gratiæ [illegible] effe- ctus eſt inſti- tuta.

ad alacritatem animi in vltimo conflictu; Remiſſionem Reliquiarum peccatorum,& ſanitatẽ corporalem,quando ita expedit animæ, iuxta ordinẽ D.Prouidentiæ.

Obiiciunt V.

Vox (*Presbyteros*) ſtat pro ſenioribus Eccleſiæ, non vnctis Papiſtarum Sacerdotibus: malè ergo ipſis ſolis,huiuſmodi vnctionis velut Sacramenti, adminiſtrationem alligatis.

Spongia.

Quid per Presbyterũ in nouo Teſtam. intelligatur. Biblia Flandrica quadã vitiata.

9. Et vox (*Presbyteri*) ambigua ſit in Græco, ad ſignificandum ætate ſeniorem & Sacerdotem:iuxta Scripturæ tamẽ noui Teſtamenti & Eccleſiæ vsũ, non niſi conſecratum ſignificat Sacerdotem, hoc maximè loco,ſecundum Expoſitionem Patrum & Conciliorum:vnde adinſtar peſtis fugienda ſunt Biblia illa quæ hic (*Presbyteros Eccleſiæ*) vertunt Flãdricè: Die ouderlinghen der ghemeynten/ hoc eſt, *Seniores Societatis, vel Communitatis.*

Obiiciunt VI.

Vnctio Papiſtarum ab vno duntaxat applicatur Sacerdote,atqui hic requiruntur plures, (*Presbyteros* ait) ergo &c.

Spongia.

10. Numerus pluralis accipitur pro ſingulari, ſicut quando dicimus peccata eſſe confitenda Sacerdotibus, neque enim volumus dicere, multis Sacerdotibus nos debere confiteri, ſed alicui è multis.Sicut Concil.Trid.ait nullum Regularem poſſe Confeſſio. audire, niſi ab Epiſcopis approbatum,ſcilicet hunc à ſuo Epiſcopo.

Ita hic Apoſt.vult adduci Presbyteros,id eſt,aliquem ex Presbyteris.

LXIX.

Digitized by Google

LXXI. QVARE,

De Sacramento Ordinis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare, Ordinem aſſeritis eſſe Sacramentum, quum Miniſtri Eccleſiæ, Epiſcopi Presbiteri & Diaconi, non creentur per collationem alicuius poteſtatis durabilis, realis, & indelebilis, ſed per deſignationem Perſonæ, ad miniſterium verbi & Sacramentorum?

Luther li. de abrogã. Miſ. Cal. l. 4. Inſti. c. 4. § 1. & c. 19 § 22. Kẽnit. in Exam. Conci Trid. ſeſſ. 23. & alij omnes Geuzij Miniſtri.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Ordinatio ſeu Cærimonia quâ poteſtas alicuius Eccleſiaſtici Miniſterij ſignificatur & datur, eſt verum & propriè dictum nouæ Legis Sacramentum, gratiã iuſtificantẽ producẽs ex opere operato, quicquid obſtrepat Illyricus in Confeſſio. Antuerpiẽſi, c. 11.

Ordinatio eſt verum Sacramentum.

QVIA hanc veritatem certò confirmat Apoſtolus, de Ordinatione Timothæi, dicens, 1. ad Timoth. 4. 14. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per Prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterij.*

2. Quum enim, ex mente Hæreticorum, tria ad rationem propriè dicti Sacramenti requirantur, videlicet Ritus externus, Promiſſio gratiæ, & perpetuitas quamdiu Eccleſia durat; certè ea hic reperiũtur. Primò Ritus externus, eſt manuum Impoſitio, quàm Græci vocant χειροτονίαν. II. promiſſio gratiæ apertè inſinuatur, dum dicit, gratiam datam eſſe per manuum impoſitionem. III. denique mandatum & inſtitutio, quia hic ritus ordinarius eſt in Ordinatione Mini-

Miniſtrorum Eccleſiæ, vt patet in Actis cap. 6. 13. & 20. Item Epheſ. 4. Numquam ſanè auſi fuiſſent Apoſtoli paſſim hanc manuum Impoſitionem cum gratiæ communicatione attentare, niſi & Diuina inſtitutio & gratiæ promiſſio præceſſiſſent.

3. Scio Chriſtum nuſquam diſertis verbis dixiſſe, Ordinate Miniſtros per manuum impoſitionem; Sed euidenter mandatum iſtud ex SS. literis colligimus, quum nullus purus homo poſſit gratiam iuſtificantem alicui certo ſigno alligare, ſicut de facto tamen eam vidimus ex præfata Script. manuum Impoſitioni in Ordinatione alligatam Ratio dicti eſt, QVIA per Ordines datur poteſtas adminiſtrandi Sacramenta, atqui hoc fieri dignè nequit abſque iuſtitia. ergo in Ordinatione, datur gratia, & iuſtitia.

RESPONDEO ET DICO II.

Omnes ordines imprimũt Charactereꝫ.

OMnes Ordines imprimunt Characterem, ita vt Ordinati habeant poteſtatem quandã ſpiritalem, durabilem & indelebilem ad exercenda Eccleſiaſtica Ordinum Miniſteria, quâ numquã poſſunt priuari, aut laici fieri licèt illis poteſtatis vſus, legitimis de cauſis aliquando poſſit interdici.

4. QVIA hoc non ſemel indicat Paulus ſup. *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per* &c. Item 2. ad Timoth. 1 6. *Admoneo te vt reſuſcites gratiã Dei quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearũ.* Quibus locis non ſolum dicit, *gratiam quæ data eſt tibi,* ſed etiam, *QVAE EST IN TE,* ſcilicet durabiliter & indelebiliter, quod attinet ad acceptam in Ordinatione Poteſtatem.

Corol-

Digitized by Google

Corollariè ſequitur, non creari Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, &c. per ſolam ad Miniſterium verbi & Sacramentorum, deſignationem, à quo denominentur & ſint Miniſtri, quamdiu non remouentur à Miniſterio: Si enim quilibet Chriſtianus (vt concedit Luther. lib. de Captiuit. Babylo.) ſit Sacerdos inquantum eſt Chriſtianus, habeatq; per ſe ſufficientem miniſterij Eccleſiaſtici poteſtatem; indigus tantùm illius deſignationis Lutheranæ; validè quis conficiet Sacramentum Euchariſtiæ, etiam ſine illa deſignatione, ſiquidem ad id habet poteſtatem. Hoc tamē aduerſarij nullo modo concedent. Nugantur ergo. *Ordinatio nō fit per ſolam deſignationē externam.*

Obiectio I.

5. Chriſtus non ordinauit Apoſtolos per manuū Impoſitionem, vt patet Lucæ 22. 19. vbi ſine vlla cæremonia fecit eos Sacerdotes, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.*

Spongia.

Eſto, ibi manus non impoſuerit; alibi tamen Ioan. 20. 23. potuit eas impoſuiſſe, licèt hoc ſcriptū non ſit, ſicut & alia plurima. Deinde Chriſtus vt Miniſter per Excellentiam, Sacramentis non alligatus, potuit effectum Sacramenti, abſque Sacramento conferre, ſicut Mariæ Magdalenæ contulit effectum pœnitentiæ, ſcilicet, peccatorum remiſſionem, ſine Pœnitentiæ Sacramento. Id tamen nobis perinde licere minimè concludere fas eſt. *Chriſtus quia excellens Miniſter non alligatur Sacramentis.*

6. Sanè Archyſynagogus veſter Caluin. l. 4. Inſtitut. c. 3. §. 16. eam exemplo Apoſtolorum, abſolutè aſſerit eſſe neceſſariam, intantùm, vt in certa Epiſt. Cantori Lugdunenſi. Anno 1561. ſcripta grauiter queratur, ſe defectu Impoſitionis ma- *Cal. cōqueritur de defectu Impoſitionis manuum, ſe merè laicum eſſe.*

Z nuum

nuum, per alios Miniſtros inſtituendæ, merè laicum eſſe: vnde ſequitur omnes alios Miniſtros per Ioan. Caluin. miſſos & ordinatos, eſſe puros laicos, & non veros legitimoſque Euangelij Miniſtros, at lupos, at falſos Doctores, at Pſeudoministros. Aures hîc arrigite omnes Eccleſiæ Caluinianæ Superintendentes ac Miniſtri, & maturè tandem aliquando illuſiones veſtras pōderate, antequam veniat dies Domini magnus & terribilis, contra huiuſcemodi animarum impoſtores.

Obiectio II.

7. Vehementer nobis & Magiſtro noſtro Ioanni Cal. præfatio Catechiſ. Geneuen. diſciplicet olei vſurpatio in Ordinationibus veſtris, idem dico de Confirmatione & Baptiſ. quia id ſapit Magiam, ergo inunctio illa eſt tollenda vt Magica & ſuperſtitioſa.

Spongia.

Blaſphema vox Caluini contra ſanctū Chriſma.

Vehementer & meritò nobis diſplicet, indoles blaſphema Caluiniſtarum & Caluini, qui audet ſupr. S. Chriſma Confirmationis, OLEVM FOETIDVM PAPISTARVM appellare: quum tamen hic nihil ſpurcum, nihil abominandum reperiatur, ſicut multa in execrabili & fœditiſſima Ioan. Caluin. Sodomia. quicquid enim hic vnctionis conſpicitur, id totum ex Apoſtolica Traditione, ad ſignificationem myſticam adhibetur.

Quid ſignificet oleum in Baptij. & Cōfirmatione.

8. Sicut enim ante conflictum vnguntur Athletæ, quo ſint ad luctandum expeditiores; ita ſcribit Chryſoſt. homil. 5. in Matth. Oper. Imp. oleo Chriſmatis vngi baptizandum, vt ſibi tanquā Athletæ ſpirituali luctandum eſſe ſciat contra

Diabolum

Digitized by Google

Diabolum hoſtem. Idem locum habet in confirmatione, in qua datur gratiæ plenitudo ad profeſſionem fidei intrepidam atque conſtantem. His tamen maius certamen incumbit, qui Sacris initiantur, ſunt enim veluti Reges quidam ſpiritales, vnde iterum atque iterum inungũtur, ſed abſque vllo Magici pacti interuentu.

9. Eſt autem in oleo fructus & pinguedo: ramus cum fructibus, quaſi pacis interpres, pinguedo verò luminis eſt miniſtra. Optimè ſanè & ad rẽ, quum Sacerdos pacificæ reconciliationis ſit Miniſter & idem cœcorum lumen debeat eſſe, cuius gemini muneris, per hanc Sacram admonetur vnctionem, vt videlicet pro Pop. delictis & obſecret Deum, & doctrinæ atque exempli præferens lucernam, viam ſalutis commonſtret. Nec immeritò miſcetur hic oleo balſamum, cuius arbor cum primis eſt odorifera, quod meminerint Sacerdotes ita ſe gerere, ſic vitam inter homines inſtituere, vt cum Paulo dicere poſſint, *Christi bonus odor ſumus Deo*, 2. ad Corinth. 2. 15.

Quid oleum ſignificet in Ordinatione Sacerdotum.

Significatio Balſami.

Nulla ergo hic Magia, nulla vana ſuperſtitio.

LXX. QVARE.

De Differentia Presbyteri & Epiſcopi.

Cal. l. 4. Inſti. c. 4. Kemnit. in Exam. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. & cano. 6. & 7.

Quare Papiſtæ diſtinguunt Epiſcopos à Sacerdotibus, quum iidem Miniſtri videantur olim fuiſſe Epiſcopi & Sacerdotes?

ROMANO-CATHOLICVS.

Epiſcopus iure Diuino maior eſt Presbitero.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA Plurima videntur quidem,ſed non ſunt,ideoq; diuerſi ſunt Presbiter &Epiſcopus,nã iure Diuino, Epiſcopus maior eſt Presbytero , Poteſtate Ordinis ac Iuriſdictionis.

Sacerdos eſt velut medius Epiſcopus.

De poteſtate Ordinis probo, QVIA Epiſcopus poteſt ordinare Presbyteros ; quod non poteſt nudus Presbyter, ergo poteſtate illâ Epiſcopali, ſuperior eſt Epiſcopus: Benedicens enim maior eſt benedicto , eſtque Sacerdos velut dimidius Epiſcopus:vnde Hieron.Epiſt.ad Euagr. *Quid fecit Epiſcopus,exceptâ ordinatione, quod presbyter non faciat.*

2. De poteſtate Iuriſdictionis, conuincit iſte locus D.Matth.24 45. *Fidelis ſeruus & prudens,quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Quæ verba vti propriè ad Epiſcopi Officium pertinere exponit Hilar.in iſtum locum,vt qui ſolus Eccleſiæ Regimini atque adeò etiam gubernationi cæterorum Miniſtrorum præficitur: Ita eandem gubernationem à Domino ac iure Diuino deriuari, Patres demonſtrant,vnde in Canon. Apoſtolico 40. dicitur: *Presbyter & Diaconus, præter Epiſcopum nihil agere pertentent, nam Domini Populus huic commiſſus eſt.*

RESPONDEO ET DICO II.

Epiſcopus eſt omnibus Sacerdotibus ſuperior.

3. Falſum eſt quod ait Caluin. id eſſe Epiſcopũ in cœtu Presbyterorum,quod Conſul in Senatu, qui refert de negotiis,monendo & conſulendo aliis præit,totam actionem regit, & quod communi fuerit conſilio decretum, exſequitur. Eſt

verò

verò vti Prælatus in cœtu ſuorum Conſiliariorũ, omnibus Sacerdotibus ſuperior: QVIA id præter cætera, cõfirmat vetutiſſima praxis, quâ Epiſcopus ſacerdotem ſolet excommunicare, non contrà, vt patet ex Concil. Carthag. 2. Canon. 8. & 9. Quare Patres paſſim affirmant, Epiſcopo comperere imperium quoddam Eccleſiaſticum, vt patet ex Ambroſ. & Chryſoſt. lib. de Sacerdotio, id eſt, dignitate Epiſcopali. Cuius rei argumento ſunt excelſa ſubſellia illa, quæ ex antiquiſſimo more, Epiſcopis in Eccleſia ſunt poſita tanquam iis videlicet, quibus cæteri omnino ſint ſubiecti.

Epiſcopi in Templo habent altiora ſubſellia.

Obiectio.

4. Iidem Miniſtri ſine diſcrimine olim fuerũt appellati Presbyteri & Epiſcopi, ergo non differũt inter ſe.

Spongia.

Officia & gradus Epiſcoporum ac Sacerdotũ, omnino diuerſa fuiſſe, certò hactenus eſt demõſtratum: Fateor tamen cum Chryſoſtom. Hieron. & aliis Patribus, eorum nomina fuiſſe communia, ita vt nomine Epiſcopi, Presbyteri comprehenderentur, teſte D. Chryſoſtom. qui explicans illud D. Pauli ad Philippenſ. 1. 1. *Omnibus Sanctis in Christo Ieſu qui ſunt Philippis; cum Epiſcopis & Diaconibus:* Quid hoc, inquit, *erántne multi vnius Ciuitatis Epiſcopi? Nequaquam, ſed Presbyteros ita vocauit, tunc enim temporis, vocabulum adhuc erat commune Epiſcoporum.*

Epiſcopi olim fuerunt vocati Presbiteri, & à cõtrà.

5. Similiter nomine Presbyteri, ſignificabantur olim etiam Epiſcopi, vt ibidẽ ait Chryſoſtomus, patetque ex Epiſtol. D. Pauli ad Timoth. ſcripta 1. 4. 14. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt*

 tibi

tibi per Prophetiam (hoc eſt, cœtus Epiſcoporum vt exponunt Græci. Sic ad Titum 1. 5. *Vt conſtituas per ciuitates. Presbyteros*, id eſt, Epiſcopos, de quo vide Euſeb. lib. 5. cap. 24.

Quid ſit impoſitio manuum Presbyterij.

Rationem confuſæ huius appellationis exiſtimo eam eſſe, quod Sacerdos ſit veluti dimidius Epiſcopus; Accedente autem Ordinatione Epiſcopali, fiat integrè Epiſcopus.

IMPERTINENS
De Diaconis.

Primaria functio Diaconi, quæ ſit.

6. Primaria Diaconi functio, eſt miniſtrare Epiſcopis & Presbyteris in Sacrificio & in omnibus Sacramẽtis; Vnde Actor 6. potiſſimùm ordinantur per manuum impoſitionem. Canere verò Euangelium, non eſt eius actus primarius, quum ante illud ſcriptum, fuerint Diaconi. Neque etiam oblationes fidelium colligere & diſpenſare: quam poſtremam functionem duntaxat admittunt Hæretici, maximè per Belgium Geuzæ.

Belgici, Geuzæ quid officij aſsignent Diaconis.

Verùm non eſt credibile, Apoſtolos, Diaconos per Sacramentalem manuum impoſitionem ordinaturos fuiſſe, ſi ſolùm ad menſarum miniſteria deputati fuiſſent.

LXXI.

Digitized by Google

LXXI. QVARE,

De Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalibus.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Pontificij ita venerantur Papales Cardinales, quum ſubitò facti Regum & Cæſarum cognati, vt nunc ſunt, nihil habeant veri & legitimi muneris in Eccleſia? *Cal. l. 4. Inſt. c. 7. §. 30.*

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO: non eſſe mirandum quod tanto eos Romano-Catholici proſequantur honore. *Dignitas Cardinalis.*

Primò: QVIA CARDINALES, Ordine ſeu conſecratione, non differunt ab Epiſcopis, Presbyteris, vel Diaconis: ſunt enim Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi.

Secundò, quia ab illis & aliis Eccleſiaſticis gradibus diſtinguuntur peculiari quodam munere ac titulo dignitatis, quod in eo conſiſtit, quod ſummo Pontifici, Chriſti in terris Vicario, in guberrnanda Eccleſia, velut præcipui Conſiliarij, aſſiſtant. *Cardinales, præcipui Rõ. Pontificis Conſiliarij.*

2. Tertiò, quia eundem Pontificem Rom. eligunt, quâ electione præſtitâ, ſumma in Eccleſiam poteſtas ipſi à Deo immediatè confertur: Hoc verò eligendi munus in Eccleſia eſt maximè inſigne, Reuerentiâque Religiosâ, vt alij gradus, digniſſimum. Vnde non immeritò dicũtur Cardinales, quaſi apud Papam Principales; & quia vnuſquiſque peculiarem curam habet *Cardinales eligunt Rom. Pontificem.*

 alicuius

aliciuius Eccleſiæ in vrbe Romana, quæ ſaltem olim in vrbe illa Principalis habebatur. Impudenter proinde atque inuidè nominas eos, *muneris legitime in Eccleſia exortes.*

Mendacium Cal. de Cardinalibus.

Impudentiùs autem Rabbi veſter Caluinus ſupr. mentitur Cardinales ſubitò in tantam amplitudinem emerſiſſe, & ante Gregorj tempora; non reperiri vel nomen eorum; Nam in Concil. Romano ſub Sylueſtro Pontifice canone 6. expreſsè legitur, iam tunc Romæ ſeptem Diaconos Cardinales fuiſſe. Syluester autem 300. circiter annis Gregorium præceſſit.

3. Eandem odij in fideles Catholicos braſſicam deguſtârant quidam confœderati Geuzæ veſtri Antuerpienſes, qui anno 1566. Magiſtratui verè prudenti ac vigilanti, libellum ſupplicem obtulerunt, cujus hæc erat ſumma: Ne accepta Moderatio Regiorum atque ad inquiſitionem ſpectantium edictorum, admitteretur, vt pote à CARDINALISTIS, confecta. Sic autèm in Illuſtriſſ. Cardinalis Granuellani odium, Catholicos Principes appellabant, de quo Laurentius Surius in Chronico.

Geuzæ vocãt Principes Cathol. Cardinaliſtas.

4. Viuant ergo viuant S.R.E. Cardinales, non abſque cauſa, ad maiorem ſcilicet Eccleſiæ ſplendorem, ac defenſionem, ex Regum atque Imperatorum ſtemmate aſſumpti. Sanè viuent, fruſtrà circumſtrepentibus atque emorientibus Hæreticis, Geuzis, Euangelicis & prætensè Reformatis.

Cur Cardinales ex Regio & Cæſareo ſtemmate aſſumantur.

Digitized by Google

LXXII. QVARE, De Tonſura Clericorum & Monachorum.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtici Clerici ac Monachi portant in capitibus ſuis coronam, ſtulta ſuperſtitione plenam, & Scripturæ difformem?

Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 19. §. 26. & 27. & alij Magdeburg. Centur. 4. &c.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA ſicut illi proprio veſtium genere induuntur, ad propriam deſignandā profeſſionem; (aliter enim Senatores, aliter Prophetæ, aliter milites, aliter ruſtici, aliter vrbani, aliter proinde Clerici & Monachi veſtiuntur, & inter cætera, Cucullis diſtinguūtur, ad deſignādam infantilem ſimplicitatem, ad quam Monachi intendunt redire, nam infantes quibuſdā velis, quaſi cucullis in capite teguntur;) Ita non abſque cauſa legitima, & quidem Apoſtolorum temporibus, probatur, circumferunt Tonſuram.

Cuculli Monachorum, quid ſignificent.

2. Primò, ſecundùm D. Dionyſ. Eccleſ. Hierarch. cap. 6. vt illâ capitis nudatione ſignificetur, vita aperta, non fucata, ſed nuda, cui imprimis Eccleſiaſtici debent ſtudere.

Tonſura ſignificat vitam apertam, non fucatam.

Secundò: QVIA Capilli ſunt ſuperflua quædam corporis excrementa, ſignificat Clericos & Monachos renuntiare debere omnibus vitæ ſuperfluitatibus, maximè vitioſis & inordinatis paſſionibus, vt ſic vertex, id eſt, animus, liber & promtus maneat ad cœleſtia, Diuina & ſpiritalia cogitanda.

Tonſura ſignificat renunciationem ſæcularium paſſionum.

Digitized by Google

Tonſura ſignificat ſpineã Chriſti coronam.

Tertiò, vt repræſentetur ſpinea Chriſti corona ſpecialiùs ſcilicet per Eccleſiaſticas, quàm ſæculares perſonas.

Tonſura eſt ſignum pænitentia.

3. Quartò, vt ſit in ſignum Pœnitentiæ ac Conuerſionis, quum olim pœnitentes non niſi tonſi reciperentur. Ob quas rationes patet nullam ſapere ſuperſtitionem, nullam ſtultitiam, coronam in capite geſtare, maximè quum per Apoſtolos ab Iſidor.lib.2.de Officijs,cap.4. dicatur inſtituta: non tamen eſt Sacramentum.

Tonſura non eſt Sacramentum.

Scrupulus Pſeudo-Euangelicus.

Non in rotundam attondebitis comam, Leui.19.29. Et Hierem.9.26. minatur Deus, ſe diſperſurum omnes, *qui attonſi ſunt in comam*, ergo tollendæ Tonſuræ Papales.

Reiectio.

4. Nihil concludis ô Geuza, quia præcepta illa, vtpotè cæremonialia, ſicut Circumciſio, &c. ceſsârunt, vti & eorum intentio, ne videlicet hoc facerent in cultum ligneorum Deorum, ſicut illo tempore Gentiles faciebant.

LXXIII. QVARE,

De Cœlibatu Clericorum & Monachorum.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. lib. de abrogand. Miſſa, Melãcht. in Apolog. Confeſſio Auguſtan. art. 23. Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 12. §. 23.

Quare Sacerdotes, Clerici & Monachi veſtri non ducunt vxores, ſicut noſtri Miniſtri, quum matrimonium ſit liberum?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. QVIA licèt antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus, ob raritatem

tatem cœlibem vitam degentium, ad Sacros etiam Epiſcopatus, Ordines fuerint admiſſi viri coniugati, ſelecti, & qui vnicam duntaxat eamque virginem vxorem duxiſſent, cui cohabitabant quidem, ſed non vtebãtur poſt Ordinationem, extra artic. diſpenſationis (quam legimus factam cum Græcis capit. Cum olim Ext. de Clar. Coniugatis, & Subdiaconis Siciliæ apud Gregor. l. 1. Regiſt. Epiſt. 42. quibus permiſit vſum vxorum quas ante Ordinationem duxerant, licèt in poſterùm prohibuerit tales ordinari, niſi vnà cum vxoribus voueant continentiam.)

Kemnit. in exam. can. 9. ſeſſ. 24. Conc. Tria. & Geuza omnes.

Diſpenſatum fuit, cum Sacerdotibus Græcis, & Subdiaconis Siciliæ in vſu vxorum ante ductarum.

2. Numquam tamen licuit alicui, Apoſtolico obſtante decreto, poſt ſacri Ordinis ſuſceptionem, ducere vxorem, ne quidem Subdiaconis, Vnde Canon. Apoſt. 27. *In nuptiis qui ad Clerum prouecti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint vxores accipiant, ſed Lectores, cantoreſq; tantummodo.* Item Innocen. 3. cap. Cùm olim tit. de Cler. Coniugatis: *Orientales in minoribus Ordinibus contrahunt, & in ſuperioribus vtuntur matrimonio iam contracto.*

Nunquã alicui licuit poſt Sacri Ord. ſuſceptionem ducere vxorem.

Ex quo ſequitur illos poſt ſuſceptos Ordines Sacros, non contrahere matrimonia, quia iuxta vulgatam Iuriſtarum Regulam: *Caſus exceptus firmat regulam in contrarium.*

Regula Iuriſtarum.

3. Quinimò Græcis, (quibus Romana Eccleſia vſum vxorum, quas habuerunt ante Ordinationem, permittit) numquam fuit licitum, aut hodie licèt alicui, poſt ſuſceptum Sacerdotium, ducere vxorem: ſic demonſtrante & praxi quotidianâ, & ipſorum Græcorum, licèt Schiſmaticorum, atque Eccleſiæ rebellium, confeſſione; quibus proinde peiores ſunt Lutherani, qui quum Sacris fuerint initiati, adeoq; ſolenne emiſerint votum Caſtitatis,

Græcis non licèt poſt Ordinationem ducere vxores.

Lutherani peiores ſunt Græcis.

Digitized by Google

tis, non tamen verentur Sacrilegas, etiam poſt ſuſceptum Sacerdotium, inire nuptias. Qua in re nō infimum prophani dedecoris gradum promeruit, elapſo ſæculo Andreas Carolſtadius, qui primus apud Germanos, Sacerdos quum eſſet, duxit vxorem, veriùs Scortum dixiſſem: In huius nuptijs Miſſa celebrata eſt, cuius totum officium à Lutheranis ridiculè compoſitum fuit, tale reuera, quod vel ſolùm ſufficeret ad Dei in nos cōcitandam indignationem, referentibus Illuſtriſs. Cardinale Staniſlao Hoſio. lib. 1. de Hæreſ. & Laurent. Surio in Chronico.

Andr. Carolſtadius primus, quum eſſet Sacerdos, duxit vxorem.

RESPONDEO ET DICO II.

4. Optimus, Sanctus, rationi & S. Scripturæ conſonus eſt mos Eccleſiæ Romanæ quo neminem ad Sacros Ordines admittit, niſi voto ſolenni continentiæ priùs ſe ſpontaneè aſtringentem, cui proinde liberè ſemel nuncupato, in æternum ſtare debet, ita vt nec vxorem ducere, nec ductâ liceat illi vti; *Nullum*, (inquit D. Gregor. apud Gratian. diſtinct. 28. cap. *Ecce.*) *facere Subdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui ſe caſtè victurum promiſerit.* Sic Concil. Neocæſarien. cap. 1. *Presbyter ſi vxorem duxerit, ordine ſuo moueatur.* Sic ordinat Synod. Aurelianen. 3. Canon. 1. *Vt nullus Clericorum, à Subdiaconatu & ſupra, propriè, ſi fortè eam habeat, miſceatur vxori.*

Probatur cœlibatus in Clericis.

5. Veritatem reſponſi, probo primò, QVIA D. Paulus 1. Corinth. 7. 5. admonet Coniugatos, vt ſe inuicem non fraudent officio Coniugij; *Niſi fortè* ait, *ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi:* Quibus verbis innuit eos, qui orationi vacant, debere ab officio Coniugij abſtinere, quum actus coniugalis

Coniugati oraturi ſe contineant. Actus coniu-

Digitized by Google

lis hominem carnalem,& ad diuina ineptum reddat: atqui Sacerdotum nouæ legis eſt, quotidie pro ſe & Populo orare. Hebr.5. *Omnis namq; Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Ergo Sacerdotes nouæ Legis decet quotidie ab officio Matrimoniali ſeſe abſtinere, *quum ad munditias Corporis Chriſti*) ait D.Hierony.lib.1. contra) Iouin. *omnis coitus immundus ſit*; *Et mundiores eſſe debeant cæteris, quia Actores Dei ſunt,* inquit Ambroſ. in Epiſt.1. ad Timoth. *galis, reddit hominem ineptum ad orandum.*

6. Probo 2. QVIA Coniugium impedit curam Paſtoralem; qui enim vxorem & filios habet, ſemper de illis cogitat, omneſq; affectus, quibus oues ſuas proſequi deberet, in vxore & filijs conſumit. Plus verò diligi debent filij ſpirituales quàm carnales, vt poſtulat Ratio paſtoralis.

Tertiò, non tantus ſplendor animi, grauitaſq; morum (quæ Sacerdotem imprimis decet) elucet in homine, qui mulierculæ ſemper aſſidet & ei vacat, quum libido mores diſſoluat, & hominem minus admirabilem reddat. *Libido mores & grauitatem diſſoluit.*

7. Taceo bona Eccleſiaſtica fine ſuo legitimo defraudari, qui eſt, vt quicquid Sacerdotibus præter honeſtam ſupereſt ſuſtentationem, id totum in pauperes Chriſtianos erogetur. Iam verò coniugati, vxori, & liberis debent theſaurizare, rariq; inueniuntur qui ſuperflua habent.

Obiectio I.

Melius eſt nubere quàm vri, ait D. Paul. 1. ad Corinth.7.9. Quando ergo Papiſtici Sacerdotes à concupiſcentia vrentur, bonum erit ipſis nubere, vt per Matrimonium talis aduiſto auertatur.

Spongia.

Spongia.

Quid apud B. Paulum ſit, vri.

8. Reſpond. non omnem qui à carne tentatur, vri, alioqui D. Paulus, qui carnis ſtimulos patiebatur, fuiſſet aduſtus, quod falſum eſt: vri verò eſt à concupiſcentiæ æſtu ſuperari & fornicari, vt exponunt D. Auguſt. lib. ad virginem lapſam, & D. Hieronym. Epiſt. 50. Iam verò ijs qui voto aſtricti non ſunt, ſed liberam ſui habent poteſtatem, melius eſt nubere quam ſic vri, & de his loquitur Apoſtolus.

Obiectio II.

Deo non placent ſeruitia coacta, ſed libera, ergo vt Deo ſit grata, debet libera eſſe Papalium caſtitas Clericorum, proinde malè Eccleſia cogit Presbyteros ad Caſtitatem.

Spongia.

Sanum conſilium datur Geuzæ.

9. Eccleſia neminem cogit ad caſtitatem, quum neminem impellat ad Sacerdotij ſuſceptionem, ſed ipſemet qui liberè conſecratur ſacerdos, ſeipſum obligat ad Caſtitatis obſeruantiam, quum Sacerdotio tale Caſtitatis votum ſciat annexum. Si verò Eccleſia abſolutè quempiam cogeret ad Sacerdotium, tunc querimonia tua de Papali tyrannide locum haberet: Iam verò non ita ſit, vt noſti, mi Geuza. Si non placeat tibi Sacerdotium cœlebs, noli fieri ſacerdos, quum tali ſtatui ſcias annexam ſeruandæ caſtitatis conditionem. Sic militia, ſic matrimonium libera ſunt, ante acceptationem, non poſt.

Obiectio III.

Multi Papiſtæ antè Caſtitatis, in Ordinatione, emiſſionem, putabant ſe ſatis fortes ad continendum, ſed poſteà initiati Ordinibus, ſentiunt difficilem, ſibiq; impoſſib. caſtitatem, ergo ijs ſaltem

tunc licebit Matrimonium contrahere, quum ad impoſſibile nemò obligetur.

Spongia.

10. Caſtitas eſt difficilis homini ſibi ipſi & ſuis ſolis viribus relicto, non verò illi qui Dei gratiâ adiuuatur, *Omnia poſſum in eo qui me confortat*, Philippen.4.13. Hanc verò gratiam nemini quod in ſe eſt, facienti, eamque ſyncerè inuocanti, Deus negat, ſed omni petenti tribuit. *Fidelis Deus eſt qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed, &c.* 1. Corinth.4.13. Quod abundè patuit in D. Thoma Aquinate, qui vnius mulierculæ ſuperatâ tentatione, omni poſtmodum, vſque ad finem vitæ, libidinis ſenſu caruit. Quin & ipſe Saluator ait Marc. 11.24. *Omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis.* Quamuis aliquos velit magnâ animi contentione, & cum certamine ſtrenuè illam comparare, vt patet in D. Hieronymo, carnis ſtimulo, in extrema etiam ſenecta, pulſato.

Quibus difficilis ſunt Caſtitas. Gratia Caſtitatis omnibus eã ſyncerè inuocantibus & quod in ſe eſt facientibus datur. D. Thom. Aquinatis Caſtitas.

11. Proinde non eſt ſufficiens exceptio Lutheranorum; non habeo donum Caſtitatis, ergo non poſſum habere. Sicut turpis eſt collectio; Mendicus non habet panem, ergo nequit eum habere, petat enim, mendicet, ac facilè ſic habebit. Ita & tu qui, propter Deum, emiſſo in Ordinatione, voto, poſtmodum Caſtitatem te allegas non habere: pete inſtanter à Deo, & indubiè obtinebis. Proinde non eſt tibi impoſſibilis obſeruantia huius virtutis.

Ordinatis nõ eſt impoſſibilis obſeruantia Caſtitatis.

12. Dixi, nemini quod in ſe eſt facienti, hanc gratiam à Deo negari, quia non tantùm opus eſt oratione, qua Dei, Diabolo potentioris, auxilium inuocemus, iuxta illud Sapient.8. 21. *Et vt ſciui*

Ad obſeruãtiam Caſtitatis neceſſaria eſt fuga occaſio impuritatis.

quoniam aliter non poſſum eſſe continens niſi Deus det, &c. adij Dominum, & deprecatus ſum illum. Verumetiam fuga occaſionum impuritatis, vt ſunt aſpectus & frequentia fœminarũ colloquia, librorum & imaginum turpium vſus; cõuerſatio cum fornicarijs, &c. res enim viſæ & auditæ, ſi modò naturæ conueniãt, naturaliter mouent imaginationem, imaginatio verò appetitum.

Tertiò denique opus eſt corporeâ caſtigatione per ieiunium, aſperitatem cilicij, vigiliarũ, &c. per genuflexiones, humicubationes; ebrietatis denique & gulæ extremas refrænationes.

Ratio cur in ebrioſo & guloſo Caſtitas periclitetur.

13. Quum enim accipit natura quod ſufficit nutritioni proprij ſubiecti; Reliquum ad ſpeciei multiplicationem, conuertitur in materiam generationis, vnde naſcitur carnis pruritus: at qui præfatis medijs ſalubriter compeſcitur & domatur.

Nihil verò mirum ſi vos, ô Geuzæ, continere nequeatis, quum præſentiſſima hæc Continentiæ media, orationes Canonicas, ieiunium, mulierum ac proximarum occaſionum fugam exploſeritis: Vnde prodijt turpiſſimum Caluinianæ tentiginis Axioma, lib. 4. ſcuti fidei Caluiniſt. regiſtratum: *Homo aut fœmina quæcunque, non poteſt vltra quatuor aut quinque dies à re Venerea continere.* Item Lutheri ſcurrile Apophthegma lib. de vita Coniugali: *Res vxoria tam eſt cuique neceſſaria, quàm eſca & potus.*

Caluiniſtarũ Axioma immundum.

Scurrile dictũ Lutheri.

Caluin. cœlibatum ſuum narrat.

14. Quæ ſi ſint vera, & mentietur Caluinus libr. de Scandalis, vbi ſe dicit à morte vxoris, toto ſeſquianno voluntarium cœlibatum ſeruâſſe (*Depuis, dit il, que ma femme eſt decedee, voicy vn an & demi que ie perſiſte volontiers en ce mien celibat*) & ſequetur pleroſque

roſque & pleraſque Caluiniani Conſiſtorij fratres ac Sorores, adulterij maculâ eſſe conſperſos: quum enim contracto matrimonio, Caluiniſtæ fidem dederint vxoribus, fidem datam tenentur ſeruare, adeò vt niſi ſeruauerint, certiſſimũ adulterij cõmiſſuri ſint crimen: Iam verò ijdem, propter vxoris diuturniorem abſentiam vel ægritudinem, ab actu coniugali ſæpiſſimè coguntur abſtinere; & è contra, vxores. Quo caſu, quum iuxta præfati Axiomatis dictationem, homo non poſſit ſe à re Venerea continere; neceſſariò in adulterij crimen prolabetur. Sequetur denique multas filias veſtras, vix antè ann. ætatis 30. vel 40. aliquando votis nuptiarum potientes, meretrices vel fornicarias eſſe: quod ægrè vos credo conceſſuros. *Concluditur adulterij & fornicationis macula, contra Reformatos.*

15. Secus euenit in Catholicis, qui abſentibus vel longiuſculo morbo detentis coniugibus, ſalutarem continentiam, orationum, ieiuniorum, vigiliarum, &c. præſidio aſſequuntur; quod maiorem veritatem habet virginibus, atque innuptis.

Obiectio IIII.

Cœlibatus Eccleſiaſticorũ, multa Eccleſiæ parit ſcandala, quum ipſi ſubinde lubricè viuant, ergo tollendas, & matrimonia concedenda.

Spongia.

16. Cœlibatus caſtas & puras cogitationes propinat, non libidinum monſtra, non Eccleſiæ offendicula; Benè autem Cœlibatus abuſus, iſta inuehit mala per Monachos excucullatos & virgines ſacrilegè luxuriantes. *Cœlibatus gignit caſtas cogitationes.*

Si verò propter abuſus, Cœlibatus, & res alioqui in ſe bonæ, ſint tollendæ, ergo & Sol, terra, ſtellæ, ipſe denique Saluator noſter, eius Incarna-

Argument. ab abuſu nil concludit.

tio, Paſſio & Crucifixio, (*Iudæis quidem ſcandalum Gentibus autem ſtultitia,* 1. Corinth. 1. 23.) pluraque alia myſteria, & ipſa Diuiniſſima Sacramenta tollenda erunt ac repudianda, quod nemo dixerit, niſi qui nihil nouit. Nec verò admittimus tantos eſſe, inter Catholicos Sacerdotes, Concubinarios, quod Hæretici affirmãt, qui cæteros ſuo pede metientes, nullos putant eſſe caſtos monachos vel Sacerdotes, quum multi indies Sacrũ celebrent, à re Venerea prorſus immunes.

Obiectio V.

17. Deus Adamo & Euæ, poſteriſque eorum dixit Geneſ. 1. 28. *Creſcite & multiplicamini & replete terram*, ergo ad mandati illius impletionem, etiam Sacerdotes citati, non ſolùm poſſunt, ſed etiam debẽt, ducere vxores, vt enim Rabbi noſter Mart. Lutherus Epiſt. ad Propoſitum Lunenburg. exponit: *Sententia Dei*, CRESCITE ET MVLTIPLICAMINI, *non tantum eſt præceptum, ſed etiam pluſquam præceptum, à quo nullus omnino eximatur; Tam homini* IMPOSSIBILE EST RE VXORIA CARERE, QVAM MAREM NON ESSE.

Spongia.

Impudentia ſcurrilis Lutheri.

Quomodo intelligatur, Creſcite & multiplicamini.

Vah impudens Priapiſtici ſcurræ Paradoxon: Neque enim præceptum hoc ſingulis datum eſt hominibus (alioqui eius tranſgreſſores admittere cogemur, Eliam, Chriſtum, Deiparam, D. Ioannem, alioſque Sanctiſſimos, qui ſemper cœlibem duxerunt vitam) ſed toti generi humano, quod illi ſatis, ſuperque paruit, multiplicatis iam per vniuerſas orbis oras, hominibus. An non præcepto Regis, quo toti mandatur Reip. vt in mœnibus inſtituantur excubiæ, fit ſatis, quando aliqui vigiles conſtituuntur, licet multi maneant domi,

quum

quum non omnibus hoc in particulari ſit præceptum? Sic & hìc. Deinde etſi ſingulis datum eſſet: quum ſit affirmatiuum, non obligat ad ſemper, ſed in articulo neceſſitatis, videlicet perituri generis humani.

18. Reſpondent alij, verba illa, non præceptum, ſed naturæ ſonare inſtitutionem, vel inſignem benedictionem, quum eadem verba ad beſtias direxerit Deus, quæ tamen præcepti ſunt incapaces: vtut eſt, non ſoluunt Eccleſiaſticas Perſonas, obſeruantiâ voti emiſſi.

Obiectio VI.

Paulus dicit 1. ad Timoth. 3. 2. *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, &c. filios habentem ſubditos cum omni caſtitate:* ergo nemo creandus Epiſcopus vel Sacerdos, niſi habeat, vel breui habiturus ſit vxorem, ex qua procreare filios poſſit: quod argumentum à Zwinglianis Biblijs grauiter vidi vrgeri, dum olim Palatinatum pertranſirem.

Spongia.

19. Longè ab iſto, alius eſt ſenſus quem Apoſt. intendit, videlicet, vt qui Coniugatus aſſumitur ad Epiſcopatum, non niſi vnam habuerit vxorem, & ſecundas neſcierit nuptias: cuius etiam filij, quos olim habuit, bonam obedientiam & modeſtiam didicerint à Patre, vt exponunt SS. Patres in hunc locum. *Quid ſit. Epiſcopum vnius vxoris eſſe virum.*

Eundem morem etiamnum hodie ſeruat Eccleſia, quæ nullum bigamum, adeoque eum, qui viduam duxiſſet, in Ordinem Sacerdotij admittit. *Bigami inhabilitas.*

20. Dicito ſodes, quid confert ad ſublimis huius Ordinis Sacerdotalis & Epiſcopalis decentem adminiſtrationem, vxorculæ vel vſus vel vinculum

Coitus ſacerdotali obeſt dignitati. lum coniugale? Certè nihil; Quinimò omnis Coitus, mentis impuritatem, diſtractionem, & multorum parit remotam bonorum, ita vt Sacerdotali potiùs obſit dignitati quàm eam commendet.

Tantum abeſt quod hoc Apoſtolus commendet.

Obiectio VII.

Idem Apoſt. 1. ad Timoth. 4.3. prædicit Timotheo, in nouiſſimis temporibus venturos, *Spiritus erroris, prohibentes nubere*, ergo Sacerdotibus non ſunt nuptiæ prohibendæ.

Spongia.

Hæretici damnabant nuptias vt malas in ſe. 21. Apoſt. loquitur de Marcionitis, Encreaticis & Manichæis, qui nuptias tanquam à Diab. inuentas damnârunt. Secus eſt de Eccleſia Romana quæ nulli libero interdícit nuptias tanquam in ſe malas; ſed illos tantùm, qui ſe ſponte ſuâ, voto caſtitatis obſtrinxerunt, adeoque cùm ad Matrimonium liberi eſſent, hac nubendi facultate priuauerunt, vult reddere quod vouerunt.

Quamuis autem Cœlibatus Sacerdotio, non Diuino, ſed Apoſtolico & poſitiuo Eccleſiæ iure ſit annexus, ſoluere tamen quod quis, Deo liberè vouit, iuris eſt Diuini: *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere*, ait Eccleſiaſtes 5.3.

Obiectio VIII.

22. *Non omnes capiunt verbum iſtud* (ſcilicet de non nubendo) *ſed quibus datum eſt*: Et, *qui poteſt capere, capiat*, inquit Chriſtus Matth. 19.11. & 12. ergo continentia non omnibus datur, proinde non ita indifferenter omnibus clericis debet iniungi.

Spongia.

Fateor Cœlibatum eſſe peculiare Dei donum, quod

quod quia non omnibus datur, non omnes debent eſſe Sacerdotes: cæterùm ijs datur, qui volũt & cupiunt in ſui Ordinatione ad Sacerdotium, continere, quum illa voluntas cõtinendi propter Deum, ſit ipſiſſimum Continentiæ donum: Quibus autem Deus dedit velle, dabit & perficere ſi ipſi velint: vnde Patres dicunt dari volentibus, petentibus, laborantibus, non verò capere quoſdam quia nolunt. *Quibus datur donum Cœlibatus.*

23. Sanè hoc loco Chriſtus allegans eſſe Eunuchos, qui per voluntariam & perpetuam continentiam, ſe caſtrauerunt propter ſpem Regni cœlorum, & gloriam maiorem, Abſolutè omnimodæ & perpetuæ continentiæ poſſibilitatem conuincit: quia, *Caſtrare*, perpetuitatem quandam deſignat: qui enim caſtratus eſt, perpetuò manet inhabilis Matrimonio; vnde certiſſimè vel ex hoc ſolo loco probatur perpetua, contra Hæreticos, Continentia, quam ſi miniſtri veſtri non ſeruent, non eſt mirum, quum ſint homines merè laici, nullo modo ſacri. *Poſſibilitas perpetua continentiæ.*

LXXIIII. QVARE,

De illegitima miſſione omnium Miniſtrorum Eccleſiæ prætenſè Reformatæ, Lutheranorum, Caluiniſtarum, Anabaptiſtarum, Arminiſtarum, Gummariſtarum, &c.

GEVZA REFORMATVS.

Quare non acceptatis, ſed contemnitis Religionis noſtræ Reformatæ Miniſtros?

Luth. in c. 1. ad Gal. Cal. l. de vera Refor. Eccl. ration. Beza in Cõuen. Poiſſi.

Vrbanus Regius 3. part. oper. diſſ. 2. Muſcul. in locis com. cap. de Miniſtr. Brent. in examin. ſeſſ. 23. &c.

Nulli Miniſtri Eccleſ. Reformatæ legitimè ſunt miſſi.

ROMANO-CATHOLICVS.

1\. RESPONDEO ET DICO. QVIA contemptibiles ſe ipſi faciunt, quum nulli eorum legitimâ poteſtate, à Deo, ſed proprio, veriùs dixero, Diabolico ſpiritu, cum inani & prætenſo Reformādæ Eccleſiæ titulo, miſſi ſint ad verbi Diuini & Sacramentorum diſpenſationem gregi Chriſti impertiendam: Adeò vt quotquot in Anglia, Germania, Gallia, Morauia, Hollandia, Zeelandia, Friſlandia, Geldria, alijſque Pſeudo-Reformatæ Religionis veſtræ antris, Proteſtantes, Puritani, Reformantes, Geuzij, Perfectiſtici, Manuſimpoſitorij, &c. Miniſtri vel Superintendentes deliteſcunt, vulgò dicti Lutherani, Caluiniani, Arminiani, Gummariani, Vorſtiani, Verhilliſtæ, Adolphiſtæ, Catabaptiſtæ, *de la Religion*, aut Flandricè, vander gereformeerde kercke/ &c. furtiuâ, prætenſâ, & ſubreptitiâ licentiâ freti, in Eccleſiæ Chriſti ouile ad mactandum, perdendum, furandum & furendum, clam ſubintroierint.

Omnes prætenſè Reformati Miniſtri fures.

2\. Proinde non immeritò, præmonente Saluatore Matth. 7. 15. *Attendimus ab hiſce falſis Prophetis qui veniunt ad nos* (non miſſi, non vocati) *in veſtimentis ouium* (Reformati Euangelij, libertatis Chriſtianæ, ſolius fidei iuſtificantis, operum bonorum inutilitatis, omnimodæ per Chriſtum præſtitæ ſolutionis, &c.) *intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*, qui nō oues duntaxat Catholicas, verùmetiam ſe mutuò dilaniant; Tantâ fame & rabie preſſi, inuolant hodie Hæreſeωn Miniſtri, Gummariani in Arminianos, Arminiani in Gummarianos, hi rurſum in Vorſtianos, Vorſtiani in Gummarianos: Adolphiſtæ in Verhilliſtas, Verhilliſtæ in Adolphiſtas, Anglo-

Reformati ſe mutuò dilaniant.

Digitized by Google

Anglocaluiniſtæ Proteſtantes, in Puritanos, Purit. in iſtos: Antipuritani in puritanos, Puritani in Antipuritanos &c. Vt non ſemel, rabidos hoſce morſus in Hollandia ipſe oculis mei vidi, atque ante octennium, certi libri, PSEVDO-MINISTERIVM, PSEVDO-REFORMANTIVM dicti, tabellâ, magna ex parte effigiaui.

3. Cui tamen nullus illorum Pſeudo-Reformantium Miniſtrorum hactenus vel minimam obiecit Apologiam, donec ſuperioribus nundinis Francfordianis ijſque Autumnalibus anno 1614. quidam obſcuri nominis & ſciolus Scholæ Lutheranæ poly hiſtor, Nicolaus Hunnius, nugatoriam & dicaculam hanc antimachiam oppoſuit: *Miniſterij Lutherani Diuini, adeoque legitimi demonſtratio, Bellarmini, Stapletoni, Gregorij de Valentia, Gretſ. & Lancelotz Monachi* φλυαρίαι *oppoſita.* Qui liber, condignis calami antidotis, nuper à me eſt honoratus, dum ei CAPISTRVM HVNNIVM obieci.

Nunc ad rem, & Propoſitionis Confirmationem nos referamus, paucis comprehendentes, quod in præfato lib fusè.

4. Quicumq; Prophetæ, Apoſtoli, vel Apoſtolici viri, à Deo ad verbi Diuini miniſterium vocantur & mittuntur, vel immediatè, nulloq; interpoſito cauſarum ſecundarum miniſterio, ab ipſomet Deo vocantur atque inſtituuntur, Diuinæ Maieſtatis eius interpretes ac Legati, Qualiter miſſi fuerunt Moyſes ad Pharaonem, Ierem. Iſaias, Ezechiel, &c. ad captiuitatem Pop. Dei nuntiandam, Captiuorum Conſolationem, &c. Ionas ad concionandum Niniuitis. In nouo autem Euangelio, Apoſtoli, & 72. diſcipuli à Chriſto Dei filio. *Miſſio Dei immediata.*

Digitized by Google

Miſſio Dei mediata.

5. Vel mittuntur mediatè, hoc eſt, hominum quidem miniſterio, (dum videlicet oleo Sacro mittendos inungunt, vel manus Epiſcopales imponunt) Dei autem præcipuâ virtute atque auctoritate: Quo modo Aaron eiuſque filij, mediante operâ Moyſis, in Pontifices & Sacerdotes, iuſſu Dei, ſunt conſecrati. Sic in nouo Teſtamento ſeptem Diaconi, Matthias, Barnabas, Titus, Timothæus, horumque & Apoſtolorum per orbem Succeſſores, non immediatè à Chriſto, ſed mediante Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum electione ac Sacramentali inauguratione, ad Prædicationem Euangelicam ſunt miſſi & cooptati.

Chriſtus expectauit ſuã miſſionem.

6. Adeò vt nec Chriſtus Dei filius *ſemetipſum clarificauerit vt Pontifex fieret*, Hebr. 5.5. (cuius munus eſt, offerre & prædicare) ſed expectauerit, vt Pater ei diceret: *Tu es ſacerdos in æternum*, Pſal. 109.4. &, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite*, Matth. 3.17. & 17.5.

Miniſtri Reformari nec mediatè nec immediatè à Deo miſsi.

7. Atqui neutro illorum modorum, Miniſtri aut vlli prætensè Reformatæ Eccleſiæ Superintendentes veſtri ſunt miſſi, ſed propriâ auctoritate, docendi, tingendique munus aſſumentes, ſucceſſores ſunt iſtorum Pſeudo-prophetarum, de quibus palàm conqueſtus Dominus; *Vaticinantur* (ait apud Ierem. 23.21.) *in nomine meo, non miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos.*

8. Maior propoſitio certa eſt, pateтque ex confeſſione Lutheri in cap. 1. ad Galat. vbi duplicem hanc vocationem diſtinguens: *Alteram* (inquit) *qua Apoſtoli immediatè vocabantur à Deo, alteram qua Apoſtoli ſuos vocarunt diſcipulos, vt Paulus Timothæum & Titum; qui deinde Epiſcopos, Epiſcopi ſuos Succeſſores vocarunt.*

vocarunt. Ea vocatio durauit vſque ad noſtra tempora, & durabit vſque ad finem mundi, eſtque mediata, quia per hominem, & eſt tàmen Diuina, ex Diuinâ Ordinatione.

In minori maior eſt difficultas:

9. Priorem ergo eius partem demonſtro, videlicet non eſſe à Deo immediatè vel extraordinariâ viâ, Miniſtros aut Superintendentes veſtros miſſos: Quotquot enim immediatè à Deo legimus miſſos, vel longè antè prænuntiati fuerunt, vel certis Miraculorum argumentis, ſuũ munus confirmârunt, adeò vt nec D. Ioannes Baptiſta, ſine multis circa ſuam perſonam editis prodigiis, nec D. Paulus abſq; ſupernaturali Chriſti (à quo proximè vocatus) apparitione, ſuam exorſi fuerint prædicationem.

Reform. miniſtri nõ mittuntur à Deo immediatè, Probatur.

Iam verò Reformantium vel Geuziorum Miniſtrorum aduentus, à Iuda Apoſtolo eſt quidem prædictus, at ſub ratione damnabilis illuſionis: *In nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundùm deſideria ſua ambulantes.*

10. Si de miraculis, quibus ſuam comprobent miſſionem, agatur, nullum habent, vt latiùs ſuprà demonſtratum eſt, *Quare 6.* aut ſi habetis, producite, deſideramus enim ô Magiſtri Reformantes Luthere, Caluine, Muſcule, Bréti, Zwinglie, Oecolampadie, Beza, Hermanne, Illyrice, Spangenbergie, Danæe, Dathene, &c. à vobis ſignum videre; deſiderauit & ſuo tempore Tertul. l. de Præſcript. dicens: *Probent ſe nouos Apoſtolos eſſe, dicãt Chriſtum iterum deſcendiſſe, iterum deſcendiſſe, iterum docuiſſe, eaſdem edant virtutes & ſigna. Verùm hi noui Apoſtoli, priſcos Apoſtolos in peruerſum æmulãtur; illi enim de mortuis viuos faciebant, iſti de viuis mortuos faciunt.* Quod vltimum

Nullis claris miraculis Reformantes Miniſtri.

Pſeudomiracula.

Digitized by Google

vltimum in ſuſcitando Brulleo, Caluino contigiſſe auctor eſt Hieronym. Bolſecus in vita Caluini ca. 13.

11. Sic Confœderatus & ſingularis amicus veſter Eraſm. Rotterod. eoſdem Pſeudo Euangelicos Buccinatores notans, De lib. Arbitr. *Nullus, ait adhuc illorum extitit, qui vel equum claudum ſanare potuerit.* Quod mirum eſt veritatis teſtimonium ab Eraſmo potuiſſe dimanare quandoquidem tanta ei cum Reformati Euangelij Rabbinis interceſſerit neceſſitudo, vt in ore omnium poſitum hoc fuiſſe prouerbium, Staniſlaus Hoſius dicat; AVT ERASMVS LVTHERIZAT, AVT LVTHERVS ERASMIZAT.

Eraſm. deridet Pſeudo-euangelicos.

12. Poſterior etiam Minoris Propoſitio. pars probatur; quicunque enim mediatè mittuntur à Deo, per manuum impoſitionem, ab Epiſcopis mittũtur, vti ex variis conſtat Script. Actor. 13. 3. *Miniſtrãtibus autem illis &c. tunc ieiunantes & orantes, imponenteſq; eis manus, dimiſerunt illos.* Et 1. ad Timoth. 4. 14. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt: quæ data eſt tibi per Prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterij*, id eſt, Epiſcoporum, qui vnà cum Principali Ordinante, manus imponebant Capiti Ordinandi, vti exponunt in eum locum D. Chryſoſtom. & Theophyl.

13. Quinimo ipſemet Caluinus libr. 4. Inſtit. ca. 3, §. 16. hanc imponendarum manuum neceſſitatẽ confitens, *Licet nullum*, ait, *extet præceptum de manuũ impoſitione, quia tamen fuiſſe in perpetuo vſu, Apoſtolis videmus; illa tam accurata eorum obſeruatio, præcepti vice nobis eſſe debet,*

Cal. dicit in hac Ordinatione eſſe neceſſariã manuũ impoſitionem per Epiſcop. faciẽdam.

Hanc verò manuum impoſitionem, ſeu Ordinationem non à quibuſuis; at ſolis Epiſcopis fieri ſolitam,

Digitized by Google

ſolitam, his verbis agnoſcit.

Hoc poſtremò habendum eſt, non vniuerſam multitudinẽ manus impoſuiſſe ſuis Miniſtris, ſed ſolos Paſtores. Quos videlicet Caluinus habet pro Epiſcopis, ſicut Miniſtros pro noſtris presbyteris.

14. Hac miſſione carent omnes Superintendentes ac Miniſtri Eccleſiæ prætenſe Reformatæ, quum à nullis Epiſcopis (quibus etiam legitimè non ſuccedunt) manuum acceperint impoſitionem Sacramentalem & neceſſariò requiſitam.

Geuziј Superintendentes & Miniſtri defectu impoſitionis manuũ Epiſcopalium nõ ſunt legitimè miſſ

Scio Lutherũ, Zwinglium, Caluin. Bezam, & alios quoſdam Apoſtaticos Sacerdotes, cum manuum Epiſcopi impoſitione, olim legitimè miſſos in ſuis perſonis fuiſſe ab Epiſcopis : At quo verbi Diuini miniſterio, cum officio Sacramenta diſpenſandi, ab Eccleſia Rom. recedentes ſunt priuati.

15. Nec verò vllam alios mittendi poteſtatem vnquam habuerunt, Quum Eccleſia Rom. quæ ipſos Presbyteros creauit, non ſoleat illam ſimplici Presbytero in Ordinatione dare. Ideoque tam ipſi quàm alij omnes ab illis miſſi, legitimâ miſſione carent, etiamſi per laicam quandam, ideoque falſam, illegitimam, non authenticam & inefficacem manuum impoſitionem, plurimi Caluiniſtæ, & in iis maximè miniſtri Vltraiectini nuper Reformati, hodie mittãtur. Quod enim in radice eſt vitiatum, & à principio nihil fuit, progreſſu temporis rectificari nequit nec poteſt hic præſcriptio iuridica habere locum, quippe vbi expreſsè Dei verbum, ac præceptum violatur. Nulla ergo eſt, niſi illegitima, falsò prætenſa, & ſubreptitia omnium Geuziorum, ac Reformatæ, in vniuerſum, Eccleſiæ

Reformatio Vltraiectina.

Eccleſiæ Miniſtrorum miſſio, nulla vocatio.

Scrupulus Reformati.

16. Miſſi ſunt Miniſtri noſtri, hodieque mittuntur immediatè, atque extraordinariè à Deo, ſed abſque miraculis, quæ in prima quidem fundatione, requiſita fuerunt, ſed non in Deformatæ conſtupratæque Eccleſiæ inſtauratione per eos facta. Vnde Doctor. Cal. li. de vera Eccleſ. reform. ratione; *Deus excitauit ſuo ſpiritu Prophetas & alios miniſtros, qui collapſam, dirutamque Eccleſiam reſtituerent*; ſic eis dictante ſpiritu peculiari.

Reiectio.

Omniũ malorũ & Hæreſeon ſator, eſt ſpiritus reuelans.

17. Vah ſtolidum Cauillum, quum nemo tam fuerit improbus Pſeudo-propheta, (etiam Simon Magus) qui hunc non iactauerit Spiritum Diuinum: Vnde non minorem illis quàm vobis dare poſſum fidem. Hoc quoque ſæculo, quod promptiùs, blaſphemiis ſuis, impij Anabaptiſtæ, Trinitarij, Seruetiani, Stancariani, Neoariani, &c. argumentum affingunt, quàm Spiritus reuelantis dictationem? Plura deprome ex noſtro Pſeudoministerio Pſeudoreformantium, & capiſtro Hunnio.

Parenesis.

AD OMNES NOVATÆ AC PRETENSE REFORMATÆ ECCLESIÆ Miniſtros, & Geuzas.

Ex D. Auguſt. l. 13. contr. Fauſt. cap. 5. & 6.

Ergo cum nec Scripturarum auctoritas, nec miraculorũ poteſtas, nec morum ſanitas, nec rationis veritas vos aſſerat, ABITE CONFVSI, REDITE CONFESSI.

LXXV.

LXXV. QVARE, De Matrimonij Sacramento.

GEVZA REFORMATVS.

Quare aſſeritis nudum ciuilem contractum Matrimonij, eſſe Sacramentum?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Matrimonium contractum inter fideles eſt verum & proprium nouæ legis Sacramentum, gratiam conferens ex opere operato, quamuis Script. hoc clatè non demonſtret, ſicut nec illud, quæ ſit vera Scritura, & genuina eius interpretatio: Ad vtrumque interim nobis ſufficere debet numquam interrupta traditio, & auctoritas Eccleſiæ, quæ eſt veritatis columna.

Cal l.4. Inſt. c.19.§ 34. Luther. l. dē captiuit. Babylo. c. de Matrim. & Geuza.

Matrimoniū Chriſtianorū eſt verum Sacramentum.

2. Probatur verò ex Script. QVIA Epheſ.5.32. *dicit D. Paulus, Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Cuius ſenſus eſt; Hoc, quod homo relinquet patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, eſt magnum myſterium; Quod ego interpretor in Chriſtum & Eccleſiam, quia ſignificat Coniugium Chriſti & Eccleſiæ, ita vt ratio myſterij non vnioni Chriſti & Eccleſiæ, ſed Matrimonio tribuatur: Nunc ſubſumo: Atqui Coniugium Chriſti & Eccleſiæ, eſt per gratiam & charitatem, ergo omnino neceſſe eſt, vt etiam fidelium Chriſtianorum Matrimonium habeat ac det gratiæ ſanctificationem, alias non aptè poſſet Chriſti cum Eccleſia Connubium ſignificare.

3. Pro-

Digitized by Google

3. Propoſitioni ratio ſuffragatur, Matrimonium quippe Chriſtianorum iniicit vinculum inſolubile cum vna vxore, atqui ad tale vinculum tolerandum, opus eſt gratiâ Diuinâ, quam proinde confert, nam in neceſſariis Deus non deeſt; Nec verò vnquam rem adeò difficilem ſine auxilio gratiæ inſtituiſſet, alioqui Lex noua, veteri durior eſſet, quippe quæ libellum Repudij, cũ Polygamia, permittebat.

RESPONDEO ET DICO II.

Matrimoniũ in ſolubile quoad vinculum.

4. Matrimonium fidelium conſummatum, nullo modo ſolui poteſt quoad vinculum, ita vt liceat aliud inire, quicquid in contrarium dictent Acta non ſanctæ, ſed impiæ Synodi Geneuenſis 13. Nouemb. 1561. edita in quibus permittitur fœminæ, vnius anni ſpatio, à viro ſeparatæ, eoque ſuperſtite, ad ſecundas nuptias tranſire. O bellam & Scripturæ iniuriam Reformationem veſtram, Dominus enim ſeorſim & clarius Apoſtolis explicans quod dixerat Phariſæis, ait Marc. 10. 11. & 12. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam.*

Geneuenſis decreta impia.

Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Quibus verbis Dominus vniuerſaliter dicit, adulterium eſſe, priore dimiſsâ, aliam ducere vxorem, ergo per dimiſſionem non fuit ſolutum Matrimonij vinculum.

Obiectio.

5. Hæc verba intelligenda ſicut alia apud Matthæũ cap. 5. 32. & c. 19. 9. *Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, exceptâ fornicationis cauſâ, facit eam mœchari;* Item, *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur:* vbi Dominus excipit

cipit cauſam fornicationis, ergo etiam hęc exceptio in illis intelligitur.

Spongia.

Exceptio illa (*Exceptâ cauſâ fornicationis*) non habet difficultatem, reſpicit enim iſtam partem; *Qui dimiſerit vxorem ſuam*, ita vt cauſa iſta licitam faciat dimiſſionem ſed non ſecundas nuptias dimittentis vel dimiſſæ.

LXXVI. QVARE,

De Matrimonio filiorum diſſentientibus parentibus inito.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ docent validum eſſe Matrimonium, quod diſſentientibus parentibus contrahitur à filiis & filiabus? *Cal. l. 4. Inſt. c. 1. §. 37 Hugonotta & Geuza.*

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO: Catholici duo hic docent.

Primò, filios & filias teneri in delectu Matrimonij, ſequi conſilia Parentum, maximè quando non habent iuſtam cauſam à voluntate parentum diſſentiendi; eaque graui nititur ratione, vt ſæpè contingit in Principum coniugiis, Ratio eſt, tum quia parentes ſunt prudentiores, tum quia ipſorũ intereſt ſtatuere, quos affines filius ipſis debeat aſciſcere. Proinde vt licitè honeſtéque matrimonium contrahatur, Parentum requiritur conſenſus. *In delectu Matrimonij filij tenētur Parentum cõſilia ſequi.*

2. Secundò, docent Romano-Catholici, Parentum *Abſque con-*

ſenſu Parentum matrimonia ſunt valida.

rentum conſenſum non eſſe abſolutè neceſſariũ, ad eſſentialem Matrimonij valorẽ, QVIA id S. Scripturæ exemplis,& ratione naturali clariſſimè comprobatur. An non Eſau Gen. 26. 34. & 27. 46. iam quadragenarius duxit vxores Iudith & Baſemath Hethæas, inuitis parentibus, quas tamen Script. ſemper vocat vxores? An non ſanctiſſimus Patriarcha Iacob, duas ancillas Balam & Zelpham parentibus omnino inſciis, duxit in vxores, Gen. 30. 4. & 9. Id non facturus, ſi iudicâſſet neceſſariũ eſſe parentum conſenſum? An non Tobias iunior, inſciis Parẽtibus, duxit vxorem in terra aliena, Tobiæ 7. 15. Nec tamen Angelus Raphael qui cum ipſo erat, eum admonuit vt parentum conſenſum expectaret?

Matrimoniũ perficitur mutuo conſenſu Perſonarum habilium.

3. Ratio fundamentalis eſt, 1. QVIA Matrimonium perficitur mutuo conſenſu perſonarum ad contrahendum habilium, liberumque arbitrium, cum ſufficienti diſcretione habentium: proinde eſſentialiter non eſt neceſſarius parẽtum conſenſus: maximè quia vocatio & ſtatus pendent à Deo, non voluntate parentum: ideoq; nec ipſi, nec magiſtratus, huiuſmodi coniugium irritare poſſunt, quicquid obſtrepat miſellulus literator D. Eraſm. Rotterod. Colloq. de Matrim. qui vix labris Theologiæ Sacræ fontes quum delibâſſet, audaciùs tamen, vti ſutor vltra crepidam, in hæc, & ſimilia ſibi inhoſpita ſe ingeſſit argumenta.

Miſellulus literator Eraſmus Roterod.

4. Secundo non ob aliam cauſam requiri videtur parentum cõſenſus, quàm vt maturiùs & prudentiùs coniugium ineatur: at ſi nec ipſi Parentes prudenti conſilio, ad filiorum Matrimonia cõcurrant, nihilominus in foro fori & animæ valent.

Denique

Digitized by Google

Denique vt ad hominem argumenter contra Caluin. Si Sacerdotibus conſecratis licita ſint cõiugia, quia Apoſt. Hebr. 13. ſine exceptione pronũtiat, honorabile eſſe coniugium in omnibus, profectò etiam honorabiliora erunt coniugia filiorũ & filiarum, iniuſſu Parentum contracta, quæ tamẽ ipſe damnat, l. 4. Inſtit. c. 19. §. 37.

Obiectio.

Conſenſus hic non eſt plenus, quum ita filij ſubiiciantur parentibus, vt ius non habeãt de ſtatu vitæ ſuæ diſponendi, ergo inualidum eſt tale Matrimonium.

Spongia.

Ad quid filius obligetur parentib.

5. Filius quidem Patri obedientiam debet ac reuerentiam; tamen quando vſum habet lib. arbitrij, ſui iuris eſt ac liber; non minùs quàm Pater in his quæ ad vitæ ſtatum pertinent; vnde & inuitis Parentibus, ingredi poteſt Religionem: diſponit enim de re ſua, non aliena.

Sic coniugium ſeruorum inuitis Dominis ratum eſſe Theologi ac Canoniſtæ docent, quum ius gentium, quo ſeruitus eſt inducta, nõ potuerit auferre, quod ius naturæ conceſſit; Multò ergo magis coniugium filiorum inuitis Parentibus contractum erit validum, quum maior ſit ſubiectio ſeruorum ad Dominos, quàm filiorum ad Parentes.

LXXVI. QVARE,

De excellentia Virginitatis ſupra Matrimonium.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. in Epithalam. Cal. in med. ſerm. 9. in 2. c. 1. ad Timot & ſub medio ſerm. 2. in c. 4. eiuſdem epiſt. & l. 4. Inſt. c. 12. §. 27.

Quare Papiſtæ Virginitatem præferunt Matrimonio quum hoc dicant eſſe Sacramentum, ſtatus verò cœlibum non ſit tale, ſed tantum ſæculare quiddam, terrenum, & quaſi lutum?

ROMANO-CATHOLICVS.

Virginitas ſuperat Matrimonium.

1. RESPONDEO ET DICO, Virginitatem multis paſſibus præcedere Matrimonium QVIA eam Saluator, Apoſtolus, & ratio in Scriptur. fundata, ſtatui præferunt Coniugatorum.

Primò enim Saluator Matth. 19, 11. & 12. quum dixiſſet *non licere alicui ſuam dimittere vxorem, exceptâ fornicationis cauſa*, diſcipuli hoc audito, graue admodũ exiſtimãtes onus matrimonij, ob vinculum illud indiſſolubile, dixerunt: *Si ita eſt cauſa hominis cum vxore*, (videlicet vt non niſi ob vnam cauſam liceat dimittere, nec aliam liceat ducere) *non expedit nubere.* Quibus ſtatim Chriſtus ſubiintulit; *Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.* Illud autem verbum ab omnibus captum, explicat, dicens: *Sunt Eunuchi &c. qui ſeipſos caſtrauerunt propter Regnum cœlorum*, videlicet per voluntariam & perpetuam continentiam. Et quia non omnes hoc capere poſſunt, ne aliquem cogere videretur, in cuiuſque arbitrio illud reliquit, dicens: *Qui poteſt capere, capiat.*

Digitized by Google

2. Quibus verbis clarè patet, virginitatem Matrimonio præferri: Illud enim quod paucorum vires aſſequi poſſunt, eſt excellentiùs eo, quod tam facilè eſt, vt omnium vires capeſſere poſſint: Caſtitatem verò maximè virginalem, atque ab omni ſpecie coitus abſtinentiam, pauci aſſequi poſſunt (non enim *omnes hoc capiunt*) Omnes verò, quibus integra eſt natura, facilè coire poſſunt, ergo caſtitas excedit.

Secundò conſonat Paulus, qui virginitatem præferens nuptiis, 1. ad Corinth. 7. 38. *Igitur, & qui Matrimonio* (inquit) *iungit virginem ſuam, benè facit: & qui non iungit, melius facit.* Quid adhuc contrà Iouinianiſtas & Caluiniſtas egemus teſtibus? poteràtne expreſſius aliquid pro virginitatis excellente præeminentia proferri?

3. Certè paulò poſt viduam præferens nuptæ, *Beatior*, inquit, *erit* (videlicet in futura vita) *ſi ſic*, id eſt, innupta *permanſerit*; *puto autem quod & ego Dei ſpiritum habeam*, ſup. verſ. 40 vbi D. Paulus indubiè ſupponit Cœlibatum eſſe poſſibilem, quomodo enim ad id quod ſimpliciter eſt impoſſibile, hortetur Dei conſiliarius? De quo plura ſuprà *Quæſt.* 73. *Cœlibatus nō eſt impoſſibilis ex D. Paulo.*

4. Aſtipulatur & ratio Dicto noſtro, tum QVIA virginitas hominem fundendis precibus reddit aptiorem: puriorem, ac liberiorem, quàm eũ qui procreandis liberis dat operam (nam & Apoſtolus vult Coniuges ad tempus abſtinere à congreſſu carnis, mentem diſtrahente, vt rationi vacent) tum quia Paulinis argumentis inſiſtendo, virgo, Domino, maritus, vxori placere ſtudet: *qui cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi & diuiſus eſt: mulier vero innupta, & virgo, cogitat quæ Domini ſunt, vt* *Cœlibatus magis eleuat*

Digitized by Google

mentem ad Deum.

ſit ſancta corpore, & ſpiritu; nec verò diuiſa eſt, nam qui, vt ipſa, Deo inhæret, vnus ſpiritus efficitur cum eo, cui ſoli placere cupit, quum maritatus, quaſi in duas ſecetur partes, vnam quâ Deo optat placere, ſi modò optet, alteram verò, quâ vxori.

Virginitas adducit ſecum multas virtutes.

5. Tum denique hoc conuincit multitudo virtutum quas ad ſui ſuſtentationem VIRGINITAS requirit.

Primò Virginem oportet abſtemium eſſe quum luxurioſa res ſit vinum.

Secundò humilem, virgo enim elatior, euidenti lapſus exponitur diſcrimini.

Tertiò obſeruantem ſermonis, viſus, auditus, tactus, &c. per quos ad cor hominis ingreditur Venus.

Quartò intentum operi.

Quintò iugiter ſui mortificationi incumbentem.

Sextò religioſè deuotum.

Iam verò quomodo non nobilior illa cenſebitur Virginitas, cui multò plures quàm ſtatui Matrimoniali, deſeruiunt virtutes?

Puluiſculus Geuzius.

Matrimonium eſt Sacramentum conferẽs gratiam ex opere operato, non ſic Virginitas, ergo eſt ignobilior.

Reiectio.

6. Primò hæc ratio non militat apud pretensè Reformatos, quippe qui coniugio non attribuunt dignitatem Sacramenti.

Secundò ſi agas de actu Sacramentali contractus Matrimonialis, fateor modum conferendæ gratiæ, videlicet ex opere operato, eſſe nobiliorẽ,

quum

quum emiſſio voti Caſtitatis eam duntaxat producat ex opere operantis. Secus ſi ſtatum cœlibẽ contuleris cum Coniugali, nam præter cætera impedimenta, Coniugalis annexam habet coniunctionem carnalem, quæ (vt punitio & ſignũ primæuæ noſtræ in Paradiſo rebellionis) & ex ſe tam fœda eſt, vt egeat Sacramenti ſanctitate, quâ ſanctificetur, & animum hominis ad inferiora deprimat, vt minus idoneus ſit cœleſtia meditari ac cõtrectare.

LXXVIII. QVARE,

De ſtatu Monachorum.

GEVZA REFORMATVS.

Quare non, vt inutilia Reip. Chriſtianæ membra; expellitis tonſuratos Monachos, friuola quædam votorum Conſilia, quæ non ſunt præcepta, in iuuenili ætate, inuitis parentibus amplectentes, atque ex ocioſa mendicatione, ſine manuum labore victitantes? *Hæretici, Reformati, & Geuzæ omnes*

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET QVÆRO à te, Bone vir, vt ſepoſitâ paſſione ediſſeras, quid vobis nocumenti dederint Monachi, vt Caluinus li. 4. Inſtitut. cap. 13. §. 14. & 15. eos vocet, Sophiſtas cucullatos, Eccleſiæ Schiſmaticos & Diabolo Deuotos: Monaſtica vota, dæmonis retia non vereatur appellare? Quid quod Lutherus tertio quoque verbo Monachatum, quem Apoſtaticè deſeruit, laceret, atque ad exemplum Sodomæ & Gomorrhæ, Monaſtica loca eradicari, extingui, aboleri, igne & Sulphure cœleſti optet demergi, *Monachis maledicunt Caluinus, Lutherus,*

 libr.

lib.de vot.Monaſt.An non vterque eiuſdem maledicentiæ habuit conſortem Philippum Melanchthonem artic.de voto? An non Centuriatores capite 10. Centur. 4.? Quid quod inauditis & infandis tormentis, ac mortis diuerſiſſimis generibus, etiam Turcicam barbariem exuperantibus, per Angliam, Scotiam, Hiberniam, Galliam, Germaniam & deplorandum Belgium noſtrum, maximè Hollandiam, & Zeelandiam, terrâ marique monachalem Chriſti gregem affeceritis?

Melancthon.

Centuriatores.

Geuze.

2. Dicito, ſodes quid vobis Monachi rapuerunt? quid vobis debent? vel quid non illis vos potiùs debetis? An non Angliam imprimis (vt innumeras alias taceam Orbis plagas) Chriſti fide & ſalutaris vitæ normâ, Monachi imbuerunt? An non idololatricas Superſtitionum, infidelitatis, atque abominabilis vitæ tenebras, ab Indis hodie Monachi diſpellunt? An non Perſiæ, Inſulæ S. Thomæ, Malabrum, aliorumque confinium Regnorum conuerſioni, Patres Auguſtiniani, ſub fæliciſſimis auſpiciis Reuerendiſſimi atque Illuſtriſſimi Patris noſtri F. Alexij de Menezes, quondam Archiepiſcopi Goæ & totius Orientis Primatis, poſtea verò Luſitaniæ Proregis, inſudant, quinimò & Babyloniam huius rei ergo ſunt ingreſſi? Idem alij faciunt Religioſi.

Monachi conuerterunt Angliam.

Patres Auguſtiniani Perſiam, Malabares, &c. conuertunt.

3. An non dum tu, tuique ſimiles fœdiſſimorum carnis peccatorum alto ſomno ſepulti, propriæ ſalutis incurij, & inferno proximi, mediâ nocte in lectis iacetis; eodem & antelucano tempore, viri Religioſi, de veſtra ſalute ſolliciti, iugi Diuini officij, Pſalmorumque pœnitentia-

Monachi de nocte Deum Pep. propitiũ exorant.

tentialium decantatione, obſecratione, genuflexione, humicubatione, meditatione, ſuſpirio, & lachrymarum profuſione, Deum vobis propitiũ exorant?

4. Profectò ſi ſaperetis, Monachorum gregi ingentes potius gratias refundere deberetis, ex quo vel potius, quorundam Monaſteriorum abuſu, tot à vobis aſſerti, & cum oſculo acceptati, noui, (ſi Diis placet) Prophetæ, Euangeliſtæ, atque illuſtres verbi Reformati buccinatores, (imprimis autem omnium veſtrum grandæuus Pater, Martinus Lutherus MONACHVS EXCVCVLLATVS, GERMANIÆ PAPA, REFORMATIONIS APOSTOLVS ET TERTIVS ELIAS) velut ex equo Troiano prodierunt.

Cæterùm quia Monachum tetigiſti; Monachus ego pro Monacho, & Monachatus dignitate ac iure, obiectis inſequentium Propoſitionum vmbonibus, tecum ſingulariter in arenam deſcendere decreui. Igitur.

RESPONDEO ET DICO II.

5. QVIA Monachorum inſtitutum non eſt nouum, ſed multò, Quinto Euangelio veſtro, antiquius, immo in veteri lege expreſſum, ſed Apoſtolorum tempore perfectum: An non Elias, Heliſæus, & filij Prophetarum, ſine vxoribus & diuitiis in hoc mundo vixerunt? *filij Prophetarum* (ait Hieronym. Epiſtol. ad Ruſtic.) *quos Monachos in veteri Teſtam. legimus, ædificabant ſibi caſulas, prope fluenta Iordanis: & turbis vrbium derelictis, polentâ & herbis agreſtibus victitabant.* An non Nazaræi Num. 6. adinſtar Monachorum noſtrorum, totos ſe

Monachatus eſt antiquiſſimus.

cultui Diuino conſecrabant? Quid memorem Ioannem Bapt. omnium fere Patrum calculo, Monachorum Principem, teſte Chryſoſtom. homil. 1. in Marcū? Quid Apoſtolos ipſos, verè & eſſentialiter primos Monachos Chriſtianos, in cōmuni pauperem, obedientem, & ab vxoribus (ſi qui eas ante Chriſti vocationem habuerint) continentem vitam ducentes?

Apoſtoli vocati renuntiârunt vxoribus.

6. Quod poſteriùs addo, quia niſi vxorum vſui renunciaſſent, non potuiſſent, completè dicere, *Ecce nos reliquimus omnia*; hanc enim completionē, Chriſtus ſtatim explicat dicens: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut Sorores, aut Patrem, aut Matrē, aut vxorem &c.* Matth. 19. 27. & 29. Nec abſolutè dicere potuiſſent; *Et ſecuti ſumus te*, niſi eius conſilium ſecuti, *ſe caſtraſſent propter Regnum Dei.* ſup. Horum autem exemplo cœpiſſe Religiones docent Patres, maximè D. Auguſt. de Communi vita Clericor. Sanè D. Dionyſ. S. Pauli diſcipulus epiſtolā ſcribit ad Demophilum Monachum: & in libr. de Eccleſ. hierarch. cap. 6. prolixè explicat Monaſticę profeſſionis formam. Hos ergo ſecuti ſunt D. Auguſt. Benedictus, Bern. Dominicq. Franciſcus, aliique doctiſſimi viri.

RESPONDEO ET DICO III.

7. Rectè Monachi vouent quædam opera bona, quæ à Deo quidem non ſunt imperata, ſed demonſtrata, & tamquam meliora commendata, vulgò perfectionis Euangelicæ conſilia dicuntur; videlicet OBEDIENTIA, CASTITAS, ET PAVPERTAS. Priorē partem facilè concedet quiſquis nec ſiniſtrâ paſſione, nec animo vim inferendi,

Probantur vota Monachorum, & opera bona, licet non præcepta.

Digitized by Google

di, illum diſpexit Scripturæ locum, vbi à Chriſto, dicitur Adoleſcenti Matth.29.21. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis Theſaurum in cœlo:* Quæ verba non ſonare præceptũ, patet ex contextu verborum: Interroganti enim; *Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* Dominus dixit; *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Vbi apertè demonſtrat obſeruantiam Mandatorum ſufficere ad ſalutem: Deinde verò ſubiungit: *Si vis perfectus eſſe*, id eſt, ſi non es contentus ſolâ vitâ æternâ, ſed ad excellentem aliquem gradum Beatitudinis aſpiras; *Vade, vende quæ habes*, ſic enim copioſam habebis mercedem.

8. Nec verò tenebatur perfectus eſſe ex præcepto, quia ſcriptum eſt Matth.5.48. *Eſtote perfecti:* nam varia ſunt genera perfectionis; quædã enim eſt perfectio, quæ præcisè neceſſaria eſt ad ſalutem, quæ conſiſtit in plena Mandatorum Dei obſeruatione: & hanc hoc in loco Dominus requirit. Quædam eſt perfectio maior, quæ neceſſaria eſt, non ad ſalutem ſimpliciter, ſed ad eminentiorem gloriæ gradum in cœlo, quæ conſiſtit in obſeruantia Conſiliorum, neque eſt præcepti; ita vt Adoleſcens ad eam aſpirare non teneretur. *Varia ſunt genera perfectionis.*

Poſteriorem partem ſimiliter probo.

I.

OBEDIENTIA RECTE VOVETVR.

9. Ratio eſt: QVIA conſilium perfectionis eſt, ſequi Dominum, perfectè ſeipſum abnegando, Matth.16.24. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Atqui perfecta hæc Domini ſequela, quæ in perfecta Obe-

dientia conſiſtit, neceſſariò includit votum, vt non poſſit retrocedere, neque enim eſt perfecta abnegatio, alteri ad tempus obedire, & poſteà non obedire.

II.

CASTITAS RECTE VOVETVR.

Quid ſignificet, virum non cognoſco?

10. Planè id Deipara Virgo MARIA commonſtrat Luc. 1.34. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Hiſce enim verbis ſignificat ſe certo ligari impedimento, quo minus filium concipere & parere poſſit, quod aliud non potuit eſſe, quàm votum continentiæ iam emiſſum, quum illud *Virum non cognoſco,* non ſignificet, Actu non cognoſco (potuiſſet enim reſponderi: Etſi iam de facto non cognoſcis, tamen paulò pòſt cognoſces) ſed, Prohibeor cognoſcere; Cuius prohibitionis nulla alia reddi poteſt ratio, quàm votum, virum ſiſiquidem iuuenem, & liberis procreandis aptum habebat, nec aliâ quàm voti lege, cognoſcere vetebatur.

III.

PAVPERTAS RECTE VOVETVR.

11. QVIA id omne rectè Deo vouemus, quòd ex eius Teſtimonio ſcimus eſſe bonum, illique gratum, ſed paupertas voluntaria eſt bona, Deoque grata, vt patet Sup. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes:* rectè ergo paupertas Deo vouetur. Simile argumentum pro duorum præcedentium votorum confirmatione poteſt formari.

RESPONDEO

RESPONDEO ET DICO IIII.

IVniores modò ſufficienti ætate, ac liberi arbitrij inſtructi ſint vſu, poſſunt Monachalis vitæ emittere vota, etiam parentibus inuitis. An non id ſuo exemplo docuit Deipara virgo, quæ Adoleſcentula, perpetuæ continentiæ emiſit votum? An non D. Ioannes Baptiſta, S Paulus Eremita, Antonius, Tecla, Agnes, Cæcilia, &c. omnes in adoleſcentia, vel Monachi facti, vel continentiæ Votum amplexi?

Iuniores poſſunt vouere inuitis parentibus.

12. Nec verò in hoc, à Parentum conſenſu, eos dependere (niſi ipſi abſque filiorum auxilio viuere non poſſent) oſtendit Moyſes, qui laudans Leuitas, quod parentes & fratres deſeruerint, vt Deo liberiùs vacaret: *Qui dixit*, inquit, *Patri ſuo & matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis, ignoro illos: hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt*, Deuter. 33.9. vide ſuprà *Quære 76. in ſolut. obiectio.*

RESPONDEO ET DICO V.

NON caret ſolido & honeſto fundamento, circumgeſtatio habitus & tonſuræ Monachorum, vt latiùs ſup. *Quære 72.*

RESPONDEO ET DICO VI.

NON tenentur Monachi pluſquam ſæculares, ad victum, labore manuum, acquirendum, niſi quis per laborem manuum, intelligat operationem corporalem, quæ vel manibus, vel linguâ, vel pedibus fiat. Poſſunt verò licitè viuere ex mendicatione, vt non immeritò quidam vocentur religioſi *Ordinum mendicantium.*

Monachi non tenentur ad laborem manualem.

Primam partem hac ratione conuinco, QVIA labor

labor manualis vel eſt præcepti, vel conſilij: Si priùs dixeris, ergo omnes etiam ſæculares obligat, ſi Chriſtus omnibus dicit, ſeruanda mandata ſi velint ad vitam ingredi. Si conſilij, ergo nec tunc laborare manibus tenentur, quum Religioſi conſilium illud non receperint, nec ad omnia conſilium, ſed ad ea tantùm, in quæ liberè cõſenſerint, obſtringantur.

Religioſi non ſunt ocioſi.

14. Secunda pars confirmatur, quia ſicut curſores, vigiles, inſpectores operum, mercatores, Aurigæ, dicuntur manibus laborare, quum corporaliter duntaxat exerceantur, pedibuſque non minus quàm manibus vtantur; ita & Religioſi qui concionantur, docent, confeſſiones audiunt, publicè in choro pſallunt, Tractatus Theologicos, Lucubrationes Concionum, fidei Controuerſias, &c. in lucem edunt, planè manibus laborare dici poſſunt. Non ergo inutilia Reipubl. membra ſumus, vt contentioſè allegas; ſed tuos Miniſtros eſſe, facilè eſt demonſtrare, vel ipſâ experientiâ teſte.

Monachi licitè mendicare poſſunt.

15. Tertia denique pars certa euadit ex tota vitâ & conſilio Chriſti. Vita, quia ſicut natus eſt in domo aliena, vixit in domibus alienis, vſus eſt iumento alieno, ſepultus ſepulchro alieno; ita etiam victitauit ſubſtantiâ alienâ: vtputa Matthæi, Simonis Leproſi, Marthæ, Zacchæi, &c. vnde illud Luc. 8. 3. *Mulieres aliquæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.*

Conſilio, quia adoleſcenti conſuluit ſui imitationem in mendicando, dicens ſup. *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, &c. & veni, ſequere me.*

Obiectio I.

16. Luc. 17. 10. Chriſtus mandat Apoſt. ſuis vt dicant,

cant, *Serui inutiles ſumus, & quæ debuimus facere, fecimus,* ergo nulla opera ſunt libera, ſed omnia præcepta.

Spongia.

Infideliter (ſicut & Diabolus Matth. 4.) agis, Geuza, in textus citatione, omittens ea verba quæ ſolutionem inuoluunt: dicit enim: *Quum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus* (Deo nihil vtilitatis afferentes) *quod debuimus facere, fecimus.* *Quomodo ſimus ſerui inutiles.*

Obiectio II.

Seruus quicquid eſt, Domini eſt, ergo & nos non liberi, ſed Dei ſumus.

Spongia.

17. Seruus quicquid eſt, & quicquid agit, in Domini lucrum cedit: non tamen inde ſequitur quod quicquid agit, ex debito agere teneatur, quid enim ſi aliquid de ſibi conceſſo ſomno velit ſubtrahere, vt pro Domino ſuo aliquid agat; nonne plus aget, quam agere teneatur? Planè agit. *Non quicquid agit, ſeruus, ex debito agere tenetur.*

Obiectio III.

Apoſtolus Epheſios cap. 4. 28. monens: *Magis autem* (inquit) *laboret, operando manibus ſuis,* Ergo Monachi, ne diffluant torpore, fortiter debent manibus laborare.

Spongia.

18. Etſi argumentum hoc parum iuuet aduerſarios noſtros, Monachorum Inſtitutum, temporibus Apoſtolorum extorquentes: Reſpondeo tamen, Apoſtolum non præcipere abſolutè vt operentur, ſed ad euitandum furti, &c. malum; vnde ait: *qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis*, Ergo ad laborem manualem non

non obligantur, qui ſibi abſque furto de victu proſpicere poſſunt: quales ſunt Religioſi.

Obiectio IIII.

Dominus mandat in Deuter.15.4. *Non erit mendicus inter vos*, ergo Monachi Mendicãtes ſunt propellendi, ſicut nos vbique facere nus ſolemus.

Spongia.

Hæretici oderunt Monachos tanquã canes latrantes.

19. Scio vos paſſim Monachos pias & doctos, tã quam canes latrantes, propellere, perſequi & occidere ſolitos: verùm quo iure, quâ æquitate id feceritis, & ſiticuloſas muſcas in eorum monaſteria immiſeritis, nunquam docuiſtis, nec vel in ſpeciem quidem, docere potuiſtis. Non iuuat vos Deuter. 10. locus allegatus, quippe in quo (alio diuerſiſſimo ſenſu) tanta rerum à Deo promittitur vbertas, vt nullus futurus ſit mendicus: Sequitur enim in Hebr. *Quia benedicet tibi Dominus Deus tuus.*

Et ſic antiquum iteratò cogimur ἐπιφώνημα reſumere: *Geuza in diſputando plenos Scripturarum habent ſaccos, quarum nullas pœnè intelligunt, vel ad rem producunt.* Quòd vobis Geuzijs dico, omnibus prætensè Reformatis Euangelicis, Biblijſtis, Superintendentibus, &c. ab Eccleſia Romana alienis butubatis, dico, & hoc, ſtrenæ loco, dono:

Matt.22 29.

ERRATIS NESCIENTES SCRIPTVRAS.

Quos mendicos prohibeat Lex Ciuilis.

20. MInus vobis patrocinatur Lex Ciuilis, *Cap. de Mendicantibus*, lib.11.cap.25. quæ illos ſolùmmodò taxat, qui mendicant vt otioſè viuant, aut lucrentur, ideoque inertes ibidem vocantur; Secus eſt de Religioſis voluntariè pauperibus, qui non ociantur, ſed varijs functionibus in-

intendunt, pijs, arduis, & laborioſis. Et ſic nec Legum quidem Ciuilium aſſequeris mentem: Quid mirum ſi Scriptur. non capis? Viuant ergo viuant Monachi voluntariè MENDICANTES; diſſipentur verò fœdifragi & perduelles GEVZÆ, id eſt, Mendici; hoc enim nomine, Maiores tuos Luthero-Caluinianos, libellos ſupplices, pro moderatione Edictorum ad Inquiſitionem ſpectantium, Illuſtriſſimæ Gubernatrici Marg. Parmenſi, Bruxellæ anno 1566. offerentes, Generoſiſs. Comes à Barlaimont iure dignatus eſt, dicens: Domina noli timere homines iſtos: CE NE SONT QVE DES GVEVX. Q. D. Nihil autem ſunt quam Mendici & ſcurriles fellicones: Quod ita verum eſt, vt inter omnes Geuzas & verbi hodie Reformati Præcones vel diſcipulos, ne vnus quidem reperiatur dignus, qui corrigiam calceamenti diſciplinato Monacho diſſoluat.

Geuzæ ſiue ſcurriles mendici vnde dicti.

Notate hoc omnes Reformati.

LXXIX. QVARE,

De Libero Arbitrio.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Papiſtæ aſſeritis hominis voluntatem in Actionibus ſuis eſſe liberam, quum liberum Arbitrium per peccatum ſit extinctum?

Luther. de ſeruo Arbitr. Calu. lib. 3. Inſtit. cap. 2. §. 4. & 8. Item, lib. 1. cap 15. §. 8. Melanchton, Oecolampad. &c.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. & quæro. Cur vos libertatem arbitrij tollentes, atque omnimodam neceſſitatem inducentes, renouatis pernicioſiſſimum, atque olim damnatiſſimum Simonis Magi, Bardeſanis, Priſcilliani, Manichæi, Abaiardi, Wicleffi, Albanenſium, aliorumque ſimilium

Reformati renouant olim damnatos errores.

lium Hæreſiarcharum errorem, infinitis & clariſſimis D. Scripturæ locis, manifeſtæ experientiæ, Rectæ rationi, Deíque Opt. Max. bonitati ex Diametro repugnantem?

RESPONDEO ET DICO II.

Hominis voluntas abſolutè eſt libera.

2. IN homine, poſt primi parentis peccatum, eſt Liberum Arbitrium ſeu voluntas, quâ rem ſibi propoſitam eligere æquè poteſt ac recuſare; Neque à ſola concupiſcentia, more Beſtiarum, ad ea quæ carnis ſunt, impellitur, neque à Deo velut truncus, ad bonum mouetur, ſed ipſamet voluntas liberè agit, atque omnibus ad agendum præ-requiſitis, ſtantibus, poteſt recuſare, adeóque gratiæ Diuinæ, ſi velit reſiſtere: Proinde gratia Dei, voluntati creatæ vim nullam infert, neque homo inuitus vel neceſſariò impulſus, Deo vocanti obedit, ſed ſponte ſuâ & liberrimâ electione, gratiam Dei vel reſpuit vel acceptat; Adeò vt voluntas, quatenus tempore vel naturâ prior conſideratur ſua volitione, poſſit eodem inſtanti velle & non velle. Atque hæc indifferentia ſeu indeterminatio, eſt propria voluntati.

In quo præcisè conſiſtat voluntatis libertas.

3. Hanc veritatem omnibus hominibus vel minimum rationis iudicium habentibus, certò perſuadet. Primò locus Geneſ. 4. 8. QVIA ibi Deus ad Cainum, *Nonne ſi benè* (ait) *egeris, recipies; ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? Sed ſub te erit appetitus eius & tu dominaberis illius.* Proinde homo dominans appetitui, poteſt vitare peccata ab eo profecta, non impellitur, non neceſſitatur. Confundere ergo Luthere, qui hominis arbitrium facis ſeruum, quod Deus ſe feciſſe teſtatur Dominum.

Arbitrium hominis eſt Dominus non ſeruus.

Secundò,

Digitized by Google

Secundò, de Iuſto ſcribit Eccleſiaſticus 31. 10. *Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala & non fecit.*

4. Tertiò, Saluator ad Ieruſalem clamãs Matth. 23.37. *Quoties*, inquit, *volui congregare filios tuos, & noluiſti?* Vbi Deo volente, homines nolunt, Quo quid clarius, vt à Dei voluntate, Arbitrium humanum dicamus non cogi vel neceſſitari.

Quartò, Magiſtro concinit diſcipulus D. Paulus 1. Corinth. 7. 37. *Qui ſtatuit in corde firmus, non habens neceſsitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam, benè facit.* Vbi Paulus apertè tribuit poteſtatem voluntati humanæ & vos impudentes Hæretici, vos Geuzæ eam vultis ſublatam.

5. Quintò, hic error ſublatæ liberæ noſtræ cooperationis, tollit ex conſequenti, illum Symboli Apoſt. articulum: *Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos*; quia tum nullus eſſet meriti vel demeriti, nullus laudis aut vituperij, nullus præmij aut iuſti ſupplicij locus, qũum iſta, arbitrij libertatem vel ſupponant, vel inuoluant, vt varijs locis docet D. Auguſt.

Sublato libero arbitrio multa ſequuntur abſurda.

Sextò, quorſum omnes ad pœnitentiam & cõuerſionem, exhortationes, à malo verò dehortationes? Quorſum Dei præcepta? Quorſum prohibitiones? Quorſum minæ? Quorſum promiſſa? Quorſum Propheticæ prædictiones, vt fugiamus ab ira ventura? Quorſum Conſiſtoriantium Miniſtrorum veſtrorum conciunculæ & Admonitiones? Quorſum Adulterorũm apud vos punitiones, ſi ablatâ libertate arbitrij, neceſſariò vt aliter facere nequeat, quicquid agit, agat homo, maximè ſi, vt docetis ad Legum talium tranſgreſ-

Optimè contra modernos Prædeſtinatos.

ſionem prædeſtinatus ſit atque coactus?

6. Septimò, nulla erit differentia inter actiones hominis & bruti, ſi, quemadmodum huius inclinatio & appetitus; ita hominis voluntas, ſubiaceat neceſſitati. Quod nimis indignum eſt Humanæ excellentiâ dignitatis, atque experientiæ omnium hominum aduerſatur.

7. Octauò, tolletur omnis conſultatio, ſollicitudo, & anxietas timorata in rebus agendis: in quem finem tendunt pernicioſiſſimi huius dogmatis aſſertores; vt nimirum ſectatores ſuos, egregiè ſecuros & ocioſos reddant, totum Diuinæ gratiæ relinquentes, ſolâ fide contentos, ab omni bono opere torpentes; virtutis ſtudium extinguentes, omnem meriti radicem extirpantes, gratiæ Diuinæ efficaciam peruertentes, peccati facillimè excuſabilis ineuitabilem neceſſitatem introducentes; Deum denique ipſum omnium peccatorum auctorem conſtituentes, ac ſpurciſſimis animæ noſtræ ſordibus, benigniſſimos Bonitatis eius humeros onerantes; quod olim perfrictâ fronte damnatiſſimus docuit Calu. ſup. *Quare* 24 *&* 25.

Tollentes lib. arbitrium, ſua peccata Dei humeros onerant.

RESPONDEO ET DICO III.

Lib. arbitriũ per peccatum eſt debilitatum.

8. FAteor Liberum Arbitrium, per peccatum, multum eſſe debilitatũ, ſed non extinctum. Primò enim intellectus, à cuius indifferentia pendet Arbitrij libertas, multùm obſcuratus eſt tenebris peccatorũ, ita vt in rebus ſpeculatiuis & practicis, turpiſſimè ſæpè hallucinetur: *Obſcurum habentes intellectum*, Epheſ. 4. 18. inquit D. Paulus.

Intellectus noſter eſt obſcuratus.

An non magna noſtri temporis Hæreticorum, maximè Gummariſtarum, obſcuratio, aſſerere, Deum eſſe peccati auctorẽ, prædeſtinâſſe Adami

lapſum

lapſum, quoſdam item homines ad æternã damnationem, vt in eis iuſtitiam ſuam oſtendat, non eſſe liberũ arbitrium? Hinc etiam in magnis peccatoribus tanta eſt licentia peccandi.

Vnde in magnis peccatoribus tanta licentia peccandi.

9. Secundò ipſa voluntatis natura eſt læſa & quidem intantum, vt rarò quod ratio ſuperior dictat, ſequatur, & propter relictam cordis mollitiem, concupiſcentiæ blanditias vix aſpernetur.

Voluntas eſt læſa.

Tertiò, ipſe fomes peccati ſeu Concupiſcentia, in membris noſtris, poſt ablatam Iuſtitiam Originalem, relicta, & peccatis quotidianis aucta, debilem voluntatem grauiſſimè oppugnat & ſæpè proſternit; non tamen aut cogit inuitam, aut neceſſitat liberam.

Aucta eſt Concupiſcentia.

10. Cæterùm quum debilitata ſit, rectè ſequitur, eam per vires gratiæ ſuperadditas corroborari debere, ita tamen vt poſt omnem illam corroborationem, maneat indifferens, ſitque in pleniſſima eius poteſtate, ſeſe in vtramuis inflectere partem, non ſecus atque in Innocentiæ ſtatu.

Multa autem ſunt, quæ ſolis voluntatis ſuæ viribus, abſque peculiari Dei auxilio, peccator præſtare nequeat: vt ſe ad gratiam & peccati Remiſſionem præparare, multo tempore ab omni peccati mortalis macula cõtinere, omnia (licèt valeat aliqua) virtutum moralium opera obire, &c.

Quæ ſolũ naturæ viribus homo nequeat præſtare.

Obiectio I.

11. *Ego induraui cor Pharaonis*, ait Deus Exod. 10. 1. Item Ioſeph, fratribus, qui abominandâ voluntate eum vendiderant, dicit Geneſ. 50. 16. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Ergo Diuina voluntas & Pharaonem ad Pop. afflictionem, & fratres Ioſephi, ad venditionem prædeterminauit, ergo nulla eſt libertas.

ſionem prædeſtinatus ſit atque coactus?

6. Septimò, nulla erit differentia inter actiones hominis & bruti, ſi, quemadmodum huius inclinatio & appetitus; ita hominis voluntas, ſubiaceat neceſſitati. Quod nimis indignum eſt Humanæ excellentiâ dignitatis, atque experientiæ omnium hominum aduerſatur.

7. Octauò, tolletur omnis conſultatio, ſollicitudo, & anxietas timorata in rebus agendis: in quem finem tendunt pernicioſiſſimi huius dogmatis aſſertores; vt nimirum ſectatores ſuos, egregiè ſecuros & ocioſos reddant, totum Diuinæ gratiæ relinquentes, ſolâ fide contentos, ab omni bono opere torpentes; virtutis ſtudium extinguentes, omnem meriti radicem extirpantes, gratiæ Diuinæ efficaciam peruertentes, peccati facillimè excuſabilis ineuitabilem neceſſitatem introducentes; Deum denique ipſum omnium peccatorum auctorem conſtituentes, ac ſpurciſſimis animæ noſtræ ſordibus, benigniſſimos Bonitatis eius humeros onerantes; quod olim perfrictâ fronte damnatiſſimus docuit Calu. ſup. *Quare* 24 & 25.

Tollentes lib. arbitrium, ſua peccata Dei humeros onerant.

RESPONDEO ET DICO III.

Lib. arbitriũ per peccatum eſt debilitatum.

8. FAteor Liberum Arbitrium, per peccatum, multum eſſe debilitatũ, ſed non extinctum. Primò enim intellectus, à cuius indifferentia pendet Arbitrij libertas, multùm obſcuratus eſt tenebris peccatorũ, ita vt in rebus ſpeculatiuis & practicis, turpiſſimè ſæpè hallucinetur: *Obſcurum habentes intellectum*, Epheſ. 4. 18. inquit D. Paulus.

Intellectus noſter eſt obſcuratus.

An non magna noſtri temporis Hæreticorum, maximè Gummariſtarum, obſcuratio, aſſerere, Deum eſſe peccati auctorẽ, prædeſtinâſſe Adami

lapſum

lapſum, quoſdam item homines ad æternã damnationem, vt in eis iuſtitiam ſuam oſtendat, non eſſe liberũ arbitrium? Hinc etiam in magnis peccatoribus tanta eſt licentia peccandi. *Vnde in magnis peccatoribus tanta licentia peccandi.*

9. Secundò ipſa voluntatis natura eſt læſa & quidem intantum, vt rarò quod ratio ſuperior dictat, ſequatur, & propter relictam cordis mollitiem, concupiſcentiæ blanditias vix aſpernetur. *Voluntas eſt læſa.*

Tertiò, ipſe fomes peccati ſeu Concupiſcentia, in membris noſtris, poſt ablatam Iuſtitiam Originalem, relicta, & peccatis quotidianis aucta, debilem voluntatem grauiſſimè oppugnat & ſæpè proſternit; non tamen aut cogit inuitam, aut neceſſitat liberam. *Aucta eſt Concupiſcentia.*

10. Cæterùm quum debilitata ſit, rectè ſequitur, eam per vires gratiæ ſuperadditas corroborari debere, ita tamen vt poſt omnem illam corroborationem, maneat indifferens, ſitque in pleniſſima eius poteſtate, ſeſe in vtramuis inflectere partem, non ſecus atque in Innocentiæ ſtatu.

Multa autem ſunt, quæ ſolis voluntatis ſuæ viribus, abſque peculiari Dei auxilio, peccator præſtare nequeat: vt ſe ad gratiam & peccati Remiſſionem præparare, multo tempore ab omni peccati mortalis macula cõtinere, omnia (licèt valeat aliqua) virtutum moralium opera obire, &c. *Quæ ſolis naturæ viribus homo nequeat præſtare.*

Obiectio I.

11. *Ego induraui cor Pharaonis*, ait Deus Exod. 10. 1. Item Ioſeph, fratribus, qui abominandâ voluntate eum vendiderant, dicit Geneſ. 50. 16. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Ergo Diuina voluntas & Pharaonem ad Pop. afflictionem, & fratres Ioſephi, ad venditionem prædeterminauit, ergo nulla eſt libertas.

Spongia.

Negatâ conſequentiâ, dico: non Pharaonem ad Populi detentioné, impulit Deus, ſed propter præcedentia grauiſſima delicta, iuſto iudicio, eum gratiâ ſuâ priuauit, vnde ſibi relictus, à Deo auerſus, & ad Creaturas totus diſtentus, ſemetipſum potiùs Pharao indurauit, vnde Exod. 8.15. & 19. dicitur: *Pharao ingrauauit cor ſuum*: Et, *Induratumq; eſt cor Pharaonis.*

Pharao ſeipſum indurauit.

12. Quod ad locum Geneſ. attinet, is intelligitur de Dei voluntate terminata, non ad peccatũ venditionis fratrum, ſed exaltationem & gloriam Ioſephi, quam ei iampridem decreuerat: vnde additur ibidem verſ. 20. *Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonũ, vt exaltaret me.* Vide *Anatom. noſtram Chriſtiani Deformati*, verſ. 4. ſect. 2. Dub. Catholic. in ſolut. 6. Argumenti.

Obiectio II.

Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, Rom. 9.16. ergo nullum eſt liberum arbitrium, ſed totum in nobis facit Deus.

Spongia.

13. Iterarò nego ſequelam: ſenſus verò D. Pauli eſt, Principium boni operis, non eſſe à voluntate humana, non ab hominis conatu, ſed ex Dei gratia præueniente: quæ tamen non excludit liberã voluntatis poſteà ſubſecuturam cooperationem, dicit enim idem Apoſt. 1. Corinth. 3.9. *Dei enim ſumus adiutores.* Et D. Ioan. Epiſt. 3.9. *Vt cooperatores ſimus veritatis.*

Obiectio III.

14. *Nemo venit ad me, niſi Pater miſit me, traxerit eum*, Ioan. 6.44. ergò arbitrij tollitur libertas, tractus enim violentiam deſignat.

Spongia.

Digitized by Google

Spongia.

Tractus hic eſt interna vocatio & monitio, qua Deus voluntatem noſtram inuitat ad benè operãdum: huic autem vocationi homo ſæpè reſiſtit, & inobediens euadit, *vocaui* (inquit Prou.1.24.) *& renuiſti*, vnde conſtat non eſſe violentiam talem vocationem; adeò vt poſtquàm nos Deus monuerit ad bonum, liberum nobis relinquatur, declinare ad id quod magis placuerit, ſiue bonum ſiue malum. Taceo animũ amore trahi; Quis verò id neceſſariò fieri dicat? Denique in gratiæ efficacis immiſſione, Deus ſic trahit, ſicut eam liberè ſecuturam certò præſciebat, nempè voluntatem. *Sic Deus trahit ſicut liberè ſecuturam ſciebat voluntatem.*

Obiectio IIII.

15. *Omnia opera noſtra operatus es in nobis*, ait Eſai. Deo, cap.26.12. & Paulus Philippen.2.13. *Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate*, ergo voluntas humana ſe merè habet paſſiuè, nec quicquam agit.

Reſpond. Deum ſic bona in nobis operari, vt tamen voluntati noſtræ ſimul cooperandi relinquatur locus: D. Paulus enim plus omnibus laborauerat, *ſed*, ait, *non ego autem*, ſolis videlicet viribus meis, *ſed gratia Dei mecum*, 1. Corinth.15.10. vt prima cauſa cum ſecunda, gratia, inquam, cum lib. arbitrio, vti exponunt Patres D. Auguſt. de grat. & lib.arb.cap.5. Gregor. lib.16. cap.11. & D. Bernard. tract. de grat. & lib.arb. Neque enim nouum eſt vnum effectum à duobus procedere cauſis; quem enim ſocius ex foſſa, manu attrahit, omnibus viribus connitentem, ſimul cum ſocio eſt cauſa ſuæ liberationis. *Quomodo Deus in nobis bona operetur.*

16. Deus verò tribus modis in homine operatur, I. concurſu generali. II. auxilio ſpeciali, illu-

ſtrando intellectum ad cognitionem boni, voluntatem verò inuitando ad complacentiam virtutis atque honeſti. III. per gratiam habitualem, quæ hoc facit in negotio animæ ac lib. arbitrij, quod ſanitas corporalis præſtat corpori. His tribus modis Deus operatur in nobis, ita tamen vt nec Deus ſolus agat, nec naturá impediat, aut ad actum prædeterminet, ſed per gratiæ influxum adiuuet, adinſtar vini, quod debili vires addit, & ſcipionis, cui æger incumbens, maiori ad ambulandum facilitate iuuatur: nullo verò modo neceſſitatur: quia gratia naturam non tollit, ſed perficit.

Gratia non tollit naturam, ſed perficit.

Obiectio V.

17. Scriptur. nos docet eſſe in manu Dei; ſicut lutum in manu ſinguli, *nos lutum ſumus, tu fictor noſter*, Eſai. 64. 8. atqui lutum paſſiuè ſolùm ſe habet, ergo & nos reſpectu Dei.

Spongia.

Sed contra: Apoſtolus ſuprà obiectio. dicit, *Dei adiutores ſumus*, ergo verè operamur, nec tantùm paſſiuè non habemus.

Quomodo nos lutum ſimus.

Lutum verò dicimur: quia ſicut nulla pars luti, velut ex ſe fœda & ſordida, meretur, aut poteſt, ſine præſtantis figuli opera in præclarum vas aptari: ita nullus hominum proprijs viribus meretur aut poteſt aſſequi filiationem Dei adoptiuá, quum omnes perinde naſcamur filij iræ; totum verò operâ Dei, per gratiæ præuenientis ac iuſtificantis immiſſionem, fieri debet.

Obiectio V I.

18. Non poteſt lib. Arbitrium ſicut de bono cadere in malum; ita de malo reſurgere ad bonum, ſine auxilio excitante: ergo voluntas non eſt libera.

Spongia.

Spongia.

Non miror, qui enim facilè in foueam cecidit, non tam facilè inde poteſt exire: ſic homo ſublatâ gratiâ non poteſt bonum operari, tanta eius eſt in boni operatione imbecillitas; Cum illa optimè poteſt.

LXXX. QVARE,

De Conciliatione Præſcientiæ ac Prædeſtinationis Diuinæ cum libero Arbitrio.

Vvicleff.art. 27. damnat, à Conc Conſtan.ſeſſ.8. Calu. lib. de æterna Dei Prædeſtinat. & l. 1. Inſtit. cap. 18. §. 1. & l. 3. cap 23 § 2. 4 7. maxmè vero 8. & 9. Beza in refutta. 2. calum Caſtalion. & alij.

GEVZA REFORMATVS.

Quare & quomodo Papiſtæ aſſerunt hominis Arbitrium eſſe liberum, cum Dei præſcientia, vtpote infallibilis & neceſſaria, tollat omnem libertatem; voluntas etiam Diuina ab æterno omnia in particulari prædefinierit ac prædeſtinauerit, antè præuiſam cauſis ſecundæ determinationem aliquando in tempore futuram?

ROMANO-CATHOLICVS.

Præſcientia Dei non tollit libertatē Prædeſtinati.

1. RESPONDEO ET DICO I. Infallibilis & æterna Dei Præſcientia, nō tollit aut præiudicat humanæ voluntatis libertati aut contingentiæ in tempore: vt enim id mihi contra *Prædeſtinatos* Hæreticos, indubiè perſuadeam hæc.

Præſcientia Dei nihil facit circa actū voluntatis futurum.

2. Ratio fundamentalis facit. QVIA Præſcientia Dei, nihil facit vel influit in actum voluntatis humanæ futurum, ergo non affert illi aliquam neceſſitatem: patet ſequela, quum neceſſitas ſit conditio rei intrinſeca. Antecedens verò probatur, quia præſcientia ſupponit rem eſſe futuram, at-

Digitized by Google

que ab ea obiectiuè dependet. Idem confirmat D. Auguſt. pulchrâ ſimilitudine adducta lib. 3. de lib. Arbitr. cap. 3. & 4. *Nam ſicut*, ait, *tu memoria tua, non cogis facta eſſe quæ præterierunt, ſic Deus præſcientia ſua non cogit facienda quæ ſunt futura.*

Similitudo D. Auguſt.

3. Et ratio eſt, quia ſicut memoria non facit, ſed præſupponit res eſſe præteritas, & viſio mea quâ video Paulum currere: non eſt cauſa illius curſus; ita præſcientia futurorum, non facit, ſed præſuppponit res eſſe futuras: adeò vt in Deo non eſſet ab æterno, actuum voluntatis prænotio, niſi tales aliquando in tempore fuiſſent futuri. Neq; enim quia Deus illud prænouit futurum, ideò eſt futurum, ſed contra, quia illud eſt futurum, ideò Deus futurum cognoſcit.

Quia res eſt futura. præſcitur à Deo, non contra.

Quæ doctrina fundamentum eſt conciliandi præſcientiam Dei cum libertate & contingentia, eſtque communis ſententia Patrum, adeò vt non minor iam ſit arbitrij libertas, minor-ve rerum omnium contingentia, quàm ſi in Deo nulla prorſus eſſet præſcientia circa effectus abſolutè futuros.

Neceſſitas in ſenſu compoſito.

4. Notandum verò quod ſicut in ſenſu compoſito, neceſſarium eſt currentem moueri, atque omnino impoſſibile, currentem non moueri, (implicat enim contradictionem, vt ſimul duo illa cohæreant, aliquem currere & ſimul non moueri) ita etiam, in ſenſu compoſito, neceſſe eſt, Petrũ, qui præſciturus eſt à Deo peccaturus peccare, & impoſſibile exiſtente illa præſcientia Dei, quod Petrus peccabit, Petrum non peccare, quia duo illa ſimul nequeunt conſiſtere, vt Deus præſciat Petrum peccaturum, & quòd Petrus non ſit peccaturus.

5. Cæterùm

5. Cæterùm ſicut in ſenſu diuiſo, is qui eſt currens, poteſt abſolutè non moueri, quia poteſt non currere: ita Petrus qui præſcitus eſt peccaturus, poteſt abſolutè non peccare, quia ſi, vt poteſt non peccare, non eſſet peccaturus, non præextitiſſet in Deo præſcientia quod ſit peccaturus.

RESPONDEO ET DICO II.

Impia eſt ſententia Calu. & Bezæ ſup. quippe qui aſſerunt omnia, etiam mala & peccata non tantum à Deo præſcita, ſed etiam in particulari ante omnem arbitrij creati præuiſam prædeterminationem, fuiſſe decreta, volita, ac prædefinita. Sic Caluinus l. 3. Inſti. cap. 23. §. 7. *Impietas Cal aſſerētis omnia etiam peccata, ab æterno, per Deum prædeſtinata.*

6. *Decretum fuit à Deo, vt ſua defectione periret Adam.* Paulò poſt. *Decretum quidem horribile fateor, inficiari tamen nemo poterit, quin præſciuerit Deus, quem exitum eſſet habiturus homo, antequam ipſum conderet, & ideo præſciuerit, quia decreto ſuo ſic ordinarat.* Et §. 8. *Non dubitabo igitur cum Auguſtino ſimpliciter fateri, voluntatem Dei eſſe rerum neceſſitatem, atque id neceſſariò futurum eſſe, quod ille voluerit.* Et §. 9. *Excuſabiles peccando haberi volunt Reprobi, quia euadere nequeunt peccandi neceſſitatem, præſertim quum ex Dei ordinatione ſibi iniiciatur huiuſmodi neceſſitas: nos verò inde negamus ritè excuſari, quandoquidem Dei Ordinationi* QVA SE EXITIO DESTINATOS CONQVERVNTVR, SVA CONSTET ÆQVITAS. *Mentitur Caluinus.* *Horrenda.* *O ſcelus.*

7. Impium inquam & blaſphemum eſt hoc Paradoxon, quippe ex quo ſequitur Deum non ſolùm peccata velle, eademque efficaciter procurare, & homines ad illa committenda inſtigare, atque

que adeò peccandi neceſſitatem, vt fatentur prædicti, hominibus iniicere, verumetiam OMNIUM PECCATORUM DEUM ESSE AUCTOREM. Quod licet idem, ex ſua negent ſententia ſequi, apertè tamen huius abſurdæ conuincũtur ſequelæ, vel ipſo commonſtrante lumine naturæ, quod euidenter dictat docetque, eum qui ordinat, procurat, inſtigat efficaciter prædeterminat, neceſſitatemque iniicit, vt aliquis actum peccaminoſum exerceat, veriſſimum eſſe peccati auctorem;

Myſterium Theologiæ Caluinianæ.

8. Quinimo Gentium omnium conſenſu patet, eum qui impellit ac determinat alium ad opus quodcumque faciendum, vel qui alio tanquam inſtrumento vtitur ad quodcumque opus faciendum, eſſe primarium operis illius auctorem.

Nec ſatisfacit quod aiunt, opus illud vt eſt à Deo, non eſſe peccatum, ſed tantùm vt à mala voluntate procedit: Nam malitia illa voluntatis, v.g. Petri Chriſtum negantis, non aliunde cauſam & originem traxit, niſi quia ſe ad illud prauum opus, voluntas præua conuertit ac determinauit, quæ conuerſio & determinatio, quum (eorum ſententiâ) illata ſit à Deo, reſtat Deum illius malitiæ eſſe primum & primarium Auctorem, de quibus ſup. *Quare* 24.

RESPONDEO ET DICO III.

9. NEc mihi perſuadeo Deum res omnes & operationes, quæ peccata non ſunt, ab æterno prædefiniuiſſe & in particulari præordinâſſe ante præuiſam cauſæ ſecundæ determinationem; adeò vt nec ex omni æternitate decreuerit concurrere

Deus res omnes etiam non malas ab æterno nõ prædetermi-

currere in tempore cum libero arbitrio creato, concurſu ſeu influxu efficaciter prædeterminante lib. Arbitrium: cauſaſque ſecundas, ad hanc potiùs quàm ad illam actionem, nec prædeſtinatorũ electio immediata ad gloriam, facta ſit abſque præuiſione mediorum & vſus lib. Arbitrij: nec reprobatio malorum à Deo decreta, ante omnem præuiſionem mali vſus lib. arbitrij, aut carentiæ gratiæ.

nauit ante præuiſã cauſæ 2. determinationem.

10. Ratio eſt, quia ſecundum illam opinionem, certitudo Diuinæ Scientiæ, penderet ex; certitudine Diuinæ Scientiæ, penderet ex certitudine Diuinæ Prouidentiæ ac Prędeſtinationis, & hæc rurſus ex influxu atque auxilio Dei, per ſe, ex natura ſua, ac independenter à cooperatione cauſæ ſecũdæ, efficaci vel inefficaci; quum tamen è contra, Prouidentia & Prædeſtinatio Dei totam ſuam, habeat certitudinem ex Diuina Præſcientia, quæ vel præſupponitur Diuinæ Prædeſtinationi, vt eſt Scientia Simplicis intelligentiæ, Media, & Conditionata, vel certè includitur in illa, ſi videlicet ſit Scientia abſoluta, ſeu viſionis.

Quò fit vt eadem prorſus ſit ratio conciliandi libertatem & Contingentiam, cum Diuina Prouidentia, Prædeſtinatione & Reprobatione, quæ eſt cum Præſcientia Dei.

11. Cæterùm Diuinæ prouidentiæ & Prædeſtinationis certitudinem, eandem prorſus eſſe cum illa Præſcientiæ Dei, illique inniti, vel ipſa Prouidentiæ Etymologia declarat: Prouidentia quippe à prouidendo, ſeu à procul videndo dicitur, quia qui prouidet, quaſi futura prouidens, media accommodata adhibet ad finem, quem intendit.

Certitudo Diuina Prouidentia pendet à Præſcientia.

12. E contra verò, ſi quis dixerit Actus voluntatis

tis humanæ Deum præſciuiſſe in ſua prædefinitione, quâ ante omnem ſcientiam ſtatuit mouere ſuo influxu ex ſe efficaci, ac prædeterminare lib. Arbitrium creatum inflexibiter ad tales actus hoc modo præfinitos à Deo, quos idcirco aſſerunt, ex ſolo Diuinæ prouidentiæ ordine certos eſſe & infallibiles; ſi quis, inquam, ita ſenſerit, is ſibi grande onus incumbere intelligat explicandi, quâ ratione poſſit libertas cum Prouidentia & Præſciẽtia Diuina conciliari: Quo item modo Deus certò cognoſcat peccata futura, quo modo denique non omnia fatali quâdam eueniant neceſſitate.

Prædetermi- nantes lib. arbitrium, eius præiudicant libertati.

13. Quod licet facilè concederent aduerſarij, certè non ego, non certiſſima experientia humana: nemo enim reperitur, qui non experiatur (nihil prorſus obſtante Dei prouidẽtiâ vel præſcientiâ) ita in ſua eſſe poteſtate, non agere id quod agit, efficereque vt quod agit, non agat, atque ſi per impoſſibile nulla foret Dei Præſcientia, nulla Prouidentia.

Obiectio I.

A cauſa neceſſaria procedit effectus neceſſarius, atqui ſcientia Dei eſt omnium rerum, imprimis lib. Arbitrij, cauſa & quidẽ neceſſaria, quippe quâ Deus carere non poteſt; omnes ergo res à Deo præſcitæ, erunt effectus neceſſarij, & eueniẽt neceſſariò.

Spongia.

14. A cauſa neceſſaria neceſſariò & non liberè emanat effectus, qualis non eſt Scientia viſionis, de qua hic ſermo, nam non eſt cauſa rerum futurarũ, ſed eas ſupponit eſſe futuras. Scientia verò naturalis & media quamuis ſint cauſæ rerum, & ex parte

A qua cauſa neceſſaria procedat effectus neceſſarius.

Dei

Dei neceſſariò inſint, non tamen neceſſariò operantur, ſed dependenter à libera determinatione Diuinæ voluntatis, & libera electione humani arbitrij, loquendo de effectibus, qui à lib. Arbitrio creato dependent.

Obiectio II.

15. De Chriſti occiſione Act. 2. 23. D. Petrus dicit, *Ieſum Nazarenum, Definito Conſilio & Præſcientiâ Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemiſtis.* Item Act. 4. 27. *Conuenerunt enim vere in Ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, cum Gentibus & Populis Iſrael, facere quæ manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri:* ergo Chriſti Crucifixio (& cõſequenter peccatum Crucifigẽtium, ſeu Chriſticidium) fuit abſolutè prædefinita ab æterno, & quidem ante omnem præuiſionem.

Spongia.

16. In Chriſti Crucifixione, duo veniunt conſideranda; Primùm, Actio Iudæorum Crucifigentium, quæ quia mala: immo Peſſima fuit, non potuit à Deo in particulari præordinari, ſed tantùm permitti. *Crucifixio Chriſti vt actio non eſt volita à Deo, ſed permiſſa.*

Secundum, Paſſio quæ bona eſt, ex Chriſti parte, & præſuppoſita in Deo ſciẽtiâ mediâ quâ ſciebat quid ex hypotheſi eſſet futurum, abſolutè fuit volita & prædefinita à Deo. ſicut etiam à Chriſto abſolutâ voluntate, amata vt paſſio eſt. Tunc aũtẽ (*Præordinatum & prædefinitum*) ſolum dicunt Anteceſſionem æternitatis, in qua Deus hoc decreuit, ad tempus, in quo executioni mandata eſt Paſſio Chriſti: non autem anteceſſionem ordinis ſeu rationis voluntatis prædefinientis Chriſti paſſionẽ, ad voluntatem permittentem actionem Iudæorũ. *Crucifixio vt paſſio eſt à Deo decreta.*

Obiectio

Obiectio III.

Prædeſtinatio ab æterno facta eſt de nobis ſine nobis, nec poteſt in tempore finem de facto cõſequi, niſi per media efficacia, ergo cum neceſſitatione & præiudicio Arbitrij humani, vt ſit infallibilis euentus.

Spongia.

17. Sequela eſt neganda, qui enim præuidit, & præordinauit gloriam Prædeſtinatorum, etiam & quidem priùs, præuidit & præordinauit media, per quæ talis finis, libero attactu eſt acquirendus, hoc enim in ſe inuoluit gratia Prædeſtinationis congrua, quâ nimirum Deus ita congruenter mouet voluntatem humanam, quemadmodum apta eſt vt ſequatur, & quomodo ſcit Deus congruere, vt non reſpuat vocantem, ſed cum effectu conſentiat. Quæ omnia fiunt cum integerrima libertate. Vide ſup. *Quare* 25.

Gratia Prædeſtinationis congrua.

LXXVI. QVARE,

De Iuſtitia reali, non imputatiua.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Pontificij negatis hominem iuſtificari per iuſtitiam fide Chriſti apprehenſam & nobis à Deo gratis imputatam, quum hoc magis ad conſcientiæ ſolamen, ſonare videatur Euangelij textus?

Luther. ſermo de Natali B. Virginis & cum eo Lutherani, Cal. l. 3. Inſt. c. 11. § 11. 12. 13. &c. Caluiniſtæ, Geuzæ, &c.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO: I. Iuſtificationem ſeu tranſlationem Impij à ſtatu culpæ mortalis ad ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei,

Dei, per Ieſum Chriſtum Saluatorem, fieri per donum aliquod reale animæ inhærens, quo homo formaliter fit iuſtus, videlicet per gratiam habitualem & Charitatem. *Iuſtificatio fit per dona inhærentia.*

QVIA id patet primò ex iis Script. vbi homines dicuntur ablui, mundari, renouari, dealbari, quæ omnia ſignificant poſitiuum nitorem, nec abſque reali qualitate intelligi poſſunt. Eſai. 1. 18. *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.*

Ezechiel. 36. 25. *Effundam ſuper vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris; Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri.* Non poteſt autem intelligi cordis renouatio, ſi in voluntate nulla fiat realis mutatio. *Cordis renouatio fit per mutationem realem.*

2. Secundò ex iis locis, vbi dicuntur Iuſti filij Dei, viuere, tranſlati de morte ad vitam, ſanctificati in veritate, 1. Ioan. 3. 1. *vt filij Dei nominemur & ſimus*; ergo non ſolùm per extrinſecum fauorem, habeamur, ſed per internam vnctionem, quâ formaliter Dei filij ſimus.

Tertiò Romanis cap. 5. 5. ſcribens Paulus, *Charitas*, inquit, *Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis.* Qui locus intelligitur de dilectione Dei habituali, quâ nos diligimus Deũ, quamque diffuſionis nomine dignatur, quo ſignificatur animam totam penetrari & imbui dono Diuino.

3. Ratio dicti datur à D. Thom. Aquin. 1. 2. Summæ, quæſtione 110. articulo 2. Quia ſi Deus ad operationes naturales tribuit homini vires naturales permanentes, per quas illæ functiones, fiant

homini

homini accommodatæ & connaturales: certè par eſt, vt ad functiones ſupernaturales atque Diuinas, aliquas vires tribuat & facultates, per quas illæ fiant, quaſi connaturales.

RESPONDEO ET DICO II.

Exploditur iuſtitia Oziandrina & imputatiua.

NVllo modo, iuxta Euangelij textum, iuſtificantur per iuſtitiam Dei eſſentialem, nos in ſenſu Oziandrino inhabitantem; vel Chriſti Domini, nobis imputatam.

Probatur clarè omnibus illis Script. quæ docét iuſtitiam & gratiam illam quâ iuſti ſumus, eſſe aliquid manans & quaſi deriuatum à gratia & iuſtitia Chriſti; quod proinde ab illa ſit diſtinctũ, Ioan. 1.16. *De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Rom. 1.5. *Per quem* (Ieſum Chriſtum) *accepimus gratiam.* Epheſ. 4. 7. *vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, &c.*

3.

4. Ratio in promptu eſt, QVIA implicat contradictionem talis iuſtificatio, quod probo.

Eſſe iuſtum dicit intrinſecam diſpoſitionem.

Primò, quia eſſe iuſtum, deſignat intrinſecam diſpoſitionem, quâ voluntas ſit conformis Legi Diuinæ, ſicut eſſe doctum, temperantem, ſapientem, Religioſum, &c. ergo omnino impoſſibile eſt, vt quis ſit iuſtus iuſtitia alienâ, ſibique non inhærente.

5. Secundò, omnes æquè eſſent iuſti, nec quiſquam poſſet creſcere in iuſtitia, quia iuſtitia Dei & Chriſti, vnica eſt, non capax accretionis vel decretionis hoc autem falſum eſſe conuincit Script. 1. Corinth. 15. 41. *Stella à ſtella differt in claritate: Sic & Reſurrectio mortuorum.*

Tertiò, ſi iuſtitia, vnde quis iuſtus, non debet

eſſe

Digitized by Google

eſſe intrinſeca, ergo fieri poterit vt idem homo ſit iuſtus & iniuſtus, quod eſt abſurdum. Sequela patet, nam intrinſecè erit iniuſtus, poterit enim peccatum non eſſe deletum, quia iuſtitia quæ extra me eſt, non expellit peccatum quod eſt in me; & ſimul erit iuſtus, ſcilicet extrinſecè.

Obiectio I.

Etſi peccatum inſit, non tamen facit iniuſtum, videlicet credentem, quia propter iuſtitiam Chriſti nobis imputatam, non imputatur.

Spongia.

6. Contrà primò, ſi manet peccatum, & tamen non imputatur, vt dicit Caluinus lib. 4. Inſtit. c. 15. §. 10. ad quid ſymboli noſtri Articulus: CREDO REMISSIONEM PECCATORVM? Quis fructus ſanguinis & Paſſionis Chriſti, cuius tanta erit inefficacitas, vt nequeat delere vllum peccatum, contra Script. Ioann. 1. 29. *Ecce qui tollit peccatū mundi*, & Rom. 6. 18. *Liberati autē à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitia.* Et 1. Ioan. 1. 7 *Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emūdat nos ab omni peccato?*

7. Secundò, implicat vt Peccatum inſit, & tamen non imputetur ad culpam, hoc enim eſſet Deum nolle habere, aut cenſere pro culpa quod verè eſt culpa, atque adeò nolle culpam eſſe culpam, nec odiſſe vt culpam, quod reclamat Sapiēt. 14. 9. *Odio ſunt Deo impius & impietas eius.* Similiter implicat vt Deus non cenſeat hominem, qui eſt in opere peccati & actu peccati, culpabilem & odibilem, nam eſſe culpabilem, eſt effectus formalis & primarius peccati. *Implicat, peccatum ineſſe, & tamen non imputari ad culpam.*

8. Sicut ergo fieri nequit, vt in aliquo ſit albedo, & illud non reddatur album: Ità fieri nequit vt in aliquo ſit vera culpa, qui tamen non fiat culpabilis

& odibilis: Quare neceſſariò Deus facere debebit vt culpa non ſit culpa, & rationem culpæ ſeparare ab ipſo peccato, quod implicat. vide ſup. *Quare* 43. nu. 7. & 8.

Obiectio II.

Chriſtus dicitur, *nobis factus iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio* 1. Corinth. 1. 30. ergo imputatur nobis.

Spongia.

Chriſtus eſt iuſtitia noſtra meritoria.

9. Chriſtus eſt noſtra iuſtitia, non formaliter, ſed efficienter, quia videlicet eſt cauſa eius meritoria. Eodem modo intelligitur illud Roman. 8. 32. *Qui etiam proprio filio ſuo, &c. quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Non ſic vt Sanctitas & iuſtitia Chriſti, noſtra ſint per imputationem, ſed quicquid ad ſalutem pertinet ac neceſſe eſt, illud Chriſti merito & beneficio nobis traditum ſit à Patre & poſſideamus.

Iuſtitia Dei qua ſit.

Dei autem iuſtitia, quam ignorantes, ideoque à Paulo reprehenſi, *Iudæi, ſuam volebant conſtituere*, Rom. 10. 3. eſt ipſa interna Iuſtitia, gratis nobis propter Chriſti merita infuſa: Iuſtitia autem quam Iudæi volebant conſtituere, eſt ex operibus legis, ſine fide & gratia Chriſti factis.

Obiectio III.

Paulus Rom. 4. 3. dicit *Abrahæ fidem reputatam eſſe ad Iuſtitiam*, ergo & iuſtitia noſtra nihil eſt aliud, quàm iuſtitia Chriſti, fide apprehenſa.

Spongia.

Fides Abrahæ inhærens eſt ei reputata pro vera iuſtitiâ.

10. Locus iſte pro nobis facit, loquitur enim Apoſt. de fide Abrahæ quâ credidit Deo promittẽti ſemen in ſenectute, non autem de fide quâ apprehendit Iuſtitiam Chriſti: hæc autem fides verè inerat Abrahæ, & reputata eſt ei ad iuſtitiam, hoc eſt,

pro

pro vera iuſtitia; nam per illam, factus eſt iuſtus vel certè iuſtior. Sic vero fides reputatur ad iuſtitiam, ſicut merces imputatur ſecundũ debitum, vt ibidem Apoſt. ait: Atqui merces non imputatur ſecũdum debitum, niſi verè ſit debita & vera merces, ergo fides non reputatur ad iuſtitiam, niſi vera ſit iuſtitia, hominem verè iuſtificans, & non tãtùm ſecundùm extrinſecam æſtimationem.

11. Sic Dauid Pſalm. 31. 2. *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum*, hoc eſt, quem Dominus non ampliùs cenſuit peccatorem, ſed ita indulſit, vt nullum ampliùs in eo agnoſcat peccatum: ita abſtulit, vt nullum in eo relictum veſtigium cernat.

Obiectio IIII.

Exigua valdè eſt iuſtitia noſtra, vt iudicium Dei ferre nequeat, ergo neceſſe eſt vt iuſtitia Chriſti nobis imputetur, quâ iuſtitiæ noſtræ imperfectio tollatur: Quod certè fieri videtur in Sacramentis, vbi Chriſti merita nobis ita applicantur, vt quodammodo fiant noſtra, vnde per illa merita efficimur iuſti, licèt abſit donum reale.

Spongia.

12. Iuſtitia quæ debet ferre iudicium Dei, non eſt illa habitualis, de qua hic eſt quæſtio, ſed operum, quæ tamen non ita eſt imperfecta, quin multa bona opera faciamus, pura ab omni labe peccati, vt latiùs infr. *Quare* 84. Per merita verò Chriſti non poſſumus vllo modo formaliter dici iuſti, ante factam peccatorum remiſſionem. *Per merita Chriſti non ſumus formaliter iuſti.*

Digitized by Google

LXXXII. QVARE,

Luther. ſerm. Sic Deus dilexit mundum. *& l. de Capt. Babylo. c. de baptiſ. Cal. l. 3. Inſtit. c. 11. § 19. & l. 3. c. 17. §. 1. 10. 11. & c. 18. varijs §§. & Geuza.*

De bonis operibus ad Iuſtitiæ conſeruationem & ſalutem requiſitis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare ad iuſtitiæ conſeruationem & ſalutem, præter fidẽ, requiritis opera, quum tamen à veſtro Thoma Aquinate ſcriptum ſit, Sola fides ſufficit?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Meritò explodimus fidem veſtram Specialem in iuſtificatione peccatoris, quâ eum aſſeritis teneri certò credere ſibi peccata remiſſa propter Chriſtum, eiuſque promiſſiones certò ſibi applicatas & apprehenſas: eſt enim illa merum Diaboli inuentũ, ad carnis libertatem fouendam, excogitatũ. Quod probo: QVIA Scrip. nuſquam à nobis talem exigit fidem quâ credamus nos eſſe iuſtos: ſed fidẽ Diuinitatis Chriſti & ſimilium articulorum, vt Matth. 9. 28. vbi à duobus cæcis petit: *Creditis quia hoc poſſum facere vobis?* exigens aſſenſionem intellectus, vt ait D. Aug. l. de Prædeſtinat. Sanctor. ſeu fidem ſuæ potentiæ, non illam ineptam & ſtultam fiduciam veſtram ſpecialem.

Fiducia ſpecialis eſt Diaboli inuentum.

2. Sic Ioan. 6. hortatur Dominus Iudæos ad fidẽ, quâ ipſum credant eſſe Dei filiũ in omnibus verbis veracem, non quâ ſe credant eſſe iuſtos. plura vide ſupr. *Quare* 3.

RESPONDEO ET DICO II.

3. SOla fides verò, ſiue ſecundùm D. Aug. ſupr. *cum aſſenſione cogitatio,* non ſufficit ad iuſtitiæ con-

conſeruationem, neque ad ſalutem, ſed inſuper requiruntur bona opera & mandatorum Dei obſeruantia, per quam iuſti creſcunt in Iuſtitia & Charitate, iuxta illud D. Iacob. cap. ſecũdo 21. *Abraham Pater noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt?* id eſt, iuſtior factus.

Neceſſaria ſunt bona opera.

Ecquid verò infinitæ Scripturæ aliud clamitāt, quæ fructus bonos, maiorem iuſtitiæ ſupra Pharisaicam, abundantiam opera Miſericordiæ, &c. requirunt? vnde inueni Matth, 19. 17. quærenti quid facto opus eſſet ad introitum Regni cæleſtis, Seruator reſpondit, non, Crede te eſſe iuſtum, vt Reformati volunt; Sed: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata*, id eſt, Decalogum, prout illi ſtatim exponit Chriſtus.

Totus tenor Scripturæ requirit opera bona.

4. Nec verò deeſt ratio idem confirmans: QVIA illa fides Specialis, vt dictum eſt, merum eſt figmentum; nec etiam fides Catholica ſola ſufficit ad faciendam voluntatem rectam (Charitas enim facit iuſtos & filios Dei, quum Apoſt. 1. Corinth. 13. 1. dicat, abſq; charitate omnia eſſe inſufficientia ad ſalutem) ergo non ſufficit.

Pudeat ergo Lutherum veſtrum, huius ſcommatis, impie in bona opera contorti, ſupra: *Ego dico tibi, quia anguſta eſt via, oportet te fieri tenuem, ſi vis per eam venire. Cæterùm qui operibus onerati ſunt, ſicut conchilibus onuſtos videmus Iacobi peregrinos, ij non poterunt intrare*; vbi etiam D. Iacobum, SANCTI appellatione dedignatur.

Summa Lutheri contra bona opera.

Obiectio I.

Iuſtificatio ſæpè ſoli tribuitur fidei in Scriptur. Luc. 7. 50. *Fides tua te ſaluum fecit*. Item Rom. 5. 1. *Iuſtificati ex fide*, ergo fruſtranea ſunt opera.

Digitized by Google

Spongia.

5. Sicut fidei; ita & Spei, timori, Pœnitentiæ, & eleemoſynæ iuſtitiam attribuit Scriptura, Romã. 8.24. *Spe enim ſalui facti ſumus.* Et Tob.4.11. *Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat.* Item Eccl. 1. 27. *Timor Domini expellit peccatum.* Cæterùm hæc commodè intelliguntur, videlicet; ſi reliqua adſint.

Quomodo fidei tribuatur iuſtificatio. Præ cæteris tamen fidei tribuitur iuſtificatio & ſalus; Non quod ſola iuſtum reddat (vnde nuſquã in Script. apponitur ei vocula excluſiua, *Sola*) ſed QVIA eſt radix & fundamentum vnde alia pullulant, & reliqua ei imponuntur, quia etiam totam ſalutis oſtendit viam.

Scio Patres aliquando ſoli fidei aſcribere ſalutem: verùm qui ea duntaxat intendunt excludere opera, quæ fidem antecedunt, non quæ ſequuntur.

Obiectio II.

6. Script. dicit Euangelium. id eſt, Dei Verbum nos ſaluare, vnde Paulus 1. Corinth. 15. *Euangeliũ, &c. per quod & ſaluamini.* Et Iacob. 1. 18. *Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis*; ergo fide, & non operibus iuſtificamur, vnde nos reformati frequentiſſimis vacamus concionibus, ad quas & magna Bibliorũ afferimus volumina, vt fidei verbo paſcamur & ſaluemur.

Spongia.

7. Miſer buturbata quomodo deciperis hac concionum frequentatione & Bibliorum inutili circumlatione, quum vix vnum Script. locum ſanè intelligas, ſignanter hunc in controuerſ. adductũ! *Verbum Dei quomodo ſaluet.* verbum quippe Dei ſaluat, non formaliter, ſed per modum gratiam Dei proponentis, & quidem ſi

ei obtemperetur, nec tantum credatur. An non Diui Iacobi expreſſa verba capite 2. 24. *Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm?*

Obiectio III.

Quomodo ergo Paulus dicit, *Neminem ex operibus legis iuſtificari*, Rom. 3. 20. & ad Galat. 2. 16?

Spongia.

8. Iterum cogor dicere, nec te, nec tui ſimiles Bibliiſtas, Quarizantes & Quomodizantes, germanum verbi Dei callere ſenſum, licèt ore hianti ſemper ſpiretis & buccinetis Verbum Dei, Verbũ Dei, Optimè ſiquidem inter Paulum & Iacobũ conuenit, ſed ratione diuersâ: videlicet & opera legis, præcisè, abſque relatione ad Chriſtum, non valere ad Iuſtitiam, quod D. Paulus altiùs diſputat, & cùm ea relatione, adeoque fidei coniuncta, valere, quod D. Iacobus affirmat, & D. Paulus nunquam voluit inficiari, immo expreſsè contrarium Galatis ſcribit. cap. 5. 6. dicens: *Nam in Chriſto Ieſu neque Circumciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides quæ per Charitatem operatur.* Vnde patet eum requirere opera quæ ex fide & charitate promanãt, quæ Theologi dicunt, Opera fidei per dilectionẽ operantis.

Conciliatio D. Pauli cum Iacobo, in materia operum.

Obiectio. IV.

9. *Si abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam ſed non apud Deum*, ait D. Paulus Rom. 4. 2. ergo verè non poſſumus propter opera apud Deum gloriari.

Spongia.

Vetantur Iudæi gloriari ex operibus ſine fide factis

Idem repeto quod ante dixi, nec Abrahamũ, nec alios Iſraelitas potuiſſe verè ac ſolidè gloriari ex

ex operibus:in ſenſu D.Pauli,hoc eſt, ex merito operum ſine fide factorum, qualiter gloriabantur Iudæi: videlicet ex iuſtitia ſine gratia, ſolâ cognitione legis factâ: quamuis & hæc in illis valde imperfecta eſſet,nam Legem non niſi ex parte, & quoad externa quædam,ſeruabant.

Obiectio V.

10. Chriſtus pendens in Cruce dixit: CONSVMMATVM EST. Ioan. 19. 20. ergo nulla alia reſtant opera, ſed omnia per Chriſtum facta; nihil ampliùs requiritur,non ieiunium, non pœnitentia, &c. Ita Geuzæ paſſim in Belgio, quorum fiduciã ſalutis,ex his verbis conceptam,ſi audias, vel ad ſtuporem debeas mirari.

Spongia.

Senſus illius, Conſummatum eſt.

Senſus eſt: conſummatum eſt opus Redemptionis,vel quod pati debebat Chriſtus: aliàs Geuzæ non deberent baptizare,Cænam frequentare, Pſalmos cantillare,orare,&c.

Obiectio VI.

Sola fides ſufficit, ait D.Thom.de Aquino, & cacit Eccleſia Romanenſis: Ad quid ergo opera?

Reiectio.

11. Ita eſt, in ſenſu eiuſdem D. Thom. videlicet ad ſalutarem myſt. Euchariſtici captum, Non ad iuſtitiæ conſeruationem, vel Beatitudinis aſſecutionem, quod ne quidem ſomniauimus vnquam,videlicet ſolam ſufficere fidem: vnde ſic ſonat.

HYMNVS.

Verbum Caro,panem verum,
Verbo carnem efficit:

Fitque

Fitq́; ſanguis Chriſti merum,
Et ſi ſenſus deficit:
Ad firmandum cor ſyncerum,
Sola fides ſufficit.

LXXXIII. QVARE,

De Incertitudine Iuſtitiæ.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. art. 10 & 11. Kemnit. in Exam. Conc. Trid. ſeſſ. 6. Calu. Antidot. Conc. ſeſſ. 6. & lib. 3. Inſtit. cap. 2. §. 16. 17. 39. & 40.

Quare vos Papiſtæ negatis hominem de propria iuſtitia eſſe certum, quum ipſe Spiritus teſtimonium reddat Spiritui noſtro, quod ſimus filij Dei, Rom. 8. 16?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Si, vt aſſeritis cum Rabbinis veſtris, non minus omnes fideles obligentur certò & infallibiliter credere, ſibi, propter iuſtitiam Chriſti, non amplius imputari peccata, adeoque iam in gratiam eſſe receptos, quàm Deum, v.g. eſſe Trinum & vnum, Incarnatum, Paſſionem Chriſti, &c. Quare ergo ſingulis diebus in oratione Dominica, peccatorum Remiſſionem poſtulatis, dicentes: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut, &c?* Miror eam à vobis non abijci tanquàm inutilem & non neceſſariam, ſi hanc opinionem de Iuſtitiæ certitudine iudicetis veracem.

Si Reformati ſint certi de iuſtitia ſua, quare orant, dimitte nobis debita, &c?

RESPONDEO ET DICO II.

2. NEmo quantumuis iuſtus, poteſt aut debet (abſque peculiari reuelatione, quam decernunt Pontificij exceptam) per eam fidem infalli-

Non poſſumus hic, abſque reuela-

tione, certi eſſe de noſtra iuſtitia.

fallibilem, quæ communibus reuelationibus in Scriptur. factis nititur, certò ſcire ſe eſſe in gratia Dei. Quam propoſitionem mihi indubie perſuadet Iob dicens, cap.9.21. *Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea*, vbi diſtinctè aſſerit, ſibi ſimplicitatem, adeoque iuſtitiam ſuam, (quæ ſimplicitatis nomine in Script comprehenditur) abſolutè eſſe ignotam: Q.D. etiamſi ſim iuſtus, tamē infallibiliter neſcio hanc iuſtitiam meam.

3. Accedit ratio, QVIA vt infallibiliter & ſine formidine de oppoſito, certus quiſpiam ſit de Remiſſione peccati, vel ſtatu gratiæ, neceſſe eſt vt eâdem certitudine illi conſtet, ſe aut legitimè in Deum fuiſſe conuerſum motibus fidei, pœnitentiæ, charitatis, &c. ad iuſtificationem requiſitis, vel legitimè Sacramenta vſurpâſſe; Atqui nullus eſt qui abſque ſpeciali reuelatione, ſibi talem certitudinem queat polliceri (neque enim certi ſumus diſpoſitionem noſtram eſſe ſupernaturalem, vel in Sacramentorum adminiſtro, interceſſiſſe legitimam intentionem) ergo nemo extra articulum Diuinæ reuelationis certus eſſe poteſt, ſe eſſe in gratiæ ſtatu. Quare Reformati prænominati videntur mihi eſſe ſemen illius ſerpentis antiqui, qui dum primis parentibus ſcientiam promiſit, ſcientiam ſuſtulit & craſſioris ignorantiæ tenebras inuexit. Plura hac de re vide ſup. *Quare* 3. Dicto 1. & *Quare* 4.

Obiectio I.

4. *Ideò ex fide vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio,* Rom.4.16. hoc eſt, ideo ex ſola fide iuſtificamur, vt certi ſimus nos eſſe in gratia promiſſa, ergo, &c.

Spongia.

Spongia.

Alius longè eſt Apoſtoli ſenſus: Docet enim ideò homines, per fidem in Chriſtum viuam etiam ſine obſeruatione legis veteris, iuſtificari, vt eâ ratione certò compleatur promiſſio gratiæ (ipſum fore *Patrem multarũ gentium*) per Chriſtum facta Abrahæ, & omnibus fidei eius ſequacibus, ſiue tempore illius legis; ſiue poſt, ſicut & ille credidit abſque operibus veteris Legis.

Obiectio II.

5. *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, &c. neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei*, ait D. Paulus Rom. 4. 38. & 39. ergo in hac vita habemus certitudinem gratiæ; Quod argumentum Cal. lib. 3. Inſtit cap. 2. §. 40. vehementer vrget, non ſolùm pro certitudine D. Pauli, ſed & omnium fidelium, quod ad gratiam etiam perſeuerantiæ ſpectat.

Certitudo Pauli Rom. 8. accipitur pro morali confidentia.

Spongia.

6. Verbum (*certus ſum*) vel vt Cal. legit *Perſuaſus certò ſum*, non dicit aliquam fidei certitudinem, cui ſubeſſe nequeat falſum, ſed moralem duntaxat confidentiam, ſpem & fiduciam bonam: Quod probatur ex frequenti vſu huius verbi apud Paulum; vt infrà cap. 15. 14. *Certus ſum autem fratres mei, & ipſe de vobis, &c.* hoc eſt optimè confido. Sic 2. ad Timoth. 1. 5. *Vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei, quæ eſt in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus ſum autem quod & in te.* Quibus locis certitudo fidei de aliena pietate & ſalute intelligi non poteſt, benè autem; bona confidentia.

Obiectio III.

Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod

Digitized by Google

quod ſumus filij Dei, Rom.8.16. Sic apud D.Ioan.1. Epiſt.cap.5.10. *Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.* Atqui teſtimonium Spiritus ſancti affert certitudinem fidei, ergo omnes iuſti fide certi ſunt ſe eſſe filios Dei.

Spongia.

7. Prioris ſenſus eſt, Spiritum ſanctum varijs miraculis & donorum diſtributionis, in primitiua maximè Eccleſia, ad confirmationem fidei factis, teſtari, omnes verè Chriſtianos qui fidem Chriſti colunt & etiam viuendo ſeruant, eſſe filios Dei; & hoc indefinitè de omnibus veris Chriſtianis. Quomodo etiam intelligitur illud ad Galat.4.6. *Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corde veſtra clamantem, Abba, Pater*; loquitur enim toti Eccleſiæ eorum. Item illud cap.3.26. *Omnes etiam filij Dei eſtis per fidem qua eſt in Chriſto Ieſu.*

8. Intelligit enim eos qui fidem Chriſtianam, vti par eſt, moribus tenent. Eodem modo plura alia loca ſunt exponenda, vt 1.Corint.2.12. 1.Ioan.3.14.& cap.4.13.& cap.5.19. Alij tamen exponunt de morali quadam certitudine Iuſtitiæ noſtræ, ex bona vita, odio peccati, & Dei dilectione prouenìente: verùm non abſq; omni formidine de oppoſito, ſi propriam infirmitatem ſpectemus.

Ad locum Ioan. dico, *eum qui credit, habere, &c.* per fidem ſcilicet, veritatem à Deo teſtatam. Itaque locus iſte non agit de teſtimonio Iuſtitiæ, ſed de teſtimonio Diuinitatis filij, quod pater dedit de filio, & homo credendo habet, ſcilicet obiectiuè.

Obiectio IIII.

9. *Charitas nunquam excidit*, ait Paul. 1.Corinth. 13.8. ergo quum eam ſemel acceperimus in Baptiſmo,

mo, certi ſumus ea nunquam à nobis deperdendam; ergo certi de gratiæ ſtatu.

Spongia.

Non negat Paulus Charitatem ſemel habitam, poſſe amitti in hoc ſæculo: ſed eam quam vſque ad mortem in hoc ſæculo habuerimus, in futuro ſæculo non excidere. Secus eſt de fide & ſpe. *Charitas in futuro ſæculo nunquam excidit.*

Obiectio V.

10. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, ait Paulus 2. Corinth. 1, 12. atqui teſtimonium nullum eſt niſi ſit certum.

Spongia.

Teſtimonium conſcientiæ quo gloriamur, eſt, quod non ſimus nobis conſcij vllius peccati, & omnino confidamur nos eſſe in gratia? non enim lætamur duntaxat & gloriamur de eo quod omnino certo ſcimus nos habere, præſertim quando non ſubeſt legitima cauſa dubitandi: Licèt nonnihil timeamus, iuxta illud Pſalm. 2. 11. *Exultate ei cum tremore.*

Obiectio VI.

11. Poteſt quis certus eſſe, ſe à longo tempore omnia peccata mortalia vitâſſe, atqui hoc fieri nequit abſque gratia iuſtificante, ergo certò quis poteſt ſcire ſe gratiam habere.

Spongia.

Falſa eſt maior, *Delicta enim quis intelligit?* Pſalm. 18. 13. Nec obſtat illud D. Petri Epiſt. 2. cap. 1. 10. quo monemur, *vt per bona opera* (adde & fugam peccatorum) *certam noſtram vocationem & electionem faciamus*: Loquitur enim de rata & firma, vt ſcilicet vocatio noſtra nõ ſit inanis & vacua, ſeu vt non ſimus fruſtrà vocati: quicumq; enim non perſeuerant, irritam inanemque faciunt ſuam vocationem. *Quomodo certam faciamus vocationem.*

Obiectio

Obiectio VII.

12. Negatâ gratiæ certitudine, perpetuò fluctuabit & hæſitabit anima Chriſtiana, ergo, &c.

Spongia.

Quæ Chriſtiano propinent conſolationem.

Licèt illa omnimoda fidei excludatur certitudo, tamen nullus anxietati eſt locus vel hæſitationi: quinimò conſolationem veram propinat contritio, charitas, S. Euchariſt. perceptio, tribulatio, &c. 2. ad Corinth. 7. 4. *Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.*

LXXXVI. QVARE,

De bonorum operum puritate.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. art. 31 32. & 36. Calu. lib. 3. Inſtit. c. 11. & l. 3. c. 14. §. 9. 10. 11. lib. 4. cap. 15. §. 11. &c. & Geuza.

Quare Papiſtæ ita extollunt opera Iuſtitiæ, quum omnia opera cuiuſlibet hominis, quantumlibet etiam rectè facta, ſint peccata; impuritate carnis ſemper reſperſa, corrupta, & perpetua Αταξία *affecta, ita vt (docenti Rabbi noſtro Caluini)* SEMPER ELECTI OBNOXII SINT APVD DEI TRIBVNAL MORTIS IVDICIO, *lib. 3. Inſtit cap. 11. §. 11?*

ROMANO-CATHOLICVS.

Homo præſtat multa bona opera ſine labe peccati.

1. RESPONDEO ET DICO: Si vnquam in Spiritus ſancti veritatem impegiſti, certè hac vice apertiſſimè & grauiſſimè; QVIA Iuſtum plurima bona opera, in quibus nulla prorſus ſit peccati labes, auxilio Dei præſtare poſſe & de facto ſæpè præſtare, vti indubitata fides docet, ita euidentiſſimæ Scripturæ demonſtrant.

2. An non I. Chriſtus hortatur Matth. 5. 16. *Sic luceat lux veſtra, &c. vt videant opera veſtra bona?* atqui opera contaminata non ſunt bona; nec Pater ex illis glorificatur, ergo aliqua ſunt non polluta labe

Digitized by Google

be peccati. Secundò 2.Petri 1.10. *Hæc enim facientes non peccabitis aliquando.*

Tertiò, 1.Corint.7.38. *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit, & qui non iungit, melius facit.*

3. Quartò, *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, 1.ad Timoth.3.1.

Quintò, *in omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis*, Iob.1.22. & alibi laudantur plurimorum iuſtitiæ, ac præclarè facta.

Non ergo omnia opera perpetuâ peccati mortalis ἀταξία ſunt conſpurcata: alioqui opera mala laudaret Deus, quod eius bonitati reclamat.

Conſonat Scripturis ratio, quia nihil eſt in homine, quod eum neceſſitet vt omne opus ſuum peccato cõtaminet, non Deus, non concupiſcentia, quum ſæpè operetur abſque concupiſcentia, nec ea etiam vim inferat; Non diabolus, quia non poteſt vim inferre Lib. Arbitrio, nec illud inflectere pro ſuo arbitratu. *Nihil eſt quod hominem neceſſitet ad peccandum.*

4. Deinde ſi nullum opus bonum extra labem peccati præſtare poſſet, ſequeretur primò, Gratiam Dei & totum Chriſti Meritum eſſe inefficax ad delendum peccatum. II. nullum in homine eſſe meritum. III. peccatum mortale conſiſtere ſimul cum gratia habituali. IIII. idem futurũ, pauperem aliquem in via ſpoliare, & eidem eleemoſynam dare: hoc tamen poſito diſcrimine, quod alterum altero maius ſit peccatum. *Abſurda in qua incidunt Reformati.*

5. Quorſum denique monitiones tam frequentes in Script. ad pœnitentiam, ſi nihil aliud præſtare homines poſſint, quàm peccare? Quorſum inquam de peccatoribus dicitur Ioan. 1. 13. *Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius*, ſi ſemper maneant filij diaboli, tenebrarum,

& vt

Horrendum Paradoxon Caluini.

vt Cal. ſup. *Semper Electi obnoxij ſint apud Dei Tribunal mortis iudicio?* Horret id animus concipere, horrent aures audire.

Obiectio I.

Facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruata, vniuerſa iuſtitia noſtra, Eſai.64.6. hoc eſt, vniuerſa opera noſtra quæ nobis videntur iuſta, ergo omnia opera noſtra, peccati ἀταξία & labe ſunt conſpurcata.

Spongia.

6. Facilis tibi, Geuza, hic nodus foret, ſi Patres legiſſes, loquitur enim hic ſecundùm Hieronym. in perſona Iudæorum, & quidem non omnium, ſed malorum, quorum opera legalia, & Sacrificia, Sabbatha, Neomeniæ, coram Deo cenſentur polluta, quando nimirum fiunt ab ipſis in ſtatu peccati permanentibus, polluta inquam cenſentur, non quod tunc ſint peccata, ſed quia nihil proſunt. Deinde nec eo nomine ſic loquitur, vt ad omne tempus ſua verba Propheta extendat; at ſolùm ad illud quod iſta dicebat, quando abundabat iniquitas in Iſrael, propter quàm Deus permiſſurus erat, vt in captiuitatem duceretur, quod patet ex verbis ſeq. verſ.10. *Ciuitas Sancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta facta eſt, Ieruſalem deſolata eſt.*

Obſeruantia Iudæorũ polluta, quia nihil proſunt propter adiuncta peccata.

Obiectio II.

7. *Non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum & non peccet*, inquit Eccl.cap.7.21.

Spongia.

In Hebræo eſt: *Non peccabit*, & ſenſus eſt: neminem ita continenter & conſtanter facere bonum, vt nunquam peccet: non verò eſt opus, vt ſemper in omni opere peccet.

Obiectio

Digitized by Google

Obiectio III.

Videns autem Deus quod cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, Geneſ.6.5. ergo nulla bona erat.

Spongia.

8. Senſus eſt: pleraſque cogitationes intentas fuiſſe ad malum, frequens enim eſt talis in Script. & vulgò loquendi modus, vt omnes affuiſſe dicatur, quando ferè adſunt omnes: ſic eodem c.verſ. 12 dicitur, *omnis caro corrupiſſe viam ſuam:* quum tamen Noë & Enoch laudentur vt iuſti. Sic Philip. 2.21. *omnes quæ ſua ſunt, quærunt,* D.Paulus tamen & Apoſtoli non quærebant ſua. *Distributio commoda in Script.*

Obiectio IIII.

Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, Pſal. 142.2. Item; *Arbor mala non poteſt bonos fructus facere* Matth.7.18.

Spongia.

9. Senſus prioris eſt: Si Deus ſummo iure agat, neminem fore qui ſit abſoluendus, & omnino iuſtus pronuntiandus, quum nullus ſit, qui non habeat aliquando parua aliqua venialia peccata, ratione quorum non eſt omnino iuſtus. Quomodo & illud intelligitur D.Ioan.1.Epiſt.cap.1.8. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.*

10. Poſterior locus Arboris malæ, exponitur à D.Auguſt. de mala intentione, quæ quamdiu talis manet, non poteſt bonum fructum facere, quicquid enim fit ex mala intentione, eſt malum. Cæterùm in poteſtate noſtræ voluntatis Diuinâ ope fretæ, eſt, iſtam malam in bonam vertere intentionem, & ſic bonos fructus faciet. *Mala arbor apud Matt. quid ſit.*

Digitized by Google

Obiectio V.

Inter alia præcepta, duo Deus dedit: I. de *diligendo Deo ex toto corde*, Deuter. 6. 5. id eſt Charitate perfecta. II. *Non concupiſces*, Exod. 20. 17. Atqui nemo hæc præcepta implet, ergo ſemper peccat.

Spongia.

I. Contrà: aſſerit D. Ioan. Epiſt. 1. cap. 2. 5. *Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.* Poſteriori vetantur conſenſus voluntatis, non motus primi: vnde quum non ſemper conſentiamus non ſemper peccamus: vide dicta ſup. *Quare 26.*

LXXXV. QVARE,

De merito bonorum operum.

GEVZA REFORMATVS.

Hæretici omnes, ſignanter Calu. lib. 3. Inſtit. cap. 15 §. 1. 2. 3. 4. 5. &c. quem ſequuntur Geuzæ.

Quare vos Romanenſes arroganter docetis hominem propriè poſſe mereri augmentum gratiæ & præmium vitæ æternæ, quum hoc deroget Diuinæ Maieſtati: vnde hoc nomen meriti, tanquam arrogantiæ plenum, vehementer exoſum habet Eccleſia noſtra Reformata.

ROMANO-CATHOLICVS.

Quare Reformati oderint Meriti nomen.

I. RESPONDEO ET DICO I. mirum non eſſe quod vobis exoſum ſit propriè dicti meriti nomen, quum & falsò ſupponatis hominem in omni opere mortiferè peccare, vt patuit *Quare* præced. & quod ad vitam veſtram attinet, omnem laborem, virtutis ſtudium, refrænationem concupiſcentiæ, actus veræ charitatis, caſtitatis, humilitatis, aliarumque Chriſtianarum virtutum (quos conchilibus Peregrinationis ad D. Iacobum, comparat Lutherus ſup.) ad inſtar veneni mortiferi ſubterfugiatis, & *per latam portam ac ſpacioſam*

ſpecioſam viam (quæ ducit ad perditionem) Matth. 7. 13. *intrare* contenti ſitis.

RESPONDEO ET DICO II.

1. HOminem in gratia habituali conſtitutum, poſſe verè, propriè, adeoque ex condigno & iuſtitia, mereri vitam æternam, abſque vllo Maieſtatis Diuinæ præiudicio; QVIA ſicut hanc fidei doctrinam infallibiliter mihi perſuadent infiniti penè & firmiſſimi D. Paginæ loci: ita neminem, niſi maleuolâ & carnali paſſione præuentum, puto hoc negaturum, qui DD. Literarum guſtum vel minimum habet. *Homo propriè meretur vitã æternam.*

3. Primò ergo indiſſolubiles hoſce apprehende tenontes, Eccleſiaſt. cap. 16. 15. *Omnis miſericordia facit locum vnicuique ſecundum* MERITVM *operum ſuorum*, vbi vides non rem duntaxat, ſed & nomen meriti expreſſum: Cur ergo tantoperè illud Reformate abhorres, quod Eccleſiaſticus profert. *Nomen Meriti & merces eius, ponitur in Scriptura.*

Secundò, Hebr. 13. 16. *Beneficientiæ autem & communionis nolite obliuiſci, talibus enim in hoſtiis* PROMERETVR *Deus.*

4. Tertiò, ex ijs probatur locis, quibus vnicuiq; dicitur dari præmium & merces, pro menſura, & conditione, ſeu dignitate operum: quod nihil eſt aliud, quàm ſecundùm operum merita bona vel mala. Pſalm. 61. 13. *Tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua*: Matth. 16. 27. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundùm opera eius.* Denique D. Paulus 1. Corinth. 3. 8. *Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.*

5. Iam verò Quintè uangelicæ, ſi nullus ſit me-

Digitized by Google

rito locus, non vides diſtribuendam mercedem, iuxta voluntatem donantis, non menſuram laboris? Non vides inquam, hiſce locis Deum, ſicut pro malis meritis infliget ſupplicium æternum; ita pro bonis daturum vitam æternam? Quamobrem quum mala opera ex condigno hoc mereantur ſupplicium, indubiè & bona idem promerebuntur & præmium.

Meritum & merces ſunt Correlatiua.

Peculiariter autem nota nomen MERCEDIS, in vltimo loco D. Pauli allegato, neque enim merces habet locum, niſi vbi eſt meritum, quum ſint Correlatiua, quæ ſe mutuo ponunt & tollunt.

6. Scio Caluin.lib.3.Inſtit.cap.15.§.2. excipere, Regnum cœlorum impropriè dici mercedem, quum hæreditas ſit filiorum.

Idem poteſt eſſe hæreditas & merces.

Sed malè: Cur enim potius impropriè dicitur Merces quam Hæreditas, quum nomen Mercedis ſit frequentiùs? Deinde non pugnat vt idem ſit merces & hæreditas, quum idem varijs titulis debitum eſſe poſſit, vti conſtat in Chriſto, cui gloria corporis, erat vera merces, vt patet maximè ad Philippen.2.8.& 9. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen:* illam quippe ſuâ Paſſione promeruit ac humilitate. Erat etiam Hæreditas ratione Vnionis Hypoſtat. Sic vita æterna Iuſtis eſt Hæreditas, quatenus filij ſunt adoptiui per gratiam habitualem, quo ſolo titulo debetur paruulis baptizatis: Et eſt merces, quatenus eandem merentur bonis operibus in gratia factis.

7. Scio & craſſioris genij Lutheranos reſpondere,

dere, vitam æternam dici mercedem, non quod debeatur bonis operibus, ſed quia Diuinæ debetur Promiſſioni.

Verùm cachinno id explodunt Pontificij: quod enim ſolùm Promiſſioni debetur, nullo modo poteſt exigi tanquam merces, vt ſi Rex liberaliter mihi aliquod promittat officium, ſine operis cuiuſquam reſpectu, non poſſum illud exigere tanquam mercedem. *Quod ex promiſſione debetur, nequit exigi tanquã merces.*

8. Veritatem Dicti breuiuſculâ hâc ratione confirmo: QVIA homo gratia Dei habituali inſtructus, poteſt præſtare opus condignum vitâ æternâ; agitur enim ſpiritu Dei, cuius motio ſupernaturalis tendit in vitam æternam: vnde opera illa bona tam ſunt ſublimia, quàm ipſa vita æterna, ergo accedente Diuinâ Promiſſione, verè debita erit operi illi vita æterna, ac proinde opus illud merebitur verè & propriè dicto merito. *Sublimitas operum ex gratia factorum.*

9. Aduerte tamen non futurum meritum ex perfecta & rigida iuſtitia, quia hæc Iuſtitia talem requirit contractum, vt inter contrahentes nulla intercedat gratia: at nos vt aliquid apud Deũ poſſimus mereri, multiplici eius gratiâ egemus, vnde merita noſtra ſuam hauriant dignitatem.

Obiectio I.

Gratia Dei vita æterna, Rom. 6. 23. ergo non debetur nobis per modum mercedis ex iniuſtitia, vnde Dauid. Pſal. 102. 4. *Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus?*

Spongia.

10. Vah miſellum argumentululum tuum, quod vel trium dierum Theologus Romaniſta repellat: Quis enim neſciat vitam æternam hactenus *Quomodo intelligend.* Gratia Dei vita æterna.

 gra-

Digitized by Google

tione, certi eſſe de noſtra iuſtitia.

fallibilem, quæ communibus reuelationibus in Scriptur. factis nititur, certò ſcire ſe eſſe in gratia Dei. Quam propoſitionem mihi indubie perſuadet Iob dicens, cap. 9.21. *Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea*, vbi diſtinctè aſſerit, ſibi ſimplicitatem, adeoque iuſtitiam ſuam, (quæ ſimplicitatis nomine in Script comprehenditur) abſolutè eſſe ignotam: Q. D. etiamſi ſim iuſtus, tamẽ infallibiliter neſcio hanc iuſtitiam meam.

3. Accedit ratio, QVIA vt infallibiliter & ſine formidine de oppoſito, certus quiſpiam ſit de Remiſſione peccati, vel ſtatu gratiæ, neceſſe eſt vt eâdem certitudine illi conſtet, ſe aut legitimè in Deum fuiſſe conuerſum motibus fidei, pœnitentiæ, charitatis, &c. ad iuſtificationem requiſitis, vel legitimè Sacramenta vſurpâſſe; Atqui nullus eſt qui abſque ſpeciali reuelatione, ſibi talem certitudinem queat polliceri (neque enim certi ſumus diſpoſitionem noſtram eſſe ſupernaturalem, vel in Sacramentorum adminiſtro, interceſſiſſe legitimam intentionem) ergo nemo extra articulum Diuinæ reuelationis certus eſſe poteſt, ſe eſſe in gratiæ ſtatu. Quare Reformati prænominati videntur mihi eſſe ſemen illius ſerpentis antiqui, qui dum primis parentibus ſcientiam promiſit, ſcientiam ſuſtulit & craſſioris ignorantiæ tenebras inuexit. Plura hac de re vide ſup. *Quare* 3. Dicto 1. & *Quare* 4.

Obiectio I.

4. *Ideò ex fide vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio*, Rom. 4.16. hoc eſt, ideo ex ſola fide iuſtificamur, vt certi ſimus nos eſſe in gratia promiſſa, ergo, &c.

Spongia.

Spongia.

Alius longè eſt Apoſtoli ſenſus: Docet enim ideò homines, per fidem in Chriſtum viuam etiam ſine obſeruatione legis veteris, iuſtificari, vt eâ ratione certò compleatur promiſſio gratiæ (ipſum fore *Patrem multarũ gentium*) per Chriſtum facta Abrahæ, & omnibus fidei eius ſequacibus, ſiue tempore illius legis; ſiue poſt, ſicut & ille credidit abſque operibus veteris Legis.

Obiectio II.

5. *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, &c. neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei,* ait D. Paulus Rom. 4. 38. & 39. ergo in hac vita habemus certitudinem gratiæ; Quod argumentum Cal. lib. 3. Inſtit cap. 2. §. 40. vehementer vrget, non ſolùm pro certitudine D. Pauli, ſed & omnium fidelium, quod ad gratiam etiam perſeuerantiæ ſpectat.

Certitudo Pauli Rom. 8. accipitur pro morali confidentia.

Spongia.

6. Verbum (*certus ſum*) vel vt Cal. legit *Perſuaſus certò ſum,* non dicit aliquam fidei certitudinem, cui ſubeſſe nequeat falſum, ſed moralem duntaxat confidentiam, ſpem & fiduciam bonam: Quod probatur ex frequenti vſu huius verbi apud Paulum; vt infrà cap. 15. 14. *Certus ſum autem fratres mei, & ipſe de vobis, &c.* hoc eſt optimè confido. Sic 2. ad Timoth. 1. 5. *Vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei, quæ eſt in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus ſum autem quod & in te.* Quibus locis certitudo fidei de aliena pietate & ſalute intelligi non poteſt, benè autem; bona confidentia.

Obiectio III.

Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod

quod ſumus filij Dei, Rom.8.16. Sic apud D.Ioan.1. Epiſt.cap.5.10. *Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.* Atqui teſtimonium Spiritus ſancti affert certitudinem fidei, ergo omnes iuſti fide certi ſunt ſe eſſe filios Dei.

Spongia.

7. Prioris ſenſus eſt, Spiritum ſanctum varijs miraculis & donorum diſtributionis, in primitiua maximè Eccleſia, ad confirmationem fidei factis, teſtari, omnes verè Chriſtianos qui fidem Chriſti colunt & etiam viuendo ſeruant, eſſe filios Dei; & hoc indefinitè de omnibus veris Chriſtianis. Quomodo etiam intelligitur illud ad Galat.4.6. *Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corde veſtra clamantem, Abba, Pater*; loquitur enim toti Eccleſiæ eorum. Item illud cap.3.26. *Omnes etiam filij Dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

8. Intelligit enim eos qui fidem Chriſtianam, vti par eſt, moribus tenent. Eodem modo plura alia loca ſunt exponenda, vt 1.Corint.2.12. 1.Ioan. 3.14.& cap.4.13.& cap.5.19. Alij tamen exponunt de morali quadam certitudine Iuſtitiæ noſtræ, ex bona vita, odio peccati, & Dei dilectione prouenienete: verùm non abſq; omni formidine de oppoſito, ſi propriam infirmitatem ſpectemus.

Ad locum Ioan. dico, *eum qui credit, habere, &c.* per fidem ſcilicet, veritatem à Deo teſtatam. Itaque locus iſte non agit de teſtimonio Iuſtitiæ, ſed de teſtimonio Diuinitatis filij, quod pater dedit de filio, & homo credendo habet, ſcilicet obiectiuè.

Obiectio IIII.

9. *Charitas nunquam excidit*, ait Paul. 1.Corinth. 13.8. ergo quum eam ſemel acceperimus in Baptiſmo,

Digitized by Google

mo, certi ſumus ea nunquam à nobis deperdendam; ergo certi de gratiæ ſtatu.

Spongia.

Non negat Paulus Charitatem ſemel habitam, poſſe amitti in hoc ſæculo: ſed eam quam vſque ad mortem in hoc ſæculo habuerimus, in futuro ſæculo non excidere. Secus eſt de fide & ſpe.

Charitas in futuro ſæculo nunquam excidit.

Obiectio V.

10. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ,* ait Paulus 2. Corinth. 1, 12. atqui teſtimonium nullum eſt niſi ſit certum.

Spongia.

Teſtimonium conſcientiæ quo gloriamur, eſt, quod non ſimus nobis conſcij vllius peccati, & omnino confidamur nos eſſe in gratia? non enim lætamur duntaxat & gloriamur de eo quod omnino certo ſcimus nos habere, præſertim quando non ſubeſt legitima cauſa dubitandi: Licèt nonnihil timeamus, iuxta illud Pſalm. 2. 11. *Exultate ei cum tremore.*

Obiectio VI.

11. Poteſt quis certus eſſe, ſe à longo tempore omnia peccata mortalia vitâſſe, atqui hoc fieri nequit abſque gratia iuſtificante, ergo certò quis poteſt ſcire ſe gratiam habere.

Spongia.

Falſa eſt maior, *Delicta enim quis intelligit?* Pſalm. 18. 13. Nec obſtat illud D. Petri Epiſt. 2. cap. 1. 10. quo monemur, *vt per bona opera* (adde & fugam peccatorum) *certam noſtram vocationem & electionem faciamus:* Loquitur enim de rata & firma, vt ſcilicet vocatio noſtra nõ ſit inanis & vacua, ſeu vt non ſimus fruſtrà vocati: quicumq; enim non perſeuerant, irritam inanemque faciunt ſuam vocationem.

Quomodo certam faciamus vocationem.

Obiectio

Digitized by Google

Obiectio VII.

12. Negatâ gratiæ certitudine, perpetuò fluctuabit & hæſitabit anima Chriſtiana, ergo, &c.

Spongia.

Quæ Chriſtiano propinent conſolationem.

Licèt illa omnimoda fidei excludatur certitudo, tamen nullus anxietati eſt locus vel hæſitationi: quinimò conſolationem veram propinat contritio, charitas, S. Euchariſt. perceptio, tribulatio, &c. 2. ad Corinth. 7. 4. *Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.*

LXXXVI. QVARE,

De bonorum operum puritate.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. art. 31 32. & 36. Calu. lib. 3. Inſtit. c. 11. & l. 3. c. 14. §. 9. 10. 11. lib. 4. cap. 15. §. 11. &c. & Geuza.

Quare Papiſtæ ita extollunt opera Iuſtitiæ, quum omnia opera cuiuſlibet hominis, quantumlibet etiam rectè facta, ſint peccata; impuritate carnis ſemper reſperſa, corrupta, & perpetua Αταξία *affecta, ita vt (docenti Rabbi noſtro Caluini)* SEMPER ELECTI OBNOXII SINT APVD DEI TRIBVNAL MORTIS IVDICIO, *lib. 3. Inſtit cap. 11. §. 11?*

ROMANO-CATHOLICVS.

Homo præſtat multa bona opera ſine labe peccati.

1. RESPONDEO ET DICO: Si vnquam in Spiritus ſancti veritatem impegiſti, certè hac vice apertiſſimè & grauiſſimè; QVIA Iuſtum plurima bona opera, in quibus nulla prorſus ſit peccati labes, auxilio Dei præſtare poſſe & de facto ſæpè præſtare, vti indubitata fides docet, ita euidentiſſimæ Scripturæ demonſtrant.

2. An non I. Chriſtus hortatur Matth. 5. 16. *Sic luceat lux veſtra, &c. vt videant opera veſtra bona?* atqui opera contaminata non ſunt bona, nec Pater ex illis glorificatur, ergo aliqua ſunt non polluta labe

be

be peccati. Secundò 2.Petri 1.10. *Hæc enim facientes non peccabitis aliquando.*

Tertiò, 1. Corint. 7.38. *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit, & qui non iungit, melius facit.*

3. Quartò, *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, 1.ad Timoth. 3.1.

Quintò, *in omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis*, Iob. 1.22. & alibi laudantur plurimorum iuſtitiæ, ac præclarè facta.

Non ergo omnia opera perpetuâ peccati mortalis ἀταξία ſunt conſpurcata: alioqui opera mala laudaret Deus, quod eius bonitati reclamat.

Conſonat Scripturis ratio, quia nihil eſt in homine, quod eum neceſſitet vt omne opus ſuum peccato cõtaminet, non Deus, non concupiſcentia, quum ſæpè operetur abſque concupiſcentia, nec ea etiam vim inferat; Non diabolus, quia non poteſt vim inferre Lib. Arbitrio, nec illud inflectere pro ſuo arbitratu.

Nihil eſt quod hominem neceſſitet ad peccandum.

4. Deinde ſi nullum opus bonum extra labem peccati præſtare poſſet, ſequeretur primò, Gratiam Dei & totum Chriſti Meritum eſſe inefficax ad delendum peccatum. II. nullum in homine eſſe meritum. III. peccatum mortale conſiſtere ſimul cum gratia habituali. IIII. idem futurũ, pauperem aliquem in via ſpoliare, & eidem eleemoſynam dare: hoc tamen poſito diſcrimine, quod alterum altero maius ſit peccatum.

Abſurda in quæ incidunt Reformati.

5. Quorſum denique monitiones tam frequentes in Script. ad pœnitentiam; ſi nihil aliud præſtare homines poſſint, quàm peccare? Quorſum inquam de peccatoribus dicitur Ioan. 1.13. *Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius*, ſi ſemper maneant filij diaboli, tenebrarum,

& vt

Horrendum. Paradoxon Caluini.

vt Cal. ſup. *Semper Electi obnoxij ſint apud Dei Tribunal mortis iudicio?* Horret id animus concipere, horrent aures audire.

Obiectio I.

Facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruata, vniuerſa iuſtitia noſtra, Eſai.64.6. hoc eſt, vniuerſa opera noſtra quæ nobis videntur iuſta, ergo omnia opera noſtra, peccati ἀταξία & labe ſunt conſpurcata.

Spongia.

Obſeruantia Iudæorũ polluta, quia nihil proſunt propter adiuncta peccata.

6. Facilis tibi, Geuza, hic nodus foret, ſi Patres legiſſes, loquitur enim hic ſecundùm Hieronym. in perſona Iudæorum, & quidem non omnium, ſed malorum, quorum opera legalia, & Sacrificia, Sabbatha, Neomeniæ, coram Deo cenſentur polluta, quando nimirum fiunt ab ipſis in ſtatu peccati permanentibus, polluta inquam cenſentur, non quod tunc ſint peccata, ſed quia nihil proſunt. Deinde nec eo nomine ſic loquitur, vt ad omne tempus ſua verba Propheta extendat; at ſolùm ad illud quod iſta dicebat, quando abundabat iniquitas in Iſrael, propter quàm Deus permiſſurus erat, vt in captiuitatem duceretur, quod patet ex verbis ſeq. verſ.10. *Ciuitas Sancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta facta eſt, Ieruſalem deſolata eſt.*

Obiectio II.

7. *Non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum & non peccet*, inquit Eccl. cap. 7.21.

Spongia.

In Hebræo eſt: *Non peccabit*, & ſenſus eſt: neminem ita continenter & conſtanter facere bonum, vt nunquam peccet: non verò eſt opus, vt ſemper in omni opere peccet.

Obiectio

Obiectio III.

Videns autem Deus quod cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, Geneſ.6.5. ergo nulla bona erat.

Spongia.

8. Senſus eſt: pleraſque cogitationes intentas fuiſſe ad malum, frequens enim eſt talis in Script. & vulgò loquendi modus, vt omnes affuiſſe dicatur, quando ferè adſunt omnes: ſic eodem c.verſ. 12 dicitur, *omnis caro corrupiſſe viam ſuam:* quum tamen Noe & Enoch laudentur vt iuſti. Sic Philip. 2.21. *omnes quæ ſua ſunt, quærunt,* D.Paulus tamen & Apoſtoli non quærebant ſua. *Distributio commoda in Script.*

Obiectio IIII.

Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, Pſal. 142.2. Item; *Arbor mala non poteſt bonos fructus facere* Matth.7.18.

Spongia.

9. Senſus prioris eſt: Si Deus ſummo iure agat, neminem fore qui ſit abſoluendus, & omnino iuſtus pronuntiandus, quum nullus ſit, qui non habeat aliquando parua aliqua venialia peccata, ratione quorum non eſt omnino iuſtus. Quomodo & illud intelligitur D.Ioan.1.Epiſt.cap.1.8. *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.*

10. Poſterior locus Arboris malæ, exponitur à D.Auguſt. de mala intentione, quæ quamdiu talis manet, non poteſt bonum fructum facere, quicquid enim fit ex mala intentione, eſt malum. Cæterùm in poteſtate noſtræ voluntatis Diuinâ ope fretæ, eſt, iſtam malam in bonam vertere intentionem, & ſic bonos fructus faciet. *Mala arbor apud Matth. quid ſit.*

Obiectio V.

Inter alia præcepta, duo Deus dedit: I. de *diligendo Deo ex toto corde*, Deuter. 6.5. id eſt Charitate perfecta. II. *Non concupiſces*, Exod. 20.17. Atqui nemo hæc præcepta implet, ergo ſemper peccat.

Spongia.

II. Contrà: aſſerit D. Ioan. Epiſt. 1. cap. 2.5. *Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.* Poſteriori vetantur conſenſus voluntatis, non motus primi: vnde quum non ſemper conſentiamus non ſemper peccamus: vide dicta ſup. *Quare* 26.

LXXXV. QVARE,

De merito bonorum operum.

GEVZA REFORMATVS.

Hæretici omnes, ſignanter Calu. lib. 3. Inſtit. cap. 15 §. 1. 2. 3. 4. 5. &c. quem ſequuntur Geuzæ.

Quare vos Romanenſes arroganter docetis hominem propriè poſſe mereri augmentum gratiæ & præmium vitæ æternæ, quum hoc deroget Diuinæ Maieſtati: vnde hoc nomen meriti, tanquam arrogantiæ plenum, vehementer exoſum habet Eccleſia noſtra Reformata.

ROMANO-CATHOLICVS.

Quare Reformati oderint Meriti nomen.

I. RESPONDEO ET DICO I. mirum non eſſe quod vobis exoſum ſit propriè dicti meriti nomen, quum & falsò ſupponatis hominem in omni opere mortiferè peccare, vt patuit *Quare* præced. & quod ad vitam veſtram attinet, omnem laborem, virtutis ſtudium, refrænationem concupiſcentiæ, actus veræ charitatis, caſtitatis, humilitatis, aliarumque Chriſtianarum virtutum (quos conchilibus Peregrinationis ad D. Iacobum, comparat Lutherus ſup.) adinſtar veneni mortiferi ſubterfugiatis, & *per latam portam ac ſpacioſam*

Digitized by Google

ſpecioſam viam (quæ ducit ad perditionem) Matth.7.13. *intrare* contenti ſitis.

RESPONDEO ET DICO II.

1. HOminem in gratia habituali conſtitutum, poſſe verè, propriè, adeoque ex condigno & iuſtitia, mereri vitam æternam, abſque vllo Maieſtatis Diuinæ præiudicio; QVIA ſicut hanc fidei doctrinam infallibiliter mihi perſuadent infiniti penè & firmiſſimi D. Paginæ loci: ita neminem, niſi maleuolâ & carnali paſſione præuentum, puto hoc negaturum, qui DD. Literarum guſtum vel minimum habet. *Homo propriè meretur vitã æternam.*

3. Primò ergo indiſſolubiles hoſce apprehende tenontes, Eccleſiaſt.cap.16.15. *Omnis miſericordia facit locum vnicuique ſecundum* MERITVM *operum ſuorum*, vbi vides non rem duntaxat, ſed & nomen meriti expreſſum: Cur ergo tantoperè illud Reformate abhorres, quod Eccleſiaſticus profert. *Nomen Meriti & merces eius ponitur in Scriptura.*

Secundò, Hebr. 13.16. *Beneficientiæ autem & communionis nolite obliuiſci, talibus enim in hoſtiis* PROMERETVR *Deus.*

4. Tertiò, ex ijs probatur locis, quibus vnicuiq; dicitur dari præmium & merces, pro menſura, & conditione, ſeu dignitate operum: quod nihil eſt aliud; quàm ſecundùm operum merita bona vel mala. Pſalm.61.13. *Tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua.* Matth.16.27. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundùm opera eius.* Denique D. Paulus 1. Corinth. 3.8. *Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.*

5. Iam verò Quintè uangelicæ, ſi nullus ſit me-

rito locus, non vides diſtribuendam mercedem, iuxta voluntatem donantis, non menſuram laboris? Non vides inquam, hiſce locis Deum, ſicut pro malis meritis infliget ſupplicium æternum; ita pro bonis daturum vitam æternam? Quamobrem quum mala opera ex condigno hoc merentur ſupplicium, indubiè & bona idem promerebuntur & præmium.

Meritum & merces ſunt Correlatiua.

Peculiariter autem nota nomen MERCEDIS, in vltimo loco D. Pauli allegato, neque enim merces habet locum, niſi vbi eſt meritum, quum ſint Correlatiua, quæ ſe mutuo ponunt & tollunt.

6. Scio Caluin.lib.3.Inſtit.cap.15.§.2. excipere, Regnum cœlorum impropriè dici mercedem, quum hæreditas ſit filiorum.

Idem poteſt eſſe hæreditas & merces.

Sed malè: Cur enim potius impropriè dicitur Merces quam Hæreditas, quum nomen Mercedis ſit frequentiùs? Deinde non pugnat vt idem ſit merces & hæreditas, quum idem varijs titulis debitum eſſe poſſit, vti conſtat in Chriſto, cui gloria corporis, erat vera merces, vt patet maximè ad Philippen.2.8.& 9. *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen:* illam quippe ſuâ Paſſione promeruit ac humilitate. Erat etiam Hæreditas ratione Vnionis Hypoſtat. Sic vita æterna Iuſtis eſt Hæreditas, quatenus filij ſunt adoptiui per gratiam habitualem, quo ſolo titulo debetur paruulis baptizatis: Et eſt merces, quatenus eandem merentur bonis operibus in gratia factis.

7. Scio & craſſioris genij Lutheranos reſpondere,

dere, vitam æternam dici mercedem, non quod debeatur bonis operibus, ſed quia Diuinæ debetur Promiſſioni.

Verùm cachinno id explodunt Pontificij: quod enim ſolùm Promiſſioni debetur, nullo modo poteſt exigi tanquam merces, vt ſi Rex liberaliter mihi aliquod promittat officium, ſine operis cuiuſquam reſpectu, non poſſum illud exigere tanquam mercedem.

Quod ex promiſſione debetur, nequit exigi tanquã merces.

8. Veritatem Dicti breuiuſculâ hâc ratione confirmo: QVIA homo gratia Dei habituali inſtructus, poteſt præſtare opus condignum vitâ æternâ; agitur enim ſpiritu Dei, cuius motio ſupernaturalis tendit in vitam æternam: vnde opera illa bona tam ſunt ſublimia, quàm ipſa vita æterna, ergo accedente Diuinâ Promiſſione, verè debita erit operi illi vita æterna, ac proinde opus illud merebitur verè & propriè dicto merito.

Sublimitas operum ex gratia factorum.

9. Aduerte tamen non futurum meritum ex perfecta & rigida iuſtitia, quia hæc Iuſtitia talem requirit contractum, vt inter contrahentes nulla intercedat gratia: at nos vt aliquid apud Deũ poſſimus mereri, multiplici eius gratiâ egemus, vnde merita noſtra ſuam hauriant dignitatem.

Obiectio I.

Gratia Dei vita æterna, Rom. 6. 23. ergo non debetur nobis per modum mercedis ex iniuſtitia, vnde Dauid. Pſal. 102. 4. *Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus?*

Spongia.

10. Vah miſellum argumentululum tuum, quod vel trium dierum Theologus Romaniſta repellat: Quis enim neſciat vitam æternam hactenus

Quomodo intelligend. Gratia Dei vita æterna.

 gra-

gratiam dici, quia vitæ cœleſtis condigna merita ſunt ex gratia Dei, exponente D. Augu. Epiſt. 105? Vnde ſicut ibidem D. Paulus, ſtipendium peccati vocat mortem, ita ſtipendium Iuſtitiæ, vocare potuiſſet vitam æternam: mutauit tamen genus locutionis, vt elationis excluderet peſtem, teſte eodem Aug. ſupr.

11. Eodem ferè modo exponitur Pſal. allegatus; *Coronat enim Deus in miſericordia*, non quod vita æterna non ſit vera merces, ex iuſtitia operibus noſtris debita: ſed quia eadem opera ex miſericordia & gratia Dei ſunt facta. Alij ſic exponũt, quod Deus ſuâ miſericordiâ & beneficijs Iuſtum velut coronâ cingat.

Exploditur fides ſpecialis Haret. Vtut eſt, Script. hic & alibi nihil dicunt in fauorem ſolius fidei Specialis Euangelicorum ad ſalutem requiſitæ; incredibili quippe confidentiâ aiunt, illum qui firmiter credit ſibi per Chriſtum remitti peccatum, ſtatim à morte, cum caligis & calceis, vt habet cõmune Belgij elogium, euolare in cœlum: verùm ea eſt omnino compendiaria via ad manes Inferni: operibus quippe & meritis coronamur à Deo, recipimur ad immortalem vitã, & vt ſummam mercedem, promeremur Deum.

Obiectio II.

12. *Quum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite; ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus,* Luc. 17.10. Ergo nulla nobis, tãquam ſeruis inutilibus, debetur merces ex iuſtitia.

Spongia.

Quomodo opera Iuſtorũ ſint vtilia & inutilia. 13 Omnia illa opera quâ parte à nobis ſunt, inutilia quidem ſunt, & nullius apud Deum valoris, quum omnem ſuam dignitatem trahant ex gratia eius: illâ tamen poſitâ, & promiſſione Diuina accedente

cedente, ſunt valde vtilia, iuxta illud 2. ad Timoth. 21. *Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & V T I L E Domino, ad omne opus bonum paratum.* Vtile inquam vel quia in domo Domini vtilitatem afferat, vel, iuxta expoſition. Gregor. à Valentia, quæſt. 6. de effectu gratiæ, punct. 2. Deo non quidem perfectionis cuiuſpiã acceſſionem, ſed gloriam pariat, conciliando ſcilicet illi dignam exiſtimationem, tanquam omnium auctori bonorum, vnde aliquando dicet nobis: *Euge ſerue bone & fidelis,* Matth. 25.21.

Obiectio III.

14. *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam qua reuelabitur in nobis.* Rom. 8.18. Ergo opera noſtra ex ſe non habent pretij ad illud præmium, condignitatem; vnde D. Bernard. ſerm. 1. de Annuntiat. *Neque talia ſunt hominum merita, vt propter ea, vita aterna debeatur ex iure, aut Deus iniuriam faceret, niſi eam donaret.*

Spongia.

15. R E S P O N D E O opera noſtra non eſſe condigna ad tantam gloriam, dignitate Phyſicâ & æqualitatis, quum præmium multò ſit præſtãtius operibus bonis conſideratis, vel ſecundùm ſuam ſubſtantiam vt ſunt à nobis, vel ſecundùm ſuam durationem & moleſtiã, quàm afferunt nobis, iuxta illud 2. ad Corint. 4.17. *Id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis.* Eadem tamen patientia vt procedit à gratia & Spiritu Chriſti, eſt digna vitâ ęternâ, dignitate proportionis, qualis reperitur inter media & finem, certamen & victoriam, curſum & Brauium. Sunt enim opera Iuſtorum (quæ verè dicimus æternâ vita

Opera noſtra non ſunt Phyſicè condigna gloriã æternã.

Opera bona habent condignitatem Proportionis ad vitam æternam.

Digitized by Google

digna media) illi fini accommodatiſſima, eiuſdem ordinis nempe, Diuini & ſupernaturalis, quibus proinde, ſecundũ rectum Prouidentiæ ordinem, tale præmium reſpondet.

16. Cæterùm D. Bernard. vult ſolùm dicere, merita noſtra ſecundùm ſe non eſſe talia, vt eis ex iure Deus vitam debeat æternam; verùm id habere ex gratia & promiſſione Diuina: vnde tenetur illa Deus compenſare, non ſolâ ſpectatâ operis bonitate, ſed ſi ſpectetur ſimul ipſius Dei ordinatio & promiſſio, quâ ſe vltroneè ad id obligauit: neque enim neceſſe, eſt in merito, vt debeat compenſari ex aliqua Lege vel præcepto ſuperioris.

Obiectio IIII.

Si nos poſſemus aliquid mereri, hoc cederet in iniuriam meritorum Chriſti, quaſi illa non ſufficiant niſi noſtris adiuuentur: hoc autem abſurdum eſt & falſum; ideò nos Reformati valdè ſcrupuloſi ſumus in conceſſione meriti & Satisfactionis Papiſt. ne videamur iniurij in Chriſtũm.

Spongia.

Vah præpoſterum ſcrupulum Reformatorum.

17. Pulchrum quid, mi Reformate; Religioni ducis, ea concedere quæ clariſſimæ deduximus ex Script. Non verò alijs falſiſſimis doctrinis, vtputa, euerſæ à multis ſæculis Eccleſiæ Chriſti, Dei peccati auctoris, Prædeſtinatoris gratuiti ad pœnas Inferni, Inſidiatoris humanæ ſalutis, Chriſti in Cruce deſperantis, &c. Deinde impiæ atque immundæ vitæ offuſione, Diuiniſſimam eius gloriam obſcurare. Dignum vah Pſeudo-Euangelicorum Perfectiſtarum ſcrupulum.

18. Quem vt tibi tuique ſimilibus eximam, atque ad ſufficientiſſima, imò redundantiſſima Chriſti

merita reuertar; Dico falſum eſſe quod aſſumis; noſtra quippe merita abſolutè fatemur ex Chriſti merito infinito, vim habere atque ab eo proficiſci. Quinimo noſtra merita Chriſti potiùs ſunt opera, quæ ipſe per ſpiritum ſuum in nobis operatur, & munera eius nobis donata, vt ait D. Auguſt. Epi. 105. vnde omnis illorum laus, in eius maiorẽ gloriam redundat, eò quod merita Chriſti ita aſſeramus efficacia, vt non ſolùm remiſſionem peccatorum & vitam æternam, ſed etiam virtutem meruerint promerendi: Sicut in Diuinæ potentię laudem cedit, quod non ſolùm omnia condiderit & in omnibus operetur, ſed etiam rebus creatis vim contulerit operandi.

Noſtra merita vim habet ex merito Chriſti.

Efficacitas meritorum Chriſti.

19. Requirit autem Deus merita noſtra, quia noluit merita Chriſti nobis applicari ad immediatè ex illis obtinendam Beatitudinem (hoc enim & nos ſegnes, & Chriſti merita minus redderet illuſtria) ſed ad immediatè obtinendam vim merendi, quâ niſi vteremur, nihil nobis prodeſſet Chriſti meritum ad Beatitudinem æternam.

Merita noſtra cur Deus requirat.

LXXXVI. QVARE,

De bonis operibus intuitu mercedis æternæ factis.

GEVZA REFORMATVS.

Cal. l. 3. Inſt. c. 18. § 2. & cũ eo Geuza.

Quare docent Pontificij hominem poſſe bona opera praſtare, intuitu mercedis æterna, quum hoc ſit mercenarium & vile?

ROMA-

ROMANO-CATHOLICVS.

Honeſtum eſt bene operari intuitu mercedis.

1. RESPONDEO ET DICO: Tantùm abeſt quod ſordidum atque illicitum ſit, benè operari intuitu mercedis æternæ, vt etiam licitum ſit, honeſtum, Deoque gratum. Probatur,

2. Primò QVIA Pſalm. 118. 112. *Inclinauit cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem*: Dauid intuitu retributionis ſe ſignificat cor ſuum ad Iuſtificationes faciendas inclinâſſe. Cauſa quidem finalis prima & per ſe. cur animus applicandus ſit ad exſequenda Dei mandata, eſt Deus, ſeu Dei voluntas, nempe quia Deus ſic vult & iubet, ipſiuſque Maieſtati debita eſt hæc obſeruantia; Secunda tamē & minus præcipua, eſt ſpes remunerationis.

1. Cauſa Dei legem implēdi, eſt eius voluntas.

Scio Hæreticos ly (*propter retributionem*) vertere *In finem vſq;*. Sed abſurdè, quia immediatè præcedit ly (*in æternum*) Hiero. verò ſic vertit: *In æternum: propter æternam*, ſcilicet retributionem.

3. Secundò, quia D. Ioannes Bapt. Saluator, & eius iuſſu, Apoſtoli, cum hac æterni gaudij propoſitione, ſuam prædicationem ſunt exorſi: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum cœlorū.* Matth. 3. 2.

Tertiò, laudantur à Chriſto Eunuchi Matt. 19. 12. *Qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.*

Quibus verbis apertiſſimis Chriſtus commēdat ſanctum cœlibatum eorum, qui voto ſeu perpetuæ caſtitatis propoſito, *ſeſe caſtrauerunt*, intuitu Beatitudinis, faciliùs & certiùs aſſequendæ.

Finis Creationis eſt vita æterna:

Et certè finis ob quem nos Deus creauit, eſt vita æterna, in quam velut media, deſtinauit opera bona

Digitized by Google

bona per nos explenda. Quis autem niſi trunco ſtupidior, neget media rectiſſimè in ſuum dirigi finem, illum præſertim, qui maximè eſt amabilis, & dignus, ob quem omnes ſubeamus labores. *cur ergo in eum media non dirigamus?*

AD RATIONEM DVBITANDI.

4. Dico, ſordidum eſſe, quando aliquis facit opus nobilius ob mercedem vilem, vt ſiquis Miſſam (opus Diuiniſſimum) celebret pro pecunia, velut pro pretio, verùm id nõ habet hic locum, quia melior & in infinitum dignior eſt vita æterna, omnibus laboribus noſtris. Item mercenarium & malum eſſet, nolle Diuina ſeruare præcepta, niſi præmium vitæ æternæ expectarem, quia hoc eſt, proprium commodum pluris æſtimare quàm Deum. Secus ſi etiam propter æternam retributionem, concomitanter, homo bonum operetur. *Quid proprie ſit ſordidum.* *Malum eſt nolle ſeruare Dei mandata niſi ob præmium.*

LXXXVII. QVARE,

De Fiducia ex meritis concipienda.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Papiſtæ, ex meritis veſtris, æternæ vitæ hauritis fiduciam, quum hoc ſapiat elationem, in præiudicium Excellentiæ Redemptoris? Cal. l. 3. Inſt. c. 12. §. 3. & 4. & alibi.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Quamuis non confidere duntaxat, ſed etiã certa fide credere teneamur, nos nõ accepturos vitã æternã, niſi eam bonis operibus ſtuduerimus promereri, *Nõ poſſumus certò credere nos ex meritis propriis ſaluandos.*

vti

vti patet ex prædictis : non tamen poſſumus ex meritis noſtris certò ſtatuere nos vitam æternam de facto conſecuturos. Ratio QVIA nec certi ſumus nos eſſe iuſtos, aut opera habere meritoria: Nec quamuis de eo certò nobis conſtaret, de Perſeuerantia (abſque peculiari reuelationis articulo) vllo modo in hac vita certi valemus eſſe, niſi in damnatiſſimam fiduciæ Specialis Caluiniſtarum voraginem ſponte proruere velimus.

RESPONDEO ET DICO II.

Ex meritis noſtris poſſumus concipere fiduciam.

2. POſſumus ex meritis noſtris aliquam æternę gloriæ fiduciam concipere: ita tamen, vt potiſſimùm ea in miſericordia Dei & meritis Chriſti, in noſtris autem ſecundariò duntaxat, & quaſi dependenter collocemus: Prior pars patet Tobiæ cap. 4. 12. *Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna omnibus facientibus eam.* Item 1. ad Timoth. 3. 13: *Qui enim bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide.* Nec nimirum, quia opera bona ſunt cauſa noſtræ ſalutis, ergo ex illis poſſumus confidere nos ſalutem conſecuturos: vti quando medicina eſt valdè bona, poſſum confidere me per illam curatum iri; vt enim ita poſſim confidere, ſatis eſt, quod merita ſint cauſa ex qua poſſit prouenire ſalus, & mihi probabile ſit me illa habere.

Fiducia noſtra 1. in Dei miſericordia, 2. in operibus noſtris collocanda.

3. Poſterior pars patet ex dictis, quia præcipua ſalutis noſtræ cauſa eſt Chriſti meritum & Miſericordia Diuina, ob quod Chriſti meritum, nobis datur virtus merendi & perſeuerantia, adeò vt merita noſtra ſint quaſi Chriſti opera, quæ ſpiritu gratiæ

tiæ ſuæ operatur in nobis.

Quod ſciens Eccleſia, in omnibus orationibus vt impetret, ſe refert ad merita Chriſti, dicens: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Per eundem Chriſtũ Dominum, &c.*

4. Nullum proinde hîc infertur præiudiciũ Excellenti Redemptori, quippe cuius fauore, omne auxilium ad meritum requiſitum datur, & dari à nobis recognoſcitur, rogantibus & obſecrantib. per merita Ieſu Chriſti; Nullum ſimiliter humilitati, quia meritis noſtris non nitimur, niſi ſecundariò & dependenter: totum enim quod habemus, Chriſti merito & gratiæ Diuinæ ferimus acceptum. *Eccleſia ſemper confugit ad merita Chriſti.*

LXXXVIII. QVARE,

De Canonizatione Sanctorum.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papa veſter canonizat Sanctos, quum in eo poſſit errare, ac totam Eccleſiam decipere? *Lutherani, Caluiniani, Geuza paſſim, cum VVicleff, apud VValdenſ. to. 3. de Sacramental.*

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. ET QVÆRO, Quare veſter Theodor. Beza, canonizauit Poltronum, pij Ducis Guiſij parricidam, poſtquam huius rei ergo, publicum luit meritiſſimæ mortis ſupplicium, referente Illuſtriſſ. S. R. E. Cardinale Staniſlao Hoſio Tract. Apologet. in errorem contra Adorandam Trinitat. ſparſum? *Beza canonizauit Poltronum.*

Digitized by Google

RESPONDEO ET DICO II.

Papa vtiliter ac infallibiliter canonizat Sãctos.

PONtifex Romanus in Sanctorum CANONIZATIONE, vtile ac infallibile de Sanctorum ſanctitate & gloria fert teſtimonium, eiſque publicos merito decernit honores.

Vtile dico, QVIA Deus per Eccleſiaſticum ca. 44. canonizauit Enoch, Noë, Abraham, &c. in nouo autem Teſtamento per S. Lucam, in Actis particulariter annotantem glorioſam vitam & mortem eorum, canonizauit D. Stephanum, Petrum, Paulum, Silam; veriſimile igitur euadit, Deum pro temporibus nouiſſimis idem fieri voluiſſe, maximè propter imitationem: Sancti enim nobis ſunt velut norma viuendi in iuſtitia & Sanctitate. Heb. 13. 7. *Mementote* (ait Paulus) *Præpoſitorum veſtrorum qui loquuti ſunt vobis verbum, quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem.*

Sancti nobis ſunt velut normæ viuendi.

3. Norma autem rectæ vitæ nequeunt eſſe, niſi in particulari ſciamus qui ij ſint, quid egerint, quid paſſi ſint aliàs niſi iudicio Eccleſiæ certi Sancti colendi proponerentur, facilè decipi poſſet Pop. Chriſtianus, colendo eum pro Sancto qui eſſet damnatus. Huic autem incommodo per Pontificis occurritur teſtimonium, quod pro tota Eccleſia infallibile eſſe, probo ex eo, QVIA ſi Pontifex, & conſequenter Eccleſia in re magni momenti deciperetur, quod eſt cõtra promiſſionem DOMINI Matth. 16. 18. *Portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam*; Et contra *teſtimonium Domini* atque ſigillum *fidele nimis*, quod eſt Miraculum, quũ abſque magnis & certis miraculis ordinariè non ſoleant Canonizari.

Papa iudiciũ in Canonizãzando, eſt infallibile.

Obiectio

Obiectio I.

4. Papa in CANONIZATIONE nititur teſtimoniis hominum, atqui illa ſunt fallibilia, ergo & Papa in ea re falli poteſt.

Spongia.

Quamuis teſtimonia quæ pro alicuius hominis ſanctitate afferuntur, ſint humana, ideoque naturâ ſuâ fallibilia, tamen poſito quod Papa illis tandem inducatur ad pronuntiandum, quempiam ſanctum ac beatum iam eſſe; certâ fide credendũ eſt, teſtimonia illa vera eſſe, & hominẽ talem ex eorum numero eſſe, quos per reuelationes Script. generales in communi, conſtat Diuinæ gratiæ beneficio, conſequi beatitudinem æternæ vitæ. Hæc autem certitudo iiſdem nititur teſtimoniis & Dei promiſſis, quibus conſtat numquam futurum, vt Eccleſia vniuerſa in rebus fidei vel Religionis erret: erraret autem maximè in Religionis negotio, ſi eum qui non eſt Sanctus, Sanctum reputaret ac veneraretur. *Quomodo teſtimonia hominum in Canonizatione ſint vera.*

Obiectio II.

5. Ergo erit fidei aſſenſus ille, quo nobis Sanctũ aliquem in cælis eſſe perſuademus, & ex conſequenti oportet reuelationem aliquam aſſignare Diuinam, quâ eiuſmodi veritas contineatur, quod difficile videtur.

Spongia.

Poſſumus elicere actum fidei quo nobis perſuadeamus talem hominem æternam Beatitudinẽ adeptum eſſe, ad quod in propoſito ſufficit reuelatio generalis, quâ conſtat quicquid Papa determinat ad vniuerſam pertinens Eccleſiam, id eſſe veriſſimum. *Quomodo ad aſſenſum fidei ſufficiat reuelatio generalis.*

A ſi-

A ſimili. Is qui cum debita intẽtione baptizat infantem, credere ex fide debet (propter Reuelationem Script. ea de re vniuerſalem) talem infantem in gratia eſſe: quod ipſum tamen ab Apoſtolis non ita determinatè creditum fuit de tali infante.

Obiectio III.

6. *Multorum corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna,* ait D. Auguſt. vnde in Canonizandis ſanctis aliquando fallitur Papa.

Spongia.

Locus iſte nuſquam inuenitur in operibus D. Auguſt. vnde neceſſarium eſt alterius cuiuſpiam auctoris; poteſtque intelligi de impiis, quorum corpora magnificis in terra honorãtur ſepulchris animæ verò torquentur in gehenna. Vel de Martyribus Donatiſtarũ, qui ab hæreticis honorabantur vt Martyres, quum eorum animæ torquerentur in Inferno, *Martyrem enim non pœna, ſed cauſa facit,* eodem auctore Auguſtino 7. ex quo conſtat iá inde ab eius tempore, ſanctos fuiſſe Canonizatos eorum Reliquias pretioſis thecis incluſas, publicis precibus inuocatos, Imaginum picturis inſignitos, Baſilicarum denique erectionibus & feſtorum dierum indictionibus, per orbem vniuerſum ſolenniter honoratos.

Martyrem facit cauſa, non pœna, Honor delatus Sanctis à tempore D. Auguſtini.

Accedat ergo, Corollarij loco, Sancta hæc ex D. P. N. Auguſtini ſermo. 2. in Pſalm. 88. deprompta.

PARÆNESIS AD GEVZAS.

8. *Attendite ergo Chariſſimi, tenete omnes vnanimiter Deũ Patrem & matrem Eccleſiam. Natalitia* WILLIBRORDI, LEVINI, AMANDI, RVMOLDI, GVMMA-

Gvmmari, &c.) *cum ſobrietate celebrate, vt imitemini eos qui præceſſerunt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis vt benedictio Domini in æternum maneat ſuper vos* (Gevzæ.)

Fiat, Fiat.

LXXXIX. Qvare,

De peccato Originali Paruulorum.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ docent filios fidelium contrahere peccatum originale, ideoque debere baptizari, quum iis peccatum originis non imputetur?

Zvving. l. de peccat. orig. Caluin. Antidot. Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 5. l. 4. Inſti c. 16. §. 25. & 26. Eraſm. in c. 5 ad Rom.

Respondeo et dico II.

1. Respondeo et dico I. Omnes omnino homines & paruulos, qui ex ſtirpe Adæ naturali generatione propagantur (vnde Chriſtus excipitur de Virgine natus) habere neceſſitatem & debitum contrahendi peccatum originale, ita vt illud reipsâ in conceptione contrahant, niſi ſingulari priuilegio præueniantur, quod creditur conceſſum Deiparæ Virgini Mariæ.

Omnes homines naturaliter prognati neceſſitatem habent contrahendi peccatũ Originis

Veritas hæc vti eſt vna ex præcipuis fidei noſtræ fundamentis, in quibus Religio. Catholicæ Summa conſiſtit; ita certiſſimis Scripturarũ munitur argumentis.

2. Primò Qvia Iob, 14. 4. *Quis poteſt facere*, inquit, *mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es?* Vbi Sciptur. abſolutè præſupponit, omnes eos qui ex ſemine Adam, generatione naturali deſcendunt, certam quandam habere animæ immunditiam, quæ à ſolo Deo poſſit tolli,

quæque non eſt alia, niſi originis peccatum.

3. Secundò, ad Rom. 5. 12, *Propterea ſicut per vnum hominem, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.* Quaſi dicat, ſicut per vnum peccantem Adamum, qui fuit origo omnium, peccati originalis reatus in vniuerſum genus humanum intrauit, & per peccatum, ſublatâ Iuſtitiâ Originali, quæ à morte conſeruabat, ipſa mors, & ita in omnes homines, qui in illo vno erant, mors pertranſiit, in quo (ſiue homine, ſiue peccato, Concil. Milleuit. can. 2.) omnes peccauerunt, Subaudi; Sic vita per Chriſtum; ergo etiam paruuli, quantumuis fidelium filij, in Adamo peccârunt, & conſequenter in iniquitate Originalis delicti concipiuntur, ait enim, *Omnes*, nullum excipit, vti nec infra, verſ. 19. *Per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi*, id eſt, omnes verè in peccato nati ſunt & verè filij iræ, non tantùm miſeriâ & morbo.

Peccatũ orig. & mors in omnes pertranſiit.

Etiã paruuli fidelium filij in Adamo peccârunt.

4. Quinimo Epheſ. 2. 3. *Eramus naturâ* (id eſt, per originem naturæ vitiatæ) *filij iræ, ſicut etiam cæteri:* Dicere autem Adami peccatum ad alios tranſiiſſe imitatione, quaſi Adamus peccando, fuerit velut exemplar omnium hominum peccantium, non propagatione, eſt abſurdiſſimum, quia imprimis paruuli, & plures qui nihil audiuerũt de Adamo, nõ poſſunt eum imitari, quis enim imitetur quod non nouit? Deinde ſic in mundũ ſeu genus humanum intrauit peccatum, ſicut mors; atqui mors nõ ſolùm imitatione, ſed quâdam neceſſitate deriuatur ex Adami peccato, ergo & peccatum.

Adami peccatũ non tranſijt ad alios imitatione.

5. Venio ad rationẽ quæ idem ſuadet QVIA pœna non transfertur abſq; culpa; atqui paruuli ſuſtinent

nent pœnam peccati, vt dolores, famem, ſitim, æſtum, vexantur aliquando à Dæmonibus, mors in omnes pertranſit, pertranſiit ac pertranſibit, ergo ad eos peruenit culpa, propter quam ſic puniuntur, quæ non poteſt eſſe actualis, ob defectum pleni vſus intellectus & voluntatis, ergo originalis.

Niſi decreueris dicere, Deum ita eſſe iniuſtum, vt prius aliquem puniat, quàm ille ſit peccator; quod maximam ſonat impietatem ac iniuſtitiam.

6. Taceo nunquam ab Eccleſia interruptam paruulos baptizandi Traditionem, idque ob maculã originalem. *Perpetua traditio baptizãdi paruulos.*

RESPONDEO ET DICO II.

IN ſingulis hominibus qui ex Adam naſcuntur, eſt ponendum proprium quoddam & diſtinctũ peccatum, quod propriè dicitur Originale, vt bene reſoluit Concil. Trid. ſeſſ. 5. hocque *peccatũ Adæ, origine dicit eſſe vnum, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus, ineſſe vnicuique proprium.* Vbi nota illud, (*omnibus*) & (*vnicuique proprium.*) *In ſingulis hominibus eſt propriũ peccatũ Originale.*

7. Probatur, QVIA ad Rom. ſup. mors propria ad ſingulos pertranſiuit, ergo & peccatum propriũ. Deinde ſicut hoc ipſo quod Adam peccauit, in eo remanſit culpa habitualis, vnde ille diceretur peccator: ita etiam quia nos in ipſo peccauimus, hoc ipſo quo naſcimur ex illo, contrahimus ex illo actu præterito, habituale peccatum.

RESPONDEO ET DICO III.

8. PEccatum Originale non eſt forma aliqua ſubſtantialis per ſe mala, vel qualitas poſitiua; *Quid non ſit originale peccatum.*

Digitized by Google

tiua; animæ vel potentiis eius ſuperaddita, non fomes Concupiſcentiæ: nam quum peccatum Originale per Baptiſ. tollatur, illa verò maneant, non poteſt in iis conſiſtere ratio originalis peccati: Non etiam conſiſtit in Phyſica priuatione Iuſtitiæ originalis, ſiue fræni illius, quo portio inferior perfectè ſubiiciebatur ſuperiori, & illa Deo; hæc enim priuatio verè & per ſe eſt pœna peccati à Deo inflicta & volita, vnde ipſa non poteſt per ſe eſſe peccatum; Deus enim ob nullum finem poteſt velle id quod malum eſt ſiue peccatum: multo minùs infligere poteſt.

a Priuatio orig. iuſtitiæ eſt inflicta à Deo.

9. Reſtat ergo formaliter conſiſtere in HABITVALI AVERSIONE A DEO, velut fine ſupernaturali, in ſingulis proueniens ex primo peccato actuali, quo ſinguli peccârunt in Adamo. Vbi tamen, per habitualem auerſionem, non intelligimus quippiam reale, potentiis ſuperadditũ, ſed aliquid permanens per modum habitus, quod conſiſtit in morali quadã æſtimatione: Sicut tranſeunte actu peccati, homo dicitur in peccato manere, id eſt, in reatu, etiamſi nihil reale maneat in ipſo ex illo actu. Reatus autem, dicit indignitatem quandam inductam ab actu peccati, ratione cuius homo manet in ſe poſitiuè indignus amore & beneficiis ſupernaturalibus, dignus verò odio Dei & pœnâ, quæ omnia ſonant entitatem, non Phyſicam, ſed moralem.

Ratio formalis peccati Originalis.

Reatus quid ſit.

10. Atque hæc expreſſa videtur mens D. Auguſt. l.2. de peccator. merit. cap.34. *Quid agit,* (inquit) *in paruulo Baptiſmus meus, ſi in Diaboli familia non tenetur, quo modo ad Deum conuerti poteſt, à quo non eſt auerſus?* vbi apertè de iſta habituali loquitur auerſione.

Obiectio

Digitized by Google

Obiectio I.

Apoſtolus hortatur Coniuges diſparis Religiõ conuerſos, modò abſque iniuria fidei conſentiant habitare, ab inuicem non ſeparari, *Sanctificata eſt* (inquit) *mulier infidelis per virum fidelem*, 1. Corinth. 7. 14. Rationem autem ampliorem allegãs, infert: *alioquin filij veſtri immundi eſſent, nũc autem ſancti ſunt*: ergo fidelium filij non contrahunt originale peccatum, quippe ſancti ſunt. *Quomodo infidelis mulier ſanctifice tur per virũ fidelem. Item filij eorum.*

Spongia.

11. Sancti ſunt, non quidem ita nati, ſed operâ fidelis parentis, baptizati & Chriſtiani facti, abolito ſcilicet peccati originalis reatu. Sic etiam quãdo virum infidelem, per mulierem fidelem, & è contra, ait ſanctificari, non de formali agit ſanctificatione, ſed inſtrumentaria, nam per talem cohabitationem, poteſt & ſolet interdum infidelis conuerti ad fidem ad ſanctitatem.

Obiectio II.

Paruuli eo ipſo quod naſcerentur à parentibus fidelibus, iam baptizati erant in ſanguine Chriſti, ergo ex neceſſitate Baptiſmi, non concluditur contra eos coinquinatio peccati originalis. *Commune argumentum Geuzarum.*

Spongia.

12. Ille Baptiſmus qui fit in ſolo ſanguine vel merito Chriſti, nuſquam in S. pagina inuenitur: bene autem, Aquæ Sacramentalis, Ephe 5. 26. *vt* [Eccleſiam] *ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ.* Cuius tantam Chriſtus aſſerit neceſſitatem, vt *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non poſſit introire in Regnum Dei.* Ioan. 3. 5. habendo principium nouæ natiuitatis, ſcilicet vt ſit filius Dei. *Non inuenitur Baptiſmus in ſolo ſanguine Chriſti.*

13. Dicere autem per Aquam intelligi Veritatem aut pœnitentiam, aut ſanguinem Chriſti, eſt nuga- *Aquam Ioan. 3. variè exponunt Anabaptiſtæ.*

ri,& contra omnes Textuum verſiones,quæ verá aquam diſertè exprimunt,quicquid dixerint Anabaptiſtæ,qui hac in re mirificè inter ſe diſtant; vnde concidit infirmum veſtrum fundamentum,quo dicitis paruulos baptizari debere,quia ſint Eccleſiæ membra: falſum enim eſt, quia ad hoc baptizantur,vt per remiſſionem peccati Originalis ſint Eccleſiæ membra,eique inſerantur.

Paruuli non baptizantur quia ſunt Eccleſiæ mēbra.

14. Eodem modo refelluntur Pelagiani,docētes paruulos baptizari,non vt abluatur aliquod eorū peccatum,neque vt perueniant ad Beatitudinem quandam æternam extra cœlum, verùm vt fiant hæredes Regni cœlorum. Sed errant dum contra præfatas Script.negant Baptiſmum dari in Remiſſion.peccatorum,ſicut & contra locum Actor. 2. 38. *Baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti,in Remiſſionem peccatorum veſtrorum.* Item dùm dicunt paruulos poſſe habere Beatitudinem & vitā æternam,extra Regnum cælorum, & Chriſti ſanguinem.

Paruuli non habent Beatitud.extra cœlos.

Obiectio III.

Paruuli quidem contrahunt Originale peccatum,ſed propter fidem parentum eis non imputatur,ergo.

Spongia.

15. Contra implicat contradictionem vt peccatū ſit in aliquo,& tamen non imputetur ad culpam, ſic enim effectus formalis à ſua cauſa ſepararetur, quod eſt impoſſibile:de quo ſupr.Quare 81.in ſolut.1.Obiectio.

Peccatum nō poteſt ineſſe, & non imputari.

X C.

Digitized by Google

XC. QVARE.

De Peccatorum inæqualitate.

GEVZA REFORMATVS.

Luther. ar. 22. Cal. l. 3. Inſt. c. 4. ſect. 28. &c.

Quare Theologi Pontificij ponunt aliquod peccatum naturâ ſuâ veniale, quum omnia quæ verè peccata ſunt naturâ ſuâ ſint mortifera, eaque inter ſe paria?

ROMANO-CATHOLICVS.

Peccata aliqua ex ſe ſũt venalia.

1. RESPONDEO ET DICO: I. QVIA apertè docetur contrarium in Scriptur. quædã videlicet peccata propriè & ex natura ſua, eſſe venialia, ita vt nec gratiam & iuſtitiam excludãt, nec hominẽ æternæ damnationis reũ efficiant. An nõ Seruator hominibus iuſtis & ſanctiſſimis tribuit peccata, dum mandat Apoſtolis vt dicant *Dimitte nobis debita noſtra*, Matth. 6. 12?

2. An non quædam peccata comparat feſtucæ quę oculum non extinguit, ſed tantùm leuiter lædit, alia verò comparat trabi, quæ oculum extinguit, Lucæ 6. 41? Quem locum D. Hieron. homil. 24. in Matth. pertractans, peccata venialia, vocat leuiſſima & minima.

Aliqua peccata iuſtorum conſiſtunt cũ gratia.

An non Magiſtro cõſonat diſcipulus Ioan. Epi. 1. c. 1. 8. *Si dixerimus*, ait, *quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt?* vbi D. Ioannẽ loqui de peccatis Iuſtorum, quæ cum Diuina gratia & iuſtitia ſtare poſſunt, auctor eſt D. Auguſt. de nat. & gratia, c. 36.

3. Prodeat ratio idem conuincens, QVIA ſi ex volũtate Dei extrinſeca non imputante Iuſtis peccata ad reatum mortalem, veniale penderet, non poſſemus ſcire quæ ſint mortalia, quæ venalia,

 quum

quum tamen mortalia teneamur confiteri. Aſſumptum probatur, quia ex Script. de plerisque nihil certi poteſt haberi.

An non & inter homines quædam ſunt leuiores offenſæ, quæ nec amicitiam, dirimunt nec inimicitiam conciliant, quamuis nonnihil interim diſpliceant amico? Cur non potiori iure tales quędam inter Deum & homines erunt offenſæ? amicitia quippe Diuina beniguior eſt & firmior: omnis autem veræ & ſolidæ amicitiæ in recta ratione fundatæ, natura eſt, nō niſi ob graues diſſenſiones diſſolui: qualis non eſt veniale peccatum, quippe cuius ratio conſiſtit in quadam deordinatione & repugnantia cum recta ratione, quæ non includit auerſionem ab vltimo fine, ſeu virtualem Dei & amicitiæ eiuſdem contemptum, id enim propriū eſt mortalis peccati.

Amicitia vera non niſi ob graues diſſenſiones diſſoluitur.

4. Quis denique paria dicat, hominem voluntarie occidere, & iocosè mentiri? Item aſſerere puriſſimam DEIPARAM VIRGINEM MARIAM, in partu corruptam fuiſſe, vt docet Beza lib. *de omni præſentia carnis Chriſti:* & leuiſſimè de puella aliqua ſuſpicari? Certè nullus, niſi rationis impos.

Beza docet Deiparam in partu corruptam fuiſſe.

RESPONDEO ET DICO II.

5. FAlſiſſimum etiam eſt & Stoicorū quidē Paradoxon, omnia peccata mortalia eſſe paria, ſed alia aliis ſunt maiora ac minora. An non Chriſtus loquens diſcipulis ſuis de illis, qui noluiſſent eos recipere hoſpitio, *Amen,* inquit, *dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati,* Matth. 10. 15? Iam ſic argumentor: Si tolerabilius, ergo minus erit eorum peccatum reputandum, quia *pro menſura peccati, erit & plagarum*

Peccata mortalia nō ſunt inter ſe paria.

Digitized by Google

plagarum modus, Deuteron.25.3.

Sic ſanè peccatum in Spiritum ſanctum vt cæteris grauius extollitur Matth.12.32. nam, *quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.*

6. Idem denique veritatis Magiſter loquens Pilato Ioan.19.11. *Qui me* (inquit) *tradidit tibi, maius peccatum habet.* Ecce euidentiſſimũ argumentum, peccatorum inæqualitatem conuincens: Maivs Peccatvm inquit. Quamobrem opus non eſt, vt prolixiorem hac de re protrahamus ſermonẽ: maximè Qvia ratio dictat, quodcumque peccatum non violare aut priuare totâ rectitudine, quæ eſt in omnibus alijs virtutibus, at ſolùm rectitudine virtutis oppoſitæ, vnde peccatum quod eſt cõtra virtutem perfectiorem, cæteris paribus eſt grauius. *Ratio diſparitatis peccatorum.*

Obiectio I.

7. *Si non lauero te, non habebis partem mecum,* Ioan. 13.8. ait Chriſtus Petro, atqui Petrus non habebat niſi venialia, ergo illa excludunt à vita æterna.

Spongia.

Dominus non loquitur de excluſione à vita æterna, ſed vel à participatione Myſterij Euchariſtiæ, ad quam, ablutio illa, erat præparatoria, ſecundùm Toletum, vel excluſione à conſortio & familiaritate Chriſti, ſecundùm Thom. Stapletonum, ibidem.

Obiectio II.

8. *Stipendia peccati mors,* ait Paul. Rom.6.23. Item Ezechiel.18.20. *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur:* ergo omnia peccata per ſe ſunt mortalia.

Spongia.

Sententiæ illæ non ſunt vniuerſaliter intelligendæ de omni peccato, ſed indefinitè, de illis peccatis, quæ cum gratia & charitate pugnant, & auertunt à Deo, id quod ſatis eſt ad propoſitum Apoſtoli ac Prophetæ.

Sic etiam intelligitur illud Deuter.27.26. *Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit.* Loquitur enim de eo qui grauiter Legem violat Diuinam, faciendo etiam contra finem Legis, qui eſt Charitas erga Deum: quo pacto ſolùm per peccata mortalia violatur Lex Diuina.

Obiectio III.

9. Homo per peccatum veniale conſtituit aliquem vltimum finem præter Deum, hoc enim peccatum habet aliquem finem vltimum; non Deum, ergo aliquam creaturam, ergo habet malitiam mortalem.

Spongia.

Finis operis, & finis operantis.

Totum verum eſt de operis non operantis fine: qui enim mentitur ob voluptatem, etſi iocus, illius operis ſit vltimus finis, non tamen eſt vltimus finis operantis; neque enim ita amat iſtam voluptatem, vt cenſeatur contemnere Deum, eiuſque amicitiam, ſicut is qui mortiferè peccat.

Obiectio IIII.

10. Peccatum dicitur mors animæ, atqui mors æqualis eſt in omnibus, ergo peccata ſunt æqualia.

Spongia.

Peccatum eſt mors animæ, cauſaliter.

Peccatum dicitur mors animæ, non formaliter ſed cauſaliter, quia eſt cauſa mortis Animæ, excludendo charitatem, quæ eſt animæ vita. Inde tamen non ſequitur peccata paria eſſe, quod æquè occidant,

Digitized by Google

occidant, ſicut nec ſupplicia eſſe paria, quæ eandem mortem corpori inferunt, nam ſupplicium ignis longè maius eſt, quàm gladij aut veneni.

XCI. QVARE,

De Inferno ſubterraneo.

GEVZA REFORMATVS.

Quare tam multa negantur Papiſtæ de ſubterraneo Damnatorum Inferno, quum talis nullus ſit, ſed puerile aliquod duntaxat terriculamentum?

Brent. in c. 2. Actor. Calu. lib. 2. Inſtit. cap. 16 §. 8. & 9. Bucer in cap. 27. Matth. & multi Geuzæ ac Politici in Belgio. Eſt locus ſubterraneus Infernus dictus.

ROMANO CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. fide certum eſſe videtur, locum aliquem ſubterraneũ & à cœlo maximè diſtãtem eſſe, in vaſtiſſimo quodam circa centrum terræ hiatu, qui deputatus ſit impijs ex hac vita extra gratiæ ſtatum, decedentibus, qui vulgò dicitur INFERNVS.

2. QVIA nihil aliud innuit apertiſſima Scriptur. loca? Primò Numero 16. 33. *Deſcenderuntq;* [Dathan & Abiron] *viui in infernum, operti humo*; vbi ponitur verbum Hebræum SCEOL, quod ſignificat voraginem & Abyſſum inſatiabilem: & paulò antè: *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum, deuorauit illos.* Quo quid clariùs potuit dici ad confirmationem gehennæ, & loci ſubterranei?

Secundò, Pſalm. 54. 16. *Deſcendant in infernum viuentes.*

Tertiò, Iob. 21. 13. *In puncto ad inferna deſcendunt.*

Quartò, Matth. 11. 23. *Et tu Capharnaum, nonquid vſque in cœlum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes.*

Vbi

Vbi, ſicut exaltatio, loci eminentiam, ita deſcenſus, imam connotat profunditatem.

Patres docent eſſe Infernum ſubterraneū.

3. Quibus S.Paginæ teſtimonij ſubſcribunt Orthodoxi Eccleſiæ Doctores. D.Aug.lib.2. retract. cap.24. *De Inferis magis mihi videor docere debuiſſe, quod ſub terris ſint, quā rationem reddere, cur ſub terris eſſe credantur, quaſi non ita ſit.*

D.Hierony.in cap.4.ad Epheſ. *Quod autem Infernus in inferiore parte terræ ſit, Pſalmiſta teſtatur Pſal.105. dicens: Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan, & operuit ſuper Congregationem Abiron.*

D.Gregor.lib.4.Moral.cap.28. *Si eſſe Sanctorum animas in Cœlo ſacri eloquij ſatisfactione didiciſti, oportet vt per omnia eſſe credas & iniquorum animas in Inferno,* & cap.24. *Cum ergo ad aperiendum librum, nullus ſub terra inuentus dignus dicitur.* Apocal.5.) *quid obſtet non video, vt ſub terra Infernus eſſe credatur.*

Caluiniſtæ docent Infernum eſſe vbique.

4. Quibus Teſtimonijs apertè conſtat falſitas Caluiniſtarum, docentium Infernum non eſſe certum aliquem tormentorum locum. Item Caluini ſupr. affirmantis, puerile eſſe, *Mortuorum animas in carcere concludere*; Ego contra, virile, iuſtum & Principe dignum iudico, Malefactores, impios, criminis læſæ Maieſtatis reos atque blaſphemos (quales maximè Caluiniſtæ, Deum ſcelerum Auctorem, Chriſtum Damnatorum pœnas perpeſſum, ac de animæ ſuæ ſalute deſperantem, impudentiſſimè in ſcenam ſuam Theologicam inducentes) in finali impœnitentia perſiſtentes, æternis mancipare Inferni carceribus.

5. Accedat ratio in Scrip. fundata: QVIA locus Infernus in genere, eſt infrà viſcera terræ conſtitutus, atqui diues epulo Lucæ 16. dicitur ſepultus in inferno, imò in loco profundiſſimo (quandoquidem

quidem vt videret Lazarum, qui etiam tunc erat in locis ſubterraneis, ſurſum aſpicere, & oculos debuerit leuare) ergo locus Epulonis & Sociorũ damnatorum, eſt intra viſcera terræ.

Minor Propoſitio non habet magnam difficultatem; benè autem apud Hæreticos maior.

6. Sed probatur ex Symboli noſtri articulo: DESCENDIT AD INFEROS. Vbi quamuis reſpondeant Quinteuangelici & Pſeudo-Reformati Biblijſtæ, ſenſum eſſe; Deſcendit ad Sepulchrum: vt nugatoriã tamen explodimus battologiam, quum immediatè præcedat; *Mortuus & ſepultus eſt.* Deinde Apoſtolus Epheſ.4.9. dicit, *Chriſtum deſcendiſſe in inferiores partes terræ*; Sepulchrum autem eſt in ſuperiore parte terræ, imò Chriſti, erat ſuper terram.

Chriſtus deſcendit ad Inferna & ſubterranea loca.

7. Poſtremò filius hominis apud Matth.14.40. dicitur *futurus in corde terræ tribus noctibus*; proinde cõſtat eſſe locum aliquem ſubterraneum, qui nomine communi dicitur Infernus.

Corollariè ſequitur, Infernum damnatorum non eſſe vbique, vt multi hodie aſſerunt Politici, Atheiſtæ, Caluiniſtæ.

RESPONDEO ET DICO II.

8. POenæ damnatorum non ſolùm ſunt terror quidam & anxietas quâ afficiũtur Animæ, dum cogitant Deum ſibi iratum, ſed etiam vſtio realis, iuxta illud Eſai.66.24. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*; Quem locum enucleatiùs expendens Alphonſus à Caſtro lib.8. aduerſ. Hæreſes, verb. *Infernus*, adeoq; Almaricum refutans, dicit intelligi debere, non ſolùm de verme Conſcientiæ, qui improborum mentes continuo

Pœnæ damnatorũ ſunt ignis vſtio, non ſolum quidam terror.

tinuo

In Inferno, erunt vermes. tinuo morſu rodit, ſed etiam verme corporali: In cuius confirmationem adducit verba Eccleſ.7.19. *Humilia valde ſpiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis,* Quæ verba (inquit) nullo modo intelligi poſſunt de verme conſcientiæ, neque enim dixit: vindicta animæ impij; Sed, *vindictæ carnis Impij, ignis & vermis* Sic Iudith. 16.21. *Dabit Ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum.*

9. Vnde Innocent.3.lib.3. de contempt.mundi, cap.12. *Vindicta carnis impij vermis & ignis. Vterque duplex interior & exterior; Interior qui rodit & vrit cor; exterior, qui rodit & vrit corpus.* Quæ omnia intellige, non virtute naturali, ſed Diuinâ.

Vermes Infernales rodent virtute Diuina.

Alia pœna Inferni. Præter hæc, erunt ibi fletus, eiulatus, ſtridor dentium, ſulphur, tenebræ exteriores, Matth.22.13.& ſingulorum ſenſuum proprij cruciatus, iuxta illud Apocal.18.6. *Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis; & duplicate duplicia ſecundùm opera eius; in poculo quo miſcuit, miſcete illi duplum; quantum glorificauit ſe & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.*

Pœna inferni erunt æterna. 10. Hæ autem pœnæ erunt ſempiternæ etiam reſpectu eorum qui Chriſto nomen dederunt, ſed finaliter damnati, ſiue Catholici, ſiue hæretici, iuxta illud Matth.25 41. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.*

Scrupulus Caluinianus.

Illud. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,* potiùs per modum terriculamenti, minaciter, quàm veraciter eſt dictum, ſicut illud Ionæ 3.5. *Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur.* Niſi enim hiſce ſpectrorum comminationibus homines in hac vita percellerentur, in omne ſordium genus ſe demergerent

gerent: at hoc ſalutari terriculamento multum compeſcuntur & in ordinem Honeſtatis rediguntur, quum tamen à parte rei nullus ſit ſubterraneus inferni locus: verùm quidam Conſcientiæ duntaxat horror. Ita multi hodie Caluiniſtæ & Libertini.

Reiectio.

11. Reſpondet D. Auguſt. lib. 21. Ciuit. cap. 24. & 26. non eſſe parem vtrobique rationem: *Niniuitæ quippe*, ait, *in hac vita egerunt pœnitentiam, & ideo fructuoſam, velut in hoc agro ſeminantes, in quo Deus voluit cum lachrymis ſeminari, quod poſtea cum lætitia meteretur.* Itaque conditionalis fuit comminatio illa in Niniuitas, niſi videlicet agerent pœnitentiam, vti poſteà egerunt. Non ſic illud: *Ite à me maledicti in ignem æternum*, ſed finalis & abſoluta ſententia iudicis, ſiquidem tunc non erit amplius Pœnitentiæ locus, iuxta illud Ioan. 9. 4. *Venit nox quando nemo poteſt operari.* Vnde nulli Sancti orant pro impijs iam damnatis in altera vita, vt ibi indicat D. Auguſt.

Ite à me maledicti, *non eſt terriculamentũ, ſed abſoluta Iudicis ſententia.*

12. Vtinam vtinam Hæreticici & peccatores alterius cuiuſdam comminationis realis ſalutarem rationem haberent, Montem Hᴇᴄʟᴀᴍ In Iſlandia intelligo, quem Laurentius Surius in Chronic. terribilem ignem, ſulphur, & lapides iugiter euomere atque proijcere narrat: *Viſuntur*, ait, *illic mortuorum ſpiritus, qui in nota ſpecie offerunt ſe familiaribus colloquiis hominum, idque adeò, vt adhuc viuere putentur ab illis qui eos neſciunt vel ſubmerſione ſeu aliâ violentâ morte periſſe, (nam tales præcipuè apparent.) Cùm autem orant eos amici vel noti, vt domum redeant, dicunt cum ingenti gemitu ſe petere Montem Heclam, ilicoq; diſparent, voluit autem omnipotens Deus eiuſmodi in terris extare*

Mons Hecla in Iſlandia.

Digitized by Google

loca terribilia, vt certiùs norint mortales quæ pœna maneāt Impios poſt hanc vitam, & ſic diſcant timere Deum, vt poſſint æternos ignes euadere.

Caluiniſtæ mortui putantur iam aliter ſentire de Inferno.

13. Credo ego Caluiniſtas, Atheiſtas, Politicos, Libertinos, &c. Infernum ſubterraneū cum pœnis prænominatis, negantes, & vitâ iam mortali defunctos, aliter ſentire; Nam quum in perfidia ſua morientes, Inferni pœnas, animæ ſaltem eorum, à modò experiantur, reor eos iam ſcire alium eſſe Inferni pœnas, ab illo conſcientiæ horrore diſtinctas.

XCII QVARE,

De fugiendis Hæreticis, Reformatis, &c.

Calu. lib. 4. Inſtit. cap. 2. §. 5. 6. 7. & Georg. Caſſand. lib. de offic. boni viri cum multis Politicis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ ita fugiant fratres noſtros Reformatos (quos Hæreticos nominant, temerario auſu) vt ne quidem colloquij vel audiendæ concionis Conſiſteriantium, communione, contra ordinem Charitatis, illos dignentur?

ROMANO-CATHOLICVS.

Vitandi ſunt Hæretici.

1. RESPONDEO ET DICO: Syncerè vnicam cauſam eſſe, QVIA omnis Conuerſatio Recta, duas habere debet conditiones. Primò, vt ſit honeſta. Secundò, vt ſit pacifica: neutram habent Reformati, Euangelici, Hugonottæ, Perfectiſtæ, Anabaptiſtæ, Biblijſtæ, Geuzæ, vulgò *de la Religion pretendue*, vel die Ghereformeerde oft Bliſſtr-geuzen/ dicti: meritò proinde eos declinamus, monente D. Paulo Rom. 16. 17. & 18. *Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula, præ-*

ter

ter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis: huiuſcemodi enim per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda Innocentium. Quibus conformiter verbis.

2. *Dico*, conuictum Hæreticorum & Reformatorum, NON ESSE HONESTVM; quia periculo eſt plenus ſeductionis, per maleſuadas Libertatis Euãgelicæ, Reformatioris Euangelij, ſolius fidei iuſtificantis, &c. benedictiones, veriùs dixiſſem, Maledictiones: vnde meritò omnis hæreticarum concionum frequentatio Pop. eſt interdicta.

Conuictus Hæreticorum non eſt honeſtus.

Conciones Hæret. interdicta.

An non hæreſis fornicaria mulier illa, ſolidæ & legitimæ Sapientiæ expultrix, à qua viſitanda Salomon, Prouerb. 5. 8. deterrens: *Longè fac*, (inquit) *ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.* Cuius fugæ rationem alibi reddens, ait: *Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent ſemitas vitæ?*

Hæreſis eſt ſimilis mulieri fornicariæ.

3. Planè ita eſt; qualiter enim facilius & ſecurius experimur eſſe, lupanaria non adire, cum meretricibus familiariùs non verſari, adeoque occaſiones omnes deuitare, quàm poteſt Venereæ oblectationis experientiam, Venerem vincere & continentiam amplecti, (quum enim reliqua vitia reſiſtendo, & fœditatem eorum penitius inſpiciendo ſuperentur, ſola Libido fugâ eneruatur.) Taliter ſe res in Hæreſi habet: facilè enim imbibitur per familiariorem hæreticâ prauitate infectorum vſum, & cuius ſemel animum inuaſerit, non facilè reuertetur ad Orthodoxæ ſemitam Religionis.

Hæreſis difficulter curabilis.

4. Excutiendus ergo eſt vt vipera, fugiendusq; vt peſtis, hæreticorum ſermo; nullo modo ratio-

Sermo Hæreticorum eſt fugiendus

Digitized by Google

nes eius expendere, trutinare, examinare, ſine præſenti præcipitij diſcrimine, vulgus poteſt: Secus eſt de Doctoribus, quod munus non eſt omnium, iuxta illud; *Quoſdam dedit Apoſtol. &c. alios autem Paſtores & Doctores*, Epheſ. 4. 11. Fornicariam mulierem Hæreſin dixi: plus dico, & ſpurciſſimam meretricem eandem appello, vt dum eam omni vento doctrinæ circumferri, & de vna in aliam falſitatem videmus tranſire, meritò Propheticum illud in ipſam contorquere nobis liceat; *In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo, tu proſternebaris meretrix*, Hierem. 2. 20.

Hæreſis eſt meretrix ſpurciſſima.

5. An non id faciunt Hæretici, qui poſtquam à caſtiſſimo Sponſo Chriſto ſe diremerunt, adeoque perfractis pudoris repagulis, datam ei fidem fefellerunt: eam quotidie fere, ad inſtar Vertumni, mutant, ſimul ac vident collem aliquem ſublimem aut lignum frondoſum, hoc eſt polyhiſtorem aliquem Pſeudo-Euangelicum, qui vel minimum ſcientiæ, quæ inflat, gradum habere videatur, quique verbis ornatis, quæ praua ſentit, palliet atque edicat?

6. An non primò M. LVTHERO licèt excucullato Monacho, tamen pro colle ſublimi & ligno frondoſo, illis habito; Deinde Hulderico Zwinglio: Tertiò Baltaſari Pacimontano, Ioanni Caluino, Theodoro Bezæ, Illyrico, Spangenbergio, Hermanno, alijſque infinitis penè emiſſarijs, ſe turpiter, Germaniæ, Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Belgij, maximè tamen Hollandiæ, Zeelandiæ, Friſlandiæ, cæterarumque confœderatarum Prouinciarum plurimi Pſeudo-Chriſtiani, ſubſtrauerunt, & etiam-num hodie ſubſternunt, cuiuſque verbum tanquam à Deo prolatum colentes,

Pſeudo-chriſtiani omnem Hæreſim fere amplectuntur.

Digitized by Google

lentes, nunc ad hunc, nunc ad illum deflectentes, atq; omni *tranſeunti proco ſua crura diuaricantes*, Ezechiel. 16. 25? Quâ quæ poteſt eſſe effrænior libido? quæ, ſemel Orthodoxo deperdito pudore, profuſior Venus?

7. Deinde nec PACIFICVS eſt congreſſus veſter: ſemper enim diſputatis, quarizatis, Biblia clamosè deſquiritis, & nunquam ad ſolidam Bibliorum aut veritatis Theologicæ ſcientiam peruenitis, nec hodie quis illorum verborum, *Hoc eſt Corpus meum*, *Hic eſt ſanguis*, &c. ſenſus verus ſit, ſcitis; nec conuenire inter vos poteſtis aut vultis; ſiue de hoc, ſiue de alijs centenis fidei ac Religionis articulis tractetis. Ne mirum: quippe qui nullum Acephalis litigijs veſtris, præter proprium cerebrum, Præſidem aſſignatis, ſemper ad particularem ſpiritum reuelantem (quo vnico nihil in Orbe damnabilius) prouocantes.

Reformati ſunt diſputantuli contentioſi, & indocti.

Præſes diſputat. Reformatorum, eſt Spiritus reuelans.

8. Hinc diſcrepantiſſimos & ſeditioſiſſimos in coætaneos ſuos Pſeudo-Euangelij buccinatores, Martin. Lutherus edidit tractatus: inter cæteros verò prolixum librum in Zwinglium Toggium & Oecolampadium, qui tamen ex eius deſcenderant Schola. in eo lib. intonat, Zvvinglianâ hæreſi nullam ſe legiſſe fœdiorem, quæ in ipſo initio in tot ſectas ſit diuiſa: Germanos cupidè noua quæque amplecti, eiſque ceu fatuos adhærere Germanos eſſe ſpurcas ſues vel porcos. Ciuiles Magiſtratus, debere Zvvinglianos tanquam blaſphemos punire: Zvvinglianos eſſe porcos & aſinos, &c. quibus non tam Zvvinglianos, quàm ſeipſum damnat: quippe qui inclytæ & generoſæ nationi Germanicæ, fidei ac morum intulit ruinam.

Lutherus in Zvvinglium.

9. Longum eſſet hic referre egregia calumniarum emblemata, quibus Caluinus lib. *Summa Confeſſionis de Sacramentis*, dicto, ornat Lutheranos, & hi reciproquo Apologetico, Caluinum: Scurras reuera inter ſe commiſſos iure dixeris: In vltima ſanè admonitione ad Ioachimum Weſtphalum Lutheranum, vocat Euangelicos, id eſt, Lutheranos, homines brutos, in quibus ne gutta quidem ingenui ſuperſit pudoris, popularis theatri plauſu contentos, nec Dei nec Angelorum iudicium curantes: Tribuit eis nugatoriam leuitatem, cæcam temulantiam, caninam improbitatem, diabolicam ſuperbiam; vocat eos homines vertiginoſos, Cyclopes, latratores phreneticos, beſtias, proteruos, pertinaces: Hæc ibi Calu. in quem optimè quadrat illud Eccleſiaſtici 21. 30. *Dum maledicit impius Diabolum, maledicit ipſe animam ſuam.*

Caluinus in Lutheranos.

10. Eiuſdem maledicentiæ conſortem vterque habuit Brentium, qui tantis lædorijs Summiſtam ſuum proſcindit Bullingerum, vt vociferetur; *ſibi negotium eſſe cum virulenta excetra, cum Scorpionibus venenatiſſimis, cum homine effronte, ſopbiſta, omniumque mortalium nequiſſimo*, Vide Surium in Chronico.

Brentius in Bullingerum.

Abundè eiuſdem rei teſtes ſunt interminatæ atque omnes penè Hollandiæ, Zeelandiæ, &c. angulos hodie ſubingredientes, Arminiſtarum ac Gummariſtarum, de Altiſſimis Prædeſtinationis, Reprobationis ac Prouidentiæ argumentis, diſputationes, & cauillationes, paſquillorum diſſeminationes, & pugnantiſſimorũ libellorum continuæ editiones, ad manus meas deuolutæ & in ijſdem locis à me viſæ.

Diſputationes interminata Gummariſtarum, & Arminiſtarum.

11. Quæ

Digitized by Google

11. Quæ ſeditiones & diſcordiæ ſi omnibus quondam enatis hæreſibus fuerint cõmunes, non mirum ſi& veſtris: quum Lutherana, & Caluiniana, omnium antiquarum, & iampridem damnatarum Hæreſeωn ipſiſſimæ ſint fæces. Eia agedum, prius inter vos, Religionis atque animorũ componite pacem, antequam nos in veſtram pertrahere moliamini ſocietatem ac naſſam.

Puluiſculus Politicus.

Etſi alienæ Religionis audieris conſortes, nihil tamen inde metue periculi, ſed probare te eos ſpera, etiamſi ſis laicus homo, non Papiſticus doctor.

Reiectio.

12. Inſipiens ſim ſi hoc egero, quum ſperare illud, non veram & ſolidam fiduciam, ſed periculoſam potiùs ſapiat præſumptionem, iuxta Maximam Sapientis Eccleſiaſtici 3.7. *Qui amat periculum, in illo peribit,* & D. Paul. 1. Corinth. 10. 12. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.*

Licèt hic coronidis loco attexere CARNIFICAM CONSCIENTIÆ, omnium pœnè Hæreſiarcharum: Hanc enim ſicut in initio experiri ſolent, dum reluctante conſcientiâ, nouum impiæ doctrinæ & Pſeudo-Chriſtianæ vitæ genus diſſeminant; Ita ea ſola à nobis cognita, à talis vel talis ſectæ, quantumuis ſpecioſo REFORMATIONIS purpuriſſo adornatæ, amore nos emritò debet auocare: Verùm ne in immenſum excurrã, duos duntaxat vltimi ſæculi 1500. Coryphæos attingam; quorum conſcientiæ remorſus, meritò Lutheranos, Zwinglianos, Catabaptiſtas, Caluiniſtas, Geuzas, Reformatos, &c. terrere, atque ad *Carnificinam conſcientiæ patiuntur Hæretici.*

maturiorem erroris ſui indaginem, immo abnegationem, debent excitare.

CARNIFICINA APOSTATICÆ CONSCIENTIÆ MART. LVTHERI quinti (ſi dijs placet) Euangeliſtæ.

13. NOtus & nimis quidem notus Mart. Lutheri Liber, *de abroganda miſſa*, Quem Alſtadio, ſiue ex ſuo Patmo, ad Congregationis Saxonicæ fratres Wittenbergenſes ſcribit, quos hortatur vt in cœpta Miſſæ abrogatione, etiam contra conſcientiæ accuſationem, perſiſtant, ſicut & ſe in quibuſdã feciſſe narrat. Negent hoc quantumcunque velint Lutheri mancipia, certum tamen eſt, & diſertis in textu verbis expreſſum: negare non poſſunt, nolo mentiri. Iam verò contra conſcientiam à malis deterrentem pugnare, quid eſt aliud, quàm rebellem eſſe lumini, adeoque vtriuſque impreſſori, Deo?

Luther. monet operari contra Conſcientiam.

CARNIFICINA APOSTATICÆ CONSCIENTIÆ IOAN. CALVINVM, à cœptæ perfidiæ proſecutione, deterrentis.

14. ADmodum Reuerend. in Chriſto Pater F. Ioannes Baptiſta à Glano, S. Theol. Doctor Sorbonicus, & quondam Ordinis Fratrum Eremitarum D. Auguſtini, per Belgium Prouincialis, certo quodam à ſe edito tract. *Remonſtrance Catholique aux Peuples du Pays-bas*, *de la ſainte Meſſe*, dicto, Deum teſtatus ad inſequentis hiſtoriæ confirmationem, narrat ſe iuxta Leodium, in domo Generoſi Domini Eraſmi d'Ans, Toparchæ, in Velroux

F. Ioan. Baptiſta à Glano.

Digitized by Google

Velroux & Lechi, non ita pridem interfuiſſe ſocietati Reuerendi cuiuſdam Canonici Binchienſis, tum temporis Eleemoſynarij Dominæ de Argenteau: qui inter alia, vbi in itineris ſui Romani (eò enim in iuuentute ſe contulerat) incidiſſet mentionem, aſſeruit ex Gallia quondam, ſe iuuene quodam Muſico Rhemenſi, aſſociatum, diſceſſiſſe. At quos quum curioſitas inſtigaſſet, vt Geneuam Sabaudiæ vrbem pertranſirent, etiam M. Ioannem Caluinum videndi cupido inceſſit, quippe quem paſſim in Francia & Belgio, omnium ſermonibus audierant ventilari.

Duo Adoleſcentes agunt familiariter cum Calu.

15. Caluinus hac in parte ipſis gratificatus, & multa humanitatis indicia oſtendens, quinam de ſe in Belgio & Francia hominũ ſermones eſſent, percunctari cœpit. Qui reſponderunt, multis lachrymis deplorari ſiniſtrum eius ſaltum, atque ab Eccleſia Dei receſſum.

Calu. Conſcientia eum deterret ac mordet.

Ad hæc Caluinus gemere, ſuſpirare, fremere, & execrari illam horam quâ animum ad ſtudia applicuiſſet; affirmans, ſcientiam, huic ruinæ cauſam dediſſe: De cætero, ſe extra viam ſalutis eſſe, hoc indubiè agnoſcere & fateri. Illi rurſum pro ſua modeſtia; Potes, inquiunt, Domine, erroribus tuis renuntiare, & ad Eccleſiam reuerti. Sed quibus, *Serius eſt*, replicat Caluinus: *ſcio enim me à Deo excommunicatum, ideoq; totius ſpei expertem.*

Calu. deſperat, ratus ſe à Deo excommunicatum.

16. Inſtãt illi nihilominus, ſemperq; aperta recipiendis Peccatoribus & amplectendis Pœnitentibus, Dei brachia allegant: *Verùm nullam ſibi ſupereſſe pœnitentiam infert Calu quippe qui probè ſciret, quali Berengarius reſipuerit Pœnitentiâ.* Quos ſermones vt relati ſunt, ita ſe veraciter habere, præfatus D. Canonicus interpoſito iuramento cõfirmauit, ſuntq;

in viuis teſtes qui hæc eum referentem audierunt. Digna certè Carnificinæ Conſcientiæ Caluinum deterrentis, ſed per eum impiè oppugnatæ hiſtoria, quæ in publicas tabulas æternum referatur.

XCIII. QVARE,

De Matrimonijs cum Hæreticis non contrahendis.

GEVZA REFORMATVS.

Philipp. Melancht. in locis tit. de cōiugio, & cum eo Politici ac Geuza.

Quare vos Romanenſes corripitis coniugia filiorum veſtrorum, cum Sororibus noſtris Reformatis, vel è contra?

ROMANO-CATHOLICVS.

Illicita, non irrita ſunt Coniugia Cathol. cum Hæreticis, & è contra.

1. RESPONDEO ET DICO, Talia Coniugia non quidem irrita, ſed illicita eſſe, QVIA graue peccatum eſt, dare filiam Catholicam Hæretico, & è contra; Tum quia euidenti Hæreſeos periculo exponitur Coniunx Chriſtianus cum prolibus, vti quotidiana docet experientia, tum quia vix fieri poteſt, vt pax domeſtica, in Religionis diſcrepantia ſeruetur, & vt Hæreticus Coniunx permittat fidelem tranquillè in ſua viuere Religione, vnde Patres grauiter in talia inuehuntur Coniugia, ſignanter D. Cypr. ſerm. de lapſis, qui inter alia crimina fidelium numerat, iungere Matrimonia cum infidelibus, dicitque hoc eſſe proſtituere membra Chriſti. Sic Tertull. toto lib. ad vxorem.

Periculoſa Matrimonia Hæret. cum Cathol. & contra.

2. Quod ipſum olim Iſraelitis interdixit Deus, Deut. 7. 3. dicens: *Neq; ſociabis cum eis* [filiabus Gentium]

tium] *coniugia*, idque ratione periculi, in quod Salomon incidit, dum varias mulieres alienigenas, Moabitidas, Ammonitidas, Idumæas, Sidonias, Hetthæas, &c. ſibi in Coniuges adoptauit, quippe quæ eum à recta in Deum fide auerterunt atque ad idololatriam perduxerunt, ſicut Valentem Imperatorē ad Hæreſim vxor pertraxit, teſte Theod. lib. 4. c. 11.

XCIV. QVARE,

De interdicto Diſputationum cum Hæreticis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ Pop. interdicunt diſputationes, per quas Scripturæ & Articulorum fidei veritas aperitur?

Geuzæ omnes, Caluiniſtæ, Arminiſtæ. Gummariſtæ, vulgo Slijckgeuzen.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Laicis ordinariè cautum eſt (in 6. Decretal. cap. *Quicunq;* de Hæret.) ne publicè vel priuatim de fidei momentis diſputent cum hæreticis. Ratio eſt clara.

Laici non diſputent de fide cum Hæret.

Primò QVIA laici ordinariè ſunt imperiti rerum Theologicarum, ideoque vniuerſim laicis omnibus id prohibetur, etiam iis in quibus ratio Præcepti locum non habet, modò ex obſeruatione nihil accidat contrarium intentioni Legiſlatoris, vt patet in ſimili de ieiunio, & fuga librorum prohibitorum.

Fidei defenſio eſt Doctor Eccleſiæ.

2. Secundò, QVIA ſicut non eſt omnium fidem prædi-

prædicare, ſed muneris tantū Eccleſiaſtici: ita etiā eādem defendere, non laicorū, ſed Doctorum eſt Eccleſiæ, in quem finem peculiariter ei de talibus Deus prouidit, teſte D. Paulo Epheſ. 4. 11. quippe ad quam fidei defenſionem, maior circum ſpectio & ſcientia deſideratur.

Diſputatio. cum Hæret. habendarum paruus fructus.

3. Tertiò, QVIA paruus eſt talium diſputationū fructus, tum quia Quinteuangelici Miniſtri & plebei, ſunt ſeditioſiſſimi & propriæ ſententiæ tenaciſſimi. vti hodie clarè patet per totam penè Hollandiam & Zeelandiam, in diſputātulorum diuerſiſſimas claſſes, ad ſeditiones vſque ciuiles, diſſectas: Tum quia, ſi Hugonottæ, maximè in Galiis, in ſimpliciorem aliquem incidant Romano-catholicum idiotam, mille ſophiſmatibus eum irretire, & fucatam de religione Papiſtica victoriam geſtient referre: verùm ſi in doctiorem quempiā incidāt Rabbi, qui audacter in arenā deſcēdat; forū declinant, vel tēpus locumve diſputationū ſubterfugientes, vel Regio edicto omnē de materia Religio. altercationem vetitam eſſe, turpiter excipientes.

Reformati nō audent diſputare cum doctis viris Cathol.

4. Sanè Ioannes Cochlæus vir doctus & de Religione Cathol. optimè meritus, non ſemel ſe ſub capitis periculo obtulit, ad experiendum corā Iudice cum quouis Lutherano, ſuper doctrina & Actis Lutheri. Sed nunquam eorum quiſquam auſus fuit eius rei facere periculum, nec cum eo deſcendere in arenam, teſte Sur. in Chronico.

Ioan. Cochlæus ſub Capitis periculo offert diſputatio. cum Lutheranis.

5. Concludo ergo cum Tertull. li. de Præſcriptio. aduerſ. Hæret. & Catholicos omnes, in Geuzas, Arminiſtas, Gummariſtas, &c. per occaſionem illapſuros, his eius verbis compello: *Non proficit congreſſio Scripturarum cum Hæreticis, niſi planè aut ſtomachi*

quis

quis ineat euerſionem, aut cerebri. Quid promouebis exercitaſsime Scripturarum, cum ſi quid defenderis, negetur: ex diuerſo, ſi quid negaueris, defendatur? Et tu quidem nihil perdis niſi vocem in contentione: nihil conſequeris niſi bile de blaſphematione. Ille verò ſi quis eſt, cuius cauſa in cõgreſſum deſcendis Scripturarum, vt eum dubitantem confirmes, ad veritatem an magis ad hæreſes deuerget? Certè de pari altercatione incertior diſcedet, neſciens quam hæreſim iudicet. Hæc ille. Quæ omnia diſertè expertus eſt Illuſtriſſ. & doctiſſ. Cardinalis Gaſpar Contarenus in Comitiis Ratiſponenſibus, apud Surium Anno 1541.

Fructus diſputationum cum Hæretiſtarum.

XCV. QVARE,

De Auctoritate SS. Patrum immeritò per Hæreticos exploſa.

Hæretici omnes maxime Brent. Zuvingl. tom. I. in explana. art. 64. Calu. Præfat. Inſt. P. Martyr. præfat. in I. ad Corinth. Geuza, &c.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Pontificij veſtri in diſputando prouocant ad Patres, & non ad ſolam Scripturam?

ROMANO-CATHOLICVS.

Veri Chriſtiani ſunt Romano-catholici.

1. RESPONDEO ET DICO I. Prouocamus ad Patres, non quia pari vel minori loco Scripturam habemus quàm SS. Patres, quod abſit: nulli enim ſunt qui plus ei, tãquam Dei verbo, ſumma cum Reuerentia acceptando, tribuendum cenſent, ac de facto tribuunt, quàm nos, qui per Dei gratiã vocamur & ſumus veri Chriſtiani, hoc eſt, Romano-Catholici; Non etiam quod Scripturæ faciant pro Hæreticis, aut quinti, ſi Diis placet, Euangelij præconibus.

Prouocamus ad Patres, quia Hæret. Scripturas ad ſua mendacia intorquent non ſic vnanimẽ PP. Expoſitionem

2. Sed

2. Sed QVIA facillimè poſſunt Hæretici nudas Scripturas,ad ſua in ſpeciem aſtruenda mendacia, inflectere & detorquere : non ſic vnanimem SS. Patrum,de ſano Script. intellectu , expoſitionem & ſenſum: Itaque ſi eos adigas ad Script. intelligentiam , quæ non à Quinteuangelicis Doctoribus,ſed ex perpetuo Eccleſiæ Cathol. Orthodoxorum Patrum conſenſu,eſt petenda , iam planè iacent omnia Hæreticorum Commenta.

3. Quod quum ipſi non ignorent, vſque adeò ſolas integris buccis crepant Scripturas perperam intellectas,& in præpoſterum, impium , atque à Spiritus S. mente alienum ſenſum detortas, vt ſimul omnia Concilia & omnes Patres (Ampliſſimos,antiquiſſimos , doctiſſimos Orbis Senatores) vbi cerebro ſuo occinere deprehenderint, prorſus abiiciant atque vt erraticos explodant, ſolo externo Euangelij,verbi Diuini,S. Paginæ, vulgo Godes woordt , cortice & fuco contenti : non medullâ,non vero ſenſu,inſtructi.

Et hoc iampridem ab Hilario l.2. de Trinit. dictum eſt aduerſus eiuſdem generis homines, cuius hodie ſunt Lutherani, Caluiniſtæ , Bibliiſtæ, Hugonottæ,Puritani,Zwingliani,Geuzæ,Gummariſtæ,& omnium ſtupidiſſimi Anabaptiſtæ: *De intelligentia*,inquit, *Hæreſis eſt, non de Scriptura. ſenſus; non ſermo, fit crimen.*

Hæreſis fit de ſenſu Scrip. non verbis externis eius.

4. Cui egregium hoc D. Aug.contra Manichæos adeóq; Hæreticos omnes ſibi Scripturam ſubiicientes.conſonat Schema,lib.32.contra Fauſt. ca. 19 .*Videtis autem id vos agere, vt omnis de medio, Scripturarum auferatur auctoritas, & ſuus cuique animus, auctor ſit, quid in quaque Scriptura probet, quid improbet: id eſt, vt non auctoritati Scripturarum ſubiiciatur ad fidem , ſed*

ſibi

ſibi Scripturas ipſe ſubiiciat: non vt ideo illi placeat aliquid quia hoc in ſublimi auctoritate ſcriptum legitur: ſed ideo rectè ſcriptum videatur, quia hoc illi placuit. Quo te committis anima miſera, infirma, carnalibus nebulis inuoluta? quo te committis? Quo te, inquam, committis nude Bibliiſta, quo miſerrime Geuza?

Hæretici ſubiiciunt ſibi Scripturas.

RESPONDEO ET DICO II.

5. QVando aliquid vel non eſt expreſſum in Script. vel ſaltem obſcurus eſt Scrip. locus, quem aliter vos, qui diſceſſiſtis à nobis, interpretaremini, aliter nos, qui in Eccleſiæ permanſimus vnitate: in eo rerum ſtatu, Pop. Chriſtianus ſtare potiùs debet Sanctorum Patrum, quàm nouitiorum Sectariorum ſentẽtiæ, ac de legitimo Script. ſenſu, interpretationi; adeò vt ſi Sectarij aſſerant aliquid, iudicantes id eſſe S. Scripturæ conſentaneum: Sancti verò Patres pronuntient contrariũ itidem iudicantes ſe Scripturæ conſentanea loqui (neque enim Scripturæ voluerunt aduerſari) debeat Populus Chriſtianus potius SS. Patribus, quam Sectariis aſſentiri: Sic ſanè ſuadet Script. Eccleſiaſtici 39.1.&.2. dicens, Sapientis eſſe, non ſolũ *in Prophetis* vacare, ſed etiam, *Narrationem virorũ nominatorum conſeruare.*

In quibus rebus maximè ſtare debeamus Patrum interpretationi.

6. Sic D. Aug. hom. 18. de Verb. Dom. enarrans locum illum Eſai. 52.11. *Recedite, recedite; exite inde, pollutum nolite tangere*; *Attendite*, ait, *in facta Sanctorum, ne forte noſtra videatur interpretatio: Quomodo hæc verba intellexerunt Sancti, ſic vtique intelligenda ſunt*; proinde ſtultus Beza præfatio. in Ioſue, ſtultè aſſerit vnum Caluinum melius veritatem Euchariſticam percepiſſe, quamvllus Patrũ à tempore Apoſtolorũ.

Quare antiquis Hiſto-

7. Ratio

riographis credemus.

Antiqui PP. fuerunt temporibus Apoſt viciniores, ideoque fides eis habenda.

7. Ratio clara id dictat QVIA I. antiquiſſimis credimus rerum Hiſtoriographis, quia tempori. bus illis viciniores fuerunt, maximè ſi numero plures conſentiant: ergo & Chriſtianis credenda ſunt ea, quæ omnes Sancti Patres, iiq́ue antiquiſſimi, de doctrina Chriſtiana ante annos 1000. 1200.1300.1400.&c. poſteris tradiderunt, quādoquidem Apoſtolorum temporibus vicini, & tanquam omni exceptione maiores teſtes corū quæ ſuis temporibus Chriſtianus Pop. per vniuerſum Orbem credidit, certiorem eorum omnium doctrinam atque intelligentiam potuerint aſſequi, certius teſtimonium edicere, quàm nos qui tanto annorum & tēporis interuallo eos ſumus ſubſecuti, maxime quum non niſi per ipſorum manus, ad nos, Biblia, eorum intellectus, & vniuerſa deſcendere potuerit Philoſophia Chriſtiana.

Catholici nō credunt in SS. Patres.

8. Minimè tamen intendimus aſſerere, quod ratio credendi terminetur ad SS. Patres, quum ea ſit prima veritas reuelans, ideoq́ue nemo Papiſtarum, ita fuerit ſimplex, vt vel in Patres vel Sanctam crediderit Eccleſiam. Abſit. Verùm quia vnanimiter de tali vel tali loquuntur Doctr. Chriſtiana; ex hoc vnanimi conſenſu intelligimus id quod Eccleſia Cathol. ſemper credidit ac tenuit de eadem doctrina Chriſtiana, à temporibus Apoſt. ad nos vſque, viâ ſuccedaneæ traditionis, adducta ac deriuata: Idem dico de ſana difficilium maximè Scripturarum, interpretatione ac ſenſu. Ita vt fides noſtra innitatur verbo Diuino, quod os Domini elocutum eſt per Sanctorum Prophetarum, & Apoſtolorum eloquia ac ſcripta: de quibus eloquiis Apoſtolorum Propheticis, earumq́ue ſano intellectu, certiores reddimur

Fides Cathol ſoli nititur verbo Diuino

per SS. Patrum antiqua & concordia teſtimonia, quicquid nobis falsò hac in re affricare conentur Reformati.

9. Cæterùm quando in propoſito loquimur de omnibus Patribus, illa diſtributio (omnibus) non mathematicè nullo excepto, ſed moraliter accipienda eſt, quo pacto omnes ij cenſentur eſſe, quorum auctoritatis pondus tantum eſt, conſideratis omnibus eruditionis, pietatis, multitudinis, &c. circumſtantiis, vt à prudentibus certè, eorum ſolummodo ratio debeat haberi, cæteris neglectis, quaſi nihil ſint, ſi cum illis conferantur.

10. Secundò, quòd viri pietate vitæ ac miraculis inſigniti, doctrinâ & ſapientiâ illuſtres poſt longos exantlatos ſtudij labores, nobis tradiderunt, minùs in eo aberrâſſe ſunt exiſtimandi, quàm veſtri noui homines Geuzæ & Reformati, pietate, eruditione, ſapientiâ, ſtudio ac numero multò inferiores tantis viris, quibus ne corrigiam quidem calceamenti ſoluere ſunt digni; nunquam enim credidero huiuſmodi viros, præſertim in fidei articulis, ſic Diuinâ illuminatione fuiſſe deſtitutos, ſic à vero aberrâſſe, vt & ipſi errârint, & Eccleſiam totam ſuis concionibus & doctrinis in errorem pertraxerint, contra diſertam & infallibilem Chriſti promiſſionem, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi,* Matth. 28. 20. & cap. 16. 18. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferi non præualebũt aduerſus eam.*

11. Tertiò QVIA quũ multo tẽpore controuerſias noſtras præceſſerint, tanquam iudices incorrupti cenſeri debent: proinde abſque vlla ſiniſtri fauoris *Patres controuerſias noſtras lon-*

go tem pore præceſſerunt.

fauoris ſuſpicione, ipſorũ dogmatibus, deciſionibus, decretis, reſponſis, fideles ſtare debent; *Nullã* (ait D. Auguſt. lib. 2. contr. Iulian.) *nobiſcum vel vobiſcum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt, neque nobis, neque vobis irati ſunt, neque nos, neque vos miſerati ſunt: quod inuenerũt in Eccleſia, retinuerũt, quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt: Nondum vobiſcum apud iſtos iudices aliquid agebamus, & apud eos eſt acta cauſa noſtra*: loquitur autem de peccato originali ex Adamo contracto, quod licet Diuinæ Legis oraculis adſtruatur, ſecus tamen ea interpretatus eſt Iulianus.

Patres ſunt iudices incorrupti.

12. Vnde ad Patres confugit D. Augu. proferens quid ea de re ſenſerint Irenæus. Cypr. Reticius, Olympium, Hilar. Ambroſius, Gregorius Naziãzenus, Hieronymus, Bàſil. Chryſoſt. Eodem prorſus modo quo Pontificij, peruerſè & ſacrilego ſenſu interpretantibus Scripturas Hæreticis, confugiunt ad Graphia PATRVM.

Obiectio nugiuendula.

Patres omnes, homines fuerunt, ergo in materia Religionis errare potuerunt.

Spongia.

Nec Luth. nec Cal. Angeli, Prophetæ, Euangeliſtæ fuerunt.

13. An Lutherus, Caluinus, &c. Angeli fuerunt? An non Prophetæ & Euangeliſtæ homines fuerunt, & tamen illorum ſententia atque doctrina, meritò à vobis & nobis habetur infallibilis? Reſpondete butubatæ.

Licet verò homines eſſent, tamen quum Spiritu S. dictante ſcriberent, errare non potuerunt.

14. Scio inter Doctores Eccleſiæ, & SS. Paginæ ſcriptores, diſcrimen intercedere; ſed illud ad rem de qua nunc agimus, nihil ſpectat: Solum enim volumus,

Digitized by Google

volumus, ſicut Scriptores Canonici, tametſi homines eſſent, Spiritu nihilominus veritatis ſuo modo dirigi debuerunt, ne vnquã erraret illorum aliquis: Ita etiam ab eodem ſpiritu dirigi Patres modo quodam ſuo, ne illi omnes errent: omnes inquam quum ſingulorum Patrum auctoritatem, vt infallibilem non aſſeramus.

XCVI. QVARE,

De turpi & illicita in rebus fidei ad Magiſtratum prouocatione.

Brentius in Prolegom. cõtr. Petrum à Soto. Melãchtõ in locis, tit. de Magiſtratu, & Geuza in Belgio.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ prohibent omnem in rebus fidei, ad Magiſtratum, Prouocationem?

ROMANO-CATHOLICVS.

RESPONDEO ET DICO: I. QVIA non eſt Regum, Principum, Magiſtratuũ, &c. iudicare de fidei & Religionis momentis, decidendo fidei Controuerſias, diſcernendo veros Prophetas à falſis, præſidendo Conciliis, mittendo verbi Diuini Miniſtros, leges ferendo de Eccleſiaſtica Politia, diiudicando verum à falſo, Scripturæ ſenſum. hoc enim totum ſolius eſt Eccleſiaſticæ poteſtatis, à Regia & politica diſtinctæ.

Diſponere de Religio. momentis, ſolius eſt Eccleſiaſt. poteſtatis,

2. Probatur primò Malach. 2. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt*: Q. D. Si qua circa verũ Religionis vel Script. ſenſum oriatur difficultas, ad Sacerdotis ſententiam homines recurrẽt, quia labia eius cuſtodire ſcientiam ex auctoritate, quũ

opus erit.proferendam,debent,quum is legati atque auctoritate inſtructi Nuntij vel Angeli,obeat munus.

3. Secundò,quia nunquã legitur Chriſtus in nouo Teſtamento hãc poteſtatem Tiberio vel Præfectis politicis conceſſiſſe, bene autem D. Petro & Epiſcopis,atque ex conſequenti,Succeſſoribus id totum commiſit.

Diſtinctio Poteſtat. Ecclesiaſt. & Politica.

4. Tertiò,quia Matth.22.21.vult, *Reddi ea quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* Quibus verbis, Cæſaream atque adeò in vniuersũ Politicã poteſtatem,diſtinguens ab Eccleſiaſtica & Diuina,tam ſuâ quàm eorum quos miſſurus eſſet; vult Cæſari ius ſuum pendi; Sibi verò qui ex Deo venerat, *vt teſtimonium perhiberet veritati*, Ioan. 18.37.fidẽ & aures in rebus fidei ac Religionis præberi: Quid enim eſt aliud,reddere Deo quæ ſunt Dei, quàm Dei vocem audire in iis quæ iubet, docet atque præſcribit,ſiue per ſe,ſiue per Apoſtolos, eorumque perpetuos Succeſſores & Eccleſiæ Paſtores, iuxta illud Luc.10.16. *Qui vos audit, me audit*, & Ioan.20.21. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*?

RESPONDEO ET DICO II.

Principum eſt pœnis Hereticos cõpeſcere & reuocare.

5. EST tamen Regis,adeoq; omnis legitimi Magiſtratus,maximè Imperatoris(Romani Põtificis brachium nominati) Hæreticos certis legibus,ab erroribus abſtrahere, atque ad Eccleſiã Catholicam pœnarum,ſi opus fuerit, terroribus reuocare.Ecquid enim aliud innuit Sapiens Prouerb.20.dicens, *Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malũ* (quale inter cætera,hæreſis) *intuitu ſuo*? Vnde & D.Aug.Epi.48.ad Vincentium: *Seruiant Reges terræ Chriſto,etiam Leges ferendo pro Chriſto.*

XCVII.

XCVII. QVARE,

De Cauenda hæreticorum librorum lectione.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ interdicunt Pop. aquâ & igne, propter lectionem librorum Reformatorum (Hæreticos ipſi vocãt) quum multa vtilia complectantur?

Reformati, Hæretici, Geuzæ, Belgicarum Prouinciarum.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Doctoribus & rudioribus iure humano illicitum eſt legere Hæreticorum libros, iis tantùm exceptis, qui legitimam à Sede Apoſtolica accepêre poteſtatẽ: Eccleſia enim id omnibus diſertè prohibet ſub pœna excommunicationis latæ ſentẽtiæ, vt patet in Bulla Cœnæ Domini.

Docti abſque licentia Sedis Apoſt. non poſſunt legere Hæret. libros.

2. Et meritò vetat QVIA Quum omnibus rudibus & pleriſque etiam doctis, ea ex re immineat periculum ſubuerſionis, nemo excipi debuit: Si enim docti cenſerentur excepti, multi qui ex parte rei ſufficientem doctrinam non haberent, ſe ad hoc ſatis idoneos iudicarent, & ſic ſeipſos deciperent, quales maximè forent audaculi literiones, qui vix à limine ſalutatâ Theologiâ, temerariè ſe rebus Theologicis immiſcent, cum miſſellulo Eraſmo Rotterodamo, turpiter hac in re lapſo, qui & ipſe alios plures, ſui concinnitudine ſtyli, damnabiliter ineſcauit.

Meſellulus literio. Eraſm. Rotterod. lapſus.

RESPONDEO ET DICO II.

HÆc Propoſitio, Eccleſiæ perpetuæ congruit conſuetudini & rationi.

Conſuetudo Eccleſiæ proſcribit Hæreticor. libros.

3. CONSVETVDINI: quum Act. 19. 19. perhibeantur multi qui fuerāt curioſa circa Magiam & Hæreſim ſectati, contuliſſe & exuſſiſſe libros, quod indubiè iuſſu Apoſtolorum præſtiterunt, poſtquam acta ſua in confeſſione eis patefecerāt, vt ibidem inſinuatur: quin & Iuſtinianus Imperator in Authent. Conſtitut. 42. mandat ei manum amputari, qui hæreticum deſcripſerit librum.

Imperatorū Edicta cōtra Hæret. libros.

Denique non aliâ viâ, tanta priſcorum Hæreticorum Valentini, Arij, Pelagij, Eunomij, Wicleffiſtarum, & viribus potentiſſimorum Albigenſiū, volumina interierunt, quam Imperatorum, de iis comburendis, edicto. Sic ſuo tempore, & quidem breui, vt ſpero, Martini Lutheri & Ioan. Caluini, eorumque ſequacium ſcripta abibunt in fumum

Lectio libr. Hæret. plena eſt periculo.

4. RATIONI, primò QVIA periculum vt diximus, certius ex lectione librorum, quam colloquio Hæreticorum, dimanat, partim quia ſcripta pleniora ſunt iudicij, ſelectiora, magis præmeditata & rationibus ſolidiùs intertexta: partim quia ſæpius & attentiùs leguntur, magiſque memoriæ imprimuntur, partim quia plurima admiſcentur pulchra & vtilia, vt fuci verborum, hiſtoriæ, adagia, quæ mirabiliter animos hominum demulcētia, tandem in auctorum & dogmatum eorundem paulatim nos pertrahunt amorem.

Scripta Hæret. magis nocent quàm colloquia.

5. Secundò, quia lectio eorum nullo modo ædificat, ſed è contra legentem ſæpiſſime dubium vel

ſcrupuloſum

Digitized by Google

ſcrupuloſum dimittit, turbat, aut denique ſcandaloſè offendit, idq; propter admixtam arrogantiā, calumnias, blaſphemias, mendacia, paradoxa: in quam rem duo nobis ſuffecerint extremè deteſtanda duorum Archihæreticorum Teſtimonia.

6. Martinus igitur Lutherus, certo lib. *Gloſſa in putaticium Decretum Imperiale*, dicto poſtquam Principes Imperij comparauit porcis, atque ad eum Decreti peruenit locum, vbi ſtrictè caueatur, ne quis deinceps audeat docere, Solam fidē, abſque charitate & bonis operibus iuſtificare; in ea prorumpit arrogantiæ verba, calumnias, & conuitia, vt Laurentius Surius in Chronico An. 1531. non exiſtimet Luciferum Infernalem, poſſe quicquam dicere vel arrogantius vel inſolentiùs. *Diabolus non poſſet arrogātius loqui quā Lutherus.*

Blaſphemiæ, Maledicta, criminationes, & Diabolicæ fulminationes Martini Lutheri, à Sæculo non audita.

7. DIco ego Doctor MARTINVS LVTHERVS, *Domini noſtri Ieſu Chriſti indignus* (verius dixiſſet, fanaticus) *Euangeliſta, quod hunc articulum (fides ſola abſque omni opere iuſtificat coram Deo) firmum atque inconcuſſum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartaricus Imperator, Perſarum Imperator, Papa, omnes Cardinales, Epiſcopi, Sacerdotes, Monachi, moniales, Reges, Principes, Domini, Totius mundus ſimul cum ſuis* DÆMONIBVS, *atque inſuper habebunt ignem Tartareum in capita ſua, neque grates vllas. Hic eſto meus Doctoris Lutheri inſtinctus, à Spi-* *Diab. fulminat Luther.*

 ritu

ritu ſancto, verumq́ ac ſanctum Euangelium.

8. Eodem anno alium hoc tit. edidit Librum, *Præmonitio ad Germanos ſibi chariſſimos*, in quo ſæpè iactat Papiſtas probè ſcire ac vltrò confiteri, *Lutheri Doctrinam, verum ac merum eſſe Euangelium*: cui inſolenti mendacio, quum laicus quidam Dreſdenſis, grauem ac validam Apologiam obiecißet; ei, ſcurrili ac planè Satanico libello, *Contra Sicarium Dreſdæ*, nuncupato, reſpondet, inter cætera dicens:

Impudens mendacium Lutheri.

9. *Nihil curo quod contra me quæritur*, (ſcilicet laicus ille, quem Sicarium appellat) *in libro meo, non niſi ferè maledicta & Diabolos nominari, Hoc debet eſſe mea glorificatio, meuſque honor. Sic & habere volo, vt deinceps dicatur de me quod plenus ſim maledicentiæ, criminationiſq́ & execrationis in Papiſtas. Volo & de cætero me aduerſus nebulones iſtos exercitare execrationibus ac maledictis vſque ad ſepulturam meam, nec vllum verbum bonum ex me ampliùs audient. Ego meis tonitruis ac fulminationibus ſic eis ad ſepulturam compulſabo,*

Diabolica gloriatio Lutheri.

Execratoria maledicentia Lutheri.

10. Vis plura? eundem lege lib. contra Angliæ, Regem, & prolog. aduerſ. Eccleſ. ſtatum; vbi ſuperbiam ſuam merè Satanicam his verbis eructat: *Ego aduerſus dicta Patrum & Angelorum, pono Euangelium* (hoc ſpecioſo Euangelij pallio, hæreſeos ſuæ operit fœditatem.) *Hic ſto, hic ſedeo, hic glorior, hic triumpho, hic inſulto Papiſtis, & omnibus dictis hominum quantumlibet Sanctorum. Nihil curo ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, mille Eccleſiæ contra me ſtarent. Doctrinam meam nolo iudicari à quocumque, nec ab Epiſcopis, nec ab Angelis omnibus.*

Luther. gloriatur contra Patres.

11. Quis vnquam Dæmonum, omnibus Sanctis, etiam Angelis & toti Eccleſiæ, ita contumelioſè ſeipſum ante poſuit, vti dementiſſimus hic, impudentiâ-

Digitized by Google

dentiâque & inſaniâ ebrius, Quintus (ſi Dijs placeat) Euangeliſta Lutherus?

12. Secundò, hunc pari fere greſſu comitatur alter Archi-hæreticus Ioan. Caluin. ſplendidiſſimis mendacijs & contentioſiſſimis Dicterijs clarus: dum enim lib. 4 Inſtit. cap. 7. § 27. examinat Religionis noſtræ Pontificiæ, Chriſtianæ, adeoque Romano-Catholicæ qualitatem, in hæc falſiſſima & contumelioſiſſima verba prorumpit. *Calu. clarus mendaciis, & dicteriis.*

MENDACIA ET MALEDICTA FANATICI PROPHETÆ Ioannis Caluini.

Quaſi verò dubium ſit, qualem Religionis ſpeciem, profeſſi ſunt, iampridem Pontifices cum toto Cardinalium Collegio, & hodie profiteantur. Primum enim arcanæ illius Theologiæ quæ inter eos regnat, caput eſt; NVLLVM ESSE DEVM. *Alterum, quæcumque de* CHRISTO *ſcripta ſunt ac docentur;* MENDACIA ESSE ET IMPOSTVRAS. *Tertium; Doctrinam de* FVTVRA VITA ET VLTIMA RESVRRECTIONE, MERAS ESSE FABVLAS. *Maledicus mendax eſt Caluinus.*

13. *Non omnes ita ſentiunt, & pauci ita loquuntur. Fateor, iampridem tamen hæc ordinaria eſſe cœpit Pontificum Religio. Hoc quum ſit notiſſimum omnibus qui Romam nouerunt, non ceſſant tamen Romanenſes Theologi iactare; Chriſti priuilegio cautum eſſe, ne Papa errare poſſit, quia Petro dictum ſit; oraui pro te, ne deficiat fides tua. Quod obſecro tam impudenter proficiunt, niſi vt totus mundus intelligat, eos ita ad extremum improbitatis veniſſe, vt neque Deum timeant, neque homines reuertentur?* O mendacem! Quis Pontificum vel Pontificiorum ſic vnquam docuit vel ſenſit? vnum profer? ſi vales, vel ex mille.

DIGNVM PLANE TALI PATELLA OPERCVLVM.

Hoc eſt, fanatico Prophetâ, mendacium.

14. TErtia ratio iuſtè prohibitæ lectionis librorum Hæretic. eſt, quoſt eorum ſcripta nullam ſolidam ſubminiſtrent ſcientiam, vt pote pote cõtinuis dogmatum contradictionibus ſubiecta, quas (horum maximè amborum turpiſſimas Antilogias) vide ſup. *Quare* 1: Ratio. 4. principali. vide & *Martyrologium Reformatum*, in quod diuerſiſſimarum ſectarũ inter ſe extremè pugnantium, plurimi Martyres, Lutherani, Caluiniani, Zwingliani, Huſſitæ, Anabaptiſtæ, Seruetiani, &c. congeruntur; quod ego Francofurti olim lectitans, effusè riſi: & quis meritò non rideat, quũ *Martyrem*, teſte D.P. N. Auguſtino, epiſtol. 261. *non faciat pœna, ſed cauſa*?

Scripta Hæreticorum plena ſunt Antilogiis.

Turpiter mẽdax Martyrologium Eccleſ. reformata.

15. Quartò, quum Hæreticorum librorum editio, legitimo Imperatoris, Regis, adeoque Magiſtratus & Eccleſiaſticæ poteſtatis careat priuilegio, vel hoc ſolo titulo nobis ij debent eſſe ſuſpecti & à lectione hominem deterrere; hæc namq; ordinaria eſt editionis Lucubrationum Theologicarum via, vel ipſo D. Auguſtini tempore, in Eccleſia trita; ſcribens enim Bonifacio Pontifici Romano contra 2. Epiſtolas Pelagianorum tom. 7. ait: *Hæc ergo quæ iſtis, vt dixi, duabus Epiſtolis illorum, iſta diſputatione reſpondeo, ad tuam potiſſimum dirigere ſanctitatem non tam diſcenda, quàm examinanda, & vbi forſitan aliquid diſplicuerit, emendanda, conſtitui.*

D. Aug. ſua ſcripta Pontif. ſubiicit Cenſuræ.

16. Quam iuſtam agendi rationem, ſi Quinti Euangelij

Euangelij (Reformatum alij vocant) buccinatores tenuiſſent, non eas turpiſſimas & typis expreſſas blaſphemias, hæreſes, mendacia, calumnias, in Pop. diſſeminâſſent, non Deum peccati Auctorem, Caluinus, non mortuum Chriſti corpus, CHARONGE, Beza, non Moyſen, Mahumetem & Chriſtum, tres MVNDI IMPOSTORES, recens enati Pſeudo-Euāgelici & Reformati, publicis characteribus effigiaſſent: obſtitiſſet vtique Eccleſiaſtica & Ciuilis poteſtas, cui omnem animam reſpectiuè oportet ſubditam eſſe.

Defectu legitima Cenſura, quæ blaſphemia enata.

Scrupulus Geuzius.

17. 1. Theſſal. 2 12. dicitur. *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete,* ergo omnia legenda.

Spongia.

Loquitur Apoſtol. de iis probandis, de quibus qualia ſunt, necdum conſtat: At de hæreticorum libris, iam conſtat eos eſſe malos, ſunt enim ab Eccleſia probati, id eſt, iudicati eſſe mali, quæ etiam probatio non ſpectat ad omnes, ſed eos qui in Eccleſia præſunt.

18. Sanè Digniſſim. D. Guido Bentiuolius Nuncius Apoſtolicus & Illuſtriſſimi ac Reuerendiſs. S. R. E. Cardinales, in vniuerſa Rep. Chriſtiana, aduerſus hæreticam prauitatem, Generales Inquiſitores à Sancta ſede Apoſtolica ſpecialiter deputati, hac me Hæret. libros legendi licentiâ Anno 1609. ſunt dignati: quâ fretus, licèt varios Hæret. legerim tractatus, ſignanter impias & abominandas Ioanni Caluini Inſtitutiones, Geneuæ apud *Ioannem le Preux*, Anno 1609. impreſſas, nunquam tamen abſque aliquali deuotionis vel pacifici animi habitus, immunitione, teſtor me eas legiſſe, tanta eſt hominis illius in Papiſtas, Papi-

Auctor de licentia Apoſt. ſedis, legit Haret. libros.

Quid contigerit auctori in lectione Inſtit. Calu.

Digitized by Google

colas, Pontificios, Romanenſes maledicentia, animi exacerbatio, & ſubinde in hæretici erroris perſuaſione, verborum concinnitudo ac lenocinium. Parcè ergo legendi & indirectè, nempè Sicut PONTIVS PILATVS PONITVR IN CREDO.

VINCENTII LIRINEN. IN LIB. ADVERSVS PROPHANAS OMNIVM Hæreſeωn Nouationes.

HÆretici (inquit) *Diuinæ Scripturæ teſtimoniis vtuntur planè & vehementer quidem: nam videas eos volare per ſingula quæque Sanctæ legis volumina, per Moſi, per Regnorum libros, per Pſalmos, per Apoſtolos, per Euangelia, per Prophetas. Siue enim apud ſuos, ſiue alienos, ſiue priuatim, ſiue publicè, ſiue in ſermonibus; ſiue libris, ſiue in conuiuiis, ſiue in plateis, nihil vnquam de ſuo pœnè proferunt, quod non etiam Scripturæ verbis adumbrare conentur.*

Lege Pauli Samoſateni Opuſcula, Priſcilliani, Eunomij, Iouiniani, reliquarumq́ peſtium: cernas infinitam exemplorum congeriem, propè nullam omitti paginam, quæ non noui aut veteris Teſtamenti ſententiis fucata & colorata ſit. Sed tanto magis cauendi & pertimeſcendi ſunt, quanto occultiùs ſub Diuinæ Legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores ſuos nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi & ſimplices exhalentur, atque idcirco eos cœleſtis eloquij, velut quodam aromate aſpergunt, vt ille qui humanum facilè deſpiceret errorem, Diuina non facilè contemnat oracula: & poſt pauca: *Curabunt Catholici, vt Diuinum Canonem, ſecundùm vniuerſalis Eccleſiæ Traditiones, & iuxta Catholici dogmatis regulas, interpretentur: in qua item* (interpretatione) *Catholica, Apoſtolicaq́ Eccleſiæ ſequuntur, neceſſe eſt, vniuerſitatem, antiquitatem, conſenſionem.*

XCVIII.

Digitized by Google

XCVIII. QVARE,

De Hæreticis ſupplicio afficiendis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Papiſta, ſupplicio, etiam mortis, afficitis Euangelicos noſtros Reformatos (Hæreticos appellatis) quum hoc non ſapiat manſuetudinem Chriſtianam, & libertatem Euangelicam?

Donatiſta apud D. Aug. Epiſt. 50. Ioa. Hus in Conc. Conſtant. ſeſſ 15. art. 14 Luther. apud Roffen. art. 35 Calu. in præfat. Inſtit. ad Reg. Galliæ, reformati Anabaptiſta, Geuza omnes ſuam cauſam agentes.

Calu. curauit occidi Seruetum.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. ET QVÆRO: Quare ergo Archirabbi veſter Ioan. Caluinus, Seruetum Hæreticum ad ignem popoſcit, & tandem extremo ſupplicio affici curauit? An non quum hac de cauſa peſſimè audiret, libellum luce donauit, de Hæreticis gladio licitè eliminandis? An non idem alio ſimiliter libro de Hæreticis à Magiſtratu puniendis, docuit Confrater veſter non in Domino, Theod. Beza? An non Benedictus Aretius, in hiſtor. de ſupplicio Valentini Gentilis, eundem Gentilem, iure ob Hæreſim, à Magiſtratu Bernenſi interemptum demonſtrat.

2. An non de Brentianis quæruntur Sacramentarij, quod non ſuſtulerint, quin potiùs ad ſe pertraxerint Tyrannidem Papæ, quodque pro ligneo Papæ iugo, collo excuſſo, ferreum impoſuerint, apud Hoſium lib. de auctorit S. Script.

An non inſignem congerronem vobis deuinctum, Dauidem Georgium, nouæ hæreſeos textorem, Baſileam ex Hollandia, fugâ dilapſum, vitâ defunctum, & terræ iampridem mandatũ, Magiſtratus Baſileenſis, Hæreticus, effodi & in puluerem

Dauid. Georgius Hæreticus à ſenatu Baſileenſi poſt mortem exuſtus.

riographis credemus.

7. Ratio clara id dictat QVIA I. antiquiſſimis credimus rerum Hiſtoriographis, quia temporibus illis viciniores fuerunt, maximè ſi numero plures conſentiant: ergo & Chriſtianis credenda ſunt ea, quæ omnes Sancti Patres, iique antiquiſſimi, de doctrina Chriſtiana ante annos 1000. 1200. 1300. 1400. &c. poſteris tradiderunt, quãdoquidem Apoſtolorum temporibus vicini, & tanquam omni exceptione maiores teſtes eorũ quæ ſuis temporibus Chriſtianus Pop. per vniuerſum Orbem credidit, certiorem eorum omnium doctrinam atque intelligentiam potuerint aſſequi, certius teſtimonium edicere, quàm nos qui tanto annorum & tẽporis interuallo eos ſumus ſubſecuti, maxime qnum non niſi per ipſorum manus, ad nos, Biblia, eorum intellectus, & vniuerſa deſcendere potuerit Philoſophia Chriſtiana.

Antiqui PP. fuerunt temporibus Apoſt viciniores, ideoque fides eis habenda.

Catholici nõ credunt in SS. Patres.

8. Minimè tamen intendimus aſſerere, quod ratio credendi terminetur ad SS. Patres, quum ea ſit prima veritas reuelans, ideoq́ue nemo Papiſtarum, ita fuerit ſimplex, vt vel in Patres vel Sanctam crediderit Eccleſiam. Abſit. Verùm quia vnanimiter de tali vel tali loquuntur Doctr. Chriſtiana; ex hoc vnanimi conſenſu intelligimus id quod Eccleſia Cathol. ſemper credidit ac tenuit de eadem doctrina Chriſtiana, à temporibus Apoſt. ad nos vſque, viâ ſuccedaneæ traditionis, adducta ac deriuata: Idem dico de ſana difficilium maximè Scripturarum, interpretatione ac ſenſu. Ita vt fides noſtra innitatur verbo Diuino, quod os Domini elocutum eſt per Sanctorum Prophetarum, & Apoſtolorum eloquia ac ſcripta: de quibus eloquiis Apoſtolorum Propheticis, earumq́ue ſano intellectu, certiores reddimur

Fides Cathol ſoli nititur verbo Diuino

per

per SS. Patrum antiqua & concordia teſtimonia, quicquid nobis falsò hac in re affricare conentur Reformati.

9. Cæterùm quando in propoſito loquimur de omnibus Patribus, illa diſtributio (omnibus) non mathematicè nullo excepto, ſed moraliter accipienda eſt, quò pacto omnes ij cenſentur eſſe, quorum auctoritatis pondus tantum eſt, conſideratis omnibus eruditionis, pietatis, multitudinis, &c. circumſtantiis, vt à prudentibus certè, eorum ſolummodo ratio debeat haberi, cæteris neglectis, quaſi nihil ſint, ſi cum illis conferantur.

10. Secundò, quòd viri pietate vitæ ac miraculis inſigniti, doctrinâ & ſapientiâ illuſtres poſt longos exantlatos ſtudij labores, nobis tradiderunt, minùs in eo aberrâſſe ſunt exiſtimandi, quàm veſtri noui homines Geuzæ & Reformati, pietate, eruditione, ſapientiâ, ſtudio ac numero multò inferiores tantis viris, quibus ne corrigiam quidem calceamenti ſoluere ſunt digni; nunquam enim credidero huiuſmodi viros, præſertim in fidei articulis, ſic Diuinâ illuminatione fuiſſe deſtitutos, ſic à vero aberrâſſe, vt & ipſi errârint, & Eccleſiam totam ſuis concionibus & doctrinis in errorem pertraxerint, contra diſertam & infallibilem Chriſti promiſſionem, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi,* Matth. 28. 20. & cap. 16. 18. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferi non praualebũt aduerſus eam.*

11. Tertiò QVIA quũ multo tẽpore controuerſias noſtras præceſſerint, tanquam iudices incorrupti cenſeri debent: proinde abſque vlla ſiniſtri fauoris *Patres controuerſias noſtras lon-*

go tem pore præceſſerunt.

fauoris ſuſpicione, ipſorū dogmatibus, deciſionibus, decretis, reſponſis, fideles ſtare debent; *Nullā* (ait D. Auguſt. lib. 2. contr. Iulian.) *nobiſcum vel vobiſcum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt, neque nobis, neque vobis irati ſunt, neque nos, neque vos miſerati ſunt: quod inuenerūt in Eccleſia, retinuerūt, quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt: Nondum vobiſcum apud iſtos iudices aliquid agebamus, & apud eos eſt acta cauſa noſtra*: loquitur autem de peccato originali ex Adamo contracto, quod licet Diuinæ Legis oraculis adſtruatur, ſecus tamen ea interpretatus eſt Iulianus.

Patres ſunt iudices incorrupti.

12. Vnde ad Patres confugit D. Augu. proferens quid ea de re ſenſerint Irenæus. Cypr. Reticius, Olympium, Hilar. Ambroſius, Gregorius Naziāzenus, Hieronymus, Bàſil. Chryſoſt. Eodem prorſus modo quo Pontificij, peruersè & ſacrilego ſenſu interpretantibus Scripturas Hæreticis, confugiunt ad Graphia PATRVM.

Obiectio nugiuendula.

Patres omnes, homines fuerunt, ergo in materia Religionis errare potuerunt.

Spongia.

Nec Luth. nec Cal. Angeli, Prophetæ, Euangeliſtæ fuerunt.

13. An Lutherus, Caluinus, &c. Angeli fuerunt? An non Prophetæ & Euangeliſtæ homines fuerunt, & tamen illorum ſententia atque doctrina, meritò à vobis & nobis habetur infallibilis? Reſpondete butubatæ.

Licet verò homines eſſent, tamen quum Spiritu S. dictante ſcriberent, errare non potuerunt.

14. Scio inter Doctores Eccleſiæ, & SS. Paginæ ſcriptores, diſcrimen intercedere; ſed illud ad rem de qua nunc agimus, nihil ſpectat: Solum enim volumus,

Digitized by Google

volumus, ſicut Scriptores Canonici, tametſi homines eſſent, Spiritu nihilominus veritatis ſuo modo dirigi debuerunt, ne vnquã erraret illorum aliquis: Ita etiam ab eodem ſpiritu dirigi Patres modo quodam ſuo, ne illi omnes errent: omnes inquam quum ſingulorum Patrum auctoritatem, vt infallibilem non aſſeramus.

XCVI. QVARE,

De turpi & illicita in rebus fidei ad Magiſtratum prouocatione.

Brentius in Prolegom. cõtr. Petrum à Soto. Melãchtõ in locis, tit. de Magiſtratu, & Geuza in Belgio.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ prohibent omnem in rebus fidei, ad Magiſtratum, Prouocationem?

ROMANO-CATHOLICVS.

RESPONDEO ET DICO: I. QVIA non eſt Regum, Principum, Magiſtratuũ, &c. iudicare de fidei & Religionis momentis, decidendo fidei Controuerſias, diſcernendo veros Prophetas à falſis, præſidendo Conciliis, mittendo verbi Diuini Miniſtros, leges ferendo de Eccleſiaſtica Politia, diiudicando verum à falſo, Scripturæ ſenſum. hoc enim totum ſolius eſt Eccleſiaſticæ poteſtatis, à Regia & politica diſtinctæ.

Diſponere de Religio. momentis, ſolius eſt Eccleſiaſt. poteſtatis.

2. Probatur primò Malach. 2. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt*: Q. D. Si qua circa verũ Religionis vel Script. ſenſum oriatur difficultas, ad Sacerdotis ſententiam homines recurrẽt, quia labia eius cuſtodire ſcientiam ex auctoritate, quũ

opus erit.proferendam,debent,quum is legati atque auctoritate inſtructi Nuntij vel Angeli,obeat munus.

3. Secundò,quia nunquā legitur Chriſtus in nouo Teſtamento hāc poteſtatem Tiberio vel Præfectis politicis conceſſiſſe, bene autem D. Petro & Epiſcopis,atque ex conſequenti,Succeſſoribus id totum commiſit.

Diſtinctio Poteſtat. Eccleſiaſt. & Politica.

4. Tertiò,quia Matth.22.21.vult, *Reddi ea quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,& quæ ſunt Dei, Deo.* Quibus verbis, Cæſaream atque adeò in vniuerſū Politicā poteſtatem,diſtinguens ab Eccleſiaſtica & Diuina,tam ſuâ quàm eorum quos miſſurus eſſet; vult Cæſari ius ſuum pendi; Sibi verò qui ex Deo venerat, *vt teſtimonium perhiberet veritati,* Ioan.18.37.fidē & aures in rebus fidei ac Religionis præberi: Quid enim eſt aliud,reddere Deo quæ ſunt Dei, quàm Dei vocem audire in iis quæ iubet, docet atque præſcribit,ſiue per ſe,ſiue per Apoſtolos, eorumque perpetuos Succeſſores & Eccleſiæ Paſtores, iuxta illud Luc.10.16. *Qui vos audit, me audit,* & Ioan.20.21. *Sicut miſit me Pater,& ego mitto vos?*

RESPONDEO ET DICO II.

Principum eſt pœnis Hæreticos cōpeſcere & reuocare.

5. EST tamen Regis,adeoq; omnis legitimi Magiſtratus,maximè Imperatoris(Romani Pōtificis brachium nominati) Hæreticos certis legibus,ab erroribus abſtrahere, atque ad Eccleſiā Catholicam pœnarum,ſi opus fuerit, terroribus reuocare.Ecquid enim aliud innuit Sapiens Prouerb.20.dicens, *Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malū* (quale inter cætera,hæreſis) *intuitu ſuo*? Vnde & D.Aug.Epi.48.ad Vincentium: *Seruiant Reges terræ Chriſto,etiam Leges ferendo pro Chriſto.*

Digitized by Google

XCVII. QVARE,

De Cauenda hæreticorum librorum lectione.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papicolæ interdicunt Pop. aquâ & igne, propter lectionem librorum Reformatorum (Hæreticos ipſi vocāt) quum multa vtilia complectantur?

Reformati, Hæretici, Geuzæ, Belgicarum Prouinciarum.

ROMANO-CATHOLICVS.

I. RESPONDEO ET DICO I. Doctoribus & rudioribus iure humano illicitum eſt legere Hæreticorum libros, iis tantùm exceptis, qui legitimam à Sede Apoſtolica accepêre poteſtatē: Eccleſia enim id omnibus diſertè prohibet ſub pœna excommunicationis latæ ſentētiæ, vt patet in Bulla Cœnæ Domini.

Docti abſque licentia Sedis Apoſt. non poſſunt legere Hæret. libros.

2. Et meritò vetat QVIA Quum omnibus rudibus & pleriſque etiam doctis, ea ex re immineat periculum ſubuerſionis, nemo excipi debuit: Si enim docti cenſerentur excepti, multi qui ex parte rei ſufficientem doctrinam non haberent, ſe ad hoc ſatis idoneos iudicarent, & ſic ſeipſos deciperent, quales maximè forent audaculi literiones, qui vix à limine ſalutatâ Theologiâ, temerariè ſe rebus Theologicis immiſcent, cum miſſellulo Eraſmo Rotterodamo, turpiter hac in re lapſo, qui & ipſe alios plures, ſui concinnitudine ſtyli, damnabiliter ineſcauit.

Meſellulus literio. Eraſm. Rotterod. lapſus.

Digitized by Google

RESPONDEO ET DICO II.

HÆc Propoſitio, Eccleſiæ perpetuæ congruit conſuetudini & rationi.

Conſuetudo Eccleſiæ proſcribit Hæreticor. libros.

3. Consvetvdini: quum Act. 19. 19. perhibeantur multi qui fuerãt curioſa circa Magiam & Hæreſim ſectati, contuliſſe & exuſſiſſe libros, quod indubiè iuſſu Apoſtolorum præſtiterunt, poſtquam acta ſua in confeſſione eis patefecerãt, vt ibidem inſinuatur: quin & Iuſtinianus Imperator in Authent. Conſtitut. 42. mandat ei manum amputari, qui hæreticum deſcripſerit librum.

Imperatorũ Edicta cõtra Hæret. libros.

Denique non aliâ viâ, tanta priſcorum Hæreticorum Valentini, Arij, Pelagij, Eunomij, Wicleffiſtarum, & viribus potentiſſimorum Albigenſiũ, volumina interierunt, quam Imperatorum, de iis comburendis, edicto. Sic ſuo tempore, & quidem breui, vt ſpero, Martini Lutheri & Ioan. Caluini, eorumque ſequacium ſcripta abibunt in fumum

Lectio libr. Hæret. plena eſt periculo.

4. Rationi, primò Qvia periculum vt diximus, certius ex lectione librorum, quam colloquio Hæreticorum, dimanat, partim quia ſcripta pleniora ſunt iudicij, ſelectiora, magis præmeditata & rationibus ſolidiùs intertexta: partim quia ſæpius & attentiùs leguntur, magiſque memoriæ imprimuntur, partim quia plurima admiſcentur pulchra & vtilia, vt fuci verborum, hiſtoriæ, adagia, quæ mirabiliter animos hominum demulcẽtia, tandem in auctorum & dogmatum eorundem paulatim nos pertrahunt amorem.

Scripta Hæret. magis nocent quàm colloquia.

5. Secundò, quia lectio eorum nullo modo ædificat, ſed è contra legentem ſæpiſſime dubium vel

ſcrupuloſum

ſcrupuloſum dimittit, turbat, aut denique ſcandaloſè offendit, idq; propter admixtam arrogantiã, calumnias, blaſphemias, mendacia, paradoxa: in quam rem duo nobis ſuffecerint extremè deteſtanda duorum Archihæreticorum Teſtimonia.

6. Martinus igitur Lutherus, certo lib. *Gloſſa in putaticium Decretum Imperiale*, dicto poſtquam Principes Imperij comparauit porcis, atque ad eum Decreti peruenit locum, vbi ſtrictè caueatur, ne quis deinceps audeat docere, Solam fidẽ, abſque charitate & bonis operibus iuſtificare; in ea prorumpit arrogantiæ verba, calumnias, & conuitia, vt Laurentius Surius in Chronico An. 1531. non exiſtimet Luciferum Infernalem, poſſe quicquam dicere vel arrogantius vel inſolentiùs.

Diabolus non poſſet arrogãtius loqui quã Lutherus.

Blaſphemiæ, Maledicta, criminationes, & Diabolicæ fulminationes Martini Lutheri, à Sæculo non audita.

7. *Dico ego Doctor* MARTINVS LVTHERVS, *Domini noſtri Ieſu Chriſti indignus* (verius dixiſſet, fanaticus) *Euangeliſta, quod hunc articulum* (*fides ſola abſque omni opere iuſtificat coram Deo*) *firmum atque inconcuſſum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartaricus Imperator, Perſarum Imperator, Papa, omnes Cardinales, Epiſcopi, Sacerdotes, Monachi, moniales, Reges, Principes, Domini, Totius mundus ſimul cum ſuis* DÆMONIBVS, *atque inſuper habebunt ignem Tartareum in capita ſua, neque grates vllas. Hic eſto meus Doctoris Lutheri inſtinctus, à Spi-*

Diab. fulminat Luther.

ritu ſancto, verumq́ ac ſanctum Euangelium.

8. Eodem anno alium hoc tit. edidit Librum, *Præmonitio ad Germanos ſibi chariſſimos*, in quo ſæpè iactat Papiſtas probè ſcire ac vltrò confiteri, *Lutheri Doctrinam, verum ac merum eſſe Euangelium:* cui inſolenti mendacio, quum laicus quidam Dreſdenſis, grauem ac validam Apologiam obieciſſet; ei, ſcurrili ac planè Satanico libello, *Contra Sicarium Dreſdæ*, nuncupato, reſpondet, inter cætera dicens:

Impudens mendacium Lutheri.

9. *Nihil curo quod contra me quæritur*, (ſcilicet laicus ille, quem Sicarium appellat) *in libro meo, non niſi ferè maledicta & Diabolos nominari; Hoc debet eſſe mea glorificatio, meuſque honor. Sic & habere volo, vt deinceps dicatur de me quod plenus ſim maledicentiæ, criminationiſq́, & execrationis in Papiſtas. Volo & de cætero me aduerſus nebulones iſtos exercitare execrationibus ac maledictis vſque ad ſepulturam meam, nec vllum verbum bonum ex me ampliùs audient. Ego meis tonitruis ac fulminationibus ſic eis ad ſepulturam compulſabo.*

Diabolica gloriatio Lutheri.

Execratoria maledicentia Lutheri.

10. Vin' plura? eundem lege lib. contra Angliæ Regem, & prolog. aduerſ. Eccleſ. ſtatum, vbi ſuperbiam ſuam merè Satanicam his verbis eructat: *Ego aduerſus dicta Patrum & Angelorum, pono Euangelium* (hoc ſpecioſo Euangelij pallio, hæreſeos ſuæ operit fœditatem.) *Hic ſto, hic ſedeo, hic glorior, hic triumpho, hic inſulto Papiſtis, & omnibus dictis hominum quantumlibet Sanctorum. Nihil curo ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, mille Eccleſiæ contra me ſtarent. Doctrinam meam nolo iudicari à quocumque, nec ab Epiſcopis, nec ab Angelis omnibus.*

Luther. gloriatur contra Patres.

11. Quis vnquam Dæmonum, omnibus Sanctis, etiam Angelis & toti Eccleſiæ, ita contumelioſè ſeipſum ante poſuit, vti dementiſſimus hic, impudentiâ-

Digitized by Google

dentiâque & inſaniâ ebrius, Quintus (ſi Dijs placeat) Euangeliſta Lutherus?

12. Secundò, hunc pari fere greſſu comitatur alter Archi-hæreticus Ioan. Caluin. ſplendidiſſimis mendacijs & contentioſiſſimis Dicterijs clarus: dum enim lib. 4 Inſtit. cap. 7. § 27. examinat Religionis noſtræ Pontificiæ, Chriſtianæ, adeoque Romano Catholicæ qualitatem, in hæc falſiſſima & contumelioſiſſima verba prorumpit. *Calu. claret mendaciis, & dicteriis.*

MENDACIA ET MALEDICTA FANATICI PROPHETÆ Ioannis Caluini.

Quaſi verò dubium ſit, qualem Religionis ſpeciem, profeſſi ſunt, iampridem Pontifices cum toto Cardinalium Collegio, & hodie profiteantur. Primum enim arcanæ illius Theologiæ quæ inter eos regnat, caput eſt; NVLLVM ESSE DEVM. *Alterum, quæcumque de* CHRISTO *ſcripta ſunt ac docentur;* MENDACIA ESSE ET IMPOSTVRAS. *Tertium; Doctrinam de* FVTVRA VITA ET VLTIMA RESVRRECTIONE, MERAS ESSE FABVLAS. *Maledicus mendax eſt Caluinus.*

13. *Non omnes ita ſentiunt, & pauci ita loquuntur. Fateor, iampridem tamen hæc ordinaria eſſe cœpit Pontificum Religio. Hoc quum ſit notiſſimum omnibus qui Romam nouerunt, non ceſſant tamen Romanenſes Theologi iactare; Chriſti priuilegio cautum eſſe, ne Papa errare poſſit, quia Petro dictum ſit; oraui pro te, ne deficiat fides tua. Quod obſecro tam impudenter proficiunt, niſi vt totus mundus intelligat, eos ita ad extremum improbitatis veniſſe, vt neque Deum timeant, neque homines reuertentur?* O mendacem! Quis Pontificum vel Pontificiorum ſic vnquam docuit vel ſenſit? vnum profer? ſi vales, vel ex mille.

Digitized by Google

DIGNVM PLANE TALI PATELLA OPERCVLVM.

Hoc eſt, fanatico Prophetâ, mendacium.

14. TErtia ratio iuſtè prohibitæ lectionis librorum Hæretic. eſt, quoſt eorum ſcripta nullam ſolidam ſubminiſtrent ſcientiam, vt pote pote cōtinuis dogmatum contradictionibus ſubiecta, quas (horum maximè amborum turpiſſimas Antilogias) vide ſup. *Quare* 1: Ratio. 4. principali. vide & *Martyrologium Reformatum*, in quod diuerſiſſimarum ſectarū inter ſe extremè pugnantium, plurimi Martyres, Lutherani, Caluiniani, Zwingliani, Hußitæ, Anabaptiſtæ, Seruetiani, &c. congeruntur; quod ego Francofurti olim lectitans, effusè riſi: & quis meritò non rideat, quū *Martyrem*, teſte D.P. N. Auguſtino, epiſtol. 261. *non faciat pœna, ſed cauſa*?

Scripta Hæreticorum plena ſunt Antilogiis.

Turpiter mēdax Martyrologium Ecclеſ. reformata.

15. Quartò, quum Hæreticorum librorum editio, legitimo Imperatoris, Regis, adeoque Magiſtratus & Eccleſiaſticæ poteſtatis careat priuilegio vel hoc ſolo titulo nobis ij debent eſſe ſuſpecti & à lectione hominem deterrere; hæc namq; ordinaria eſt editionis Lucubrationum Theologicarum via, vel ipſo D. Auguſtini tempore, in Eccleſia trita; ſcribens enim Bonifacio Pontifici Romano contra 2. Epiſtolas Pelagianorum tom. 7. ait: *Hæc ergo quæ iſtis, vt dixi, duabus Epiſtolis illorum, iſta diſputatione reſpondeo, ad tuam potiſſimum dirigere ſanctitatem non tam diſcenda, quàm examinanda, & vbi forſitan aliquid diſplicuerit, emendanda, conſtitui.*

D. Aug. ſua ſcripta Pontif. ſubiicit Cenſuræ.

16. Quam iuſtam agendi rationem, ſi Quinti

Euangelij

Euangelij (Reformatum alij vocant) buccinatores tenuiſſent, non eas turpiſſimas & typis expreſſas blaſphemias, hæreſes, mendacia, calumnias, in Pop. diſſeminâſſent, non Deum peccati Auctorem, Caluinus, non mortuum Chriſti corpus, CHARONGE, Beza, non Moyſen, Mahumetem & Chriſtum, tres MVNDI IMPOSTORES, recens enati Pſeudo-Euãgelici & Reformati, publicis characteribus effigiaſſent: obſtitiſſet vtique Eccleſiaſtica & Ciuilis poteſtas, cui omnem animam reſpectiuè oportet ſubditam eſſe.

Defectu legitima Cenſura, quæ blaſphemia enata.

Scrupulus Geuzius.

17. 1. Theſſal. 2 12. dicitur. *Omnia probate, quod bonum eſt, tenete*, ergo omnia legenda.

Spongia.

Loquitur Apoſtol. de iis probandis, de quibus qualia ſunt, necdum conſtat: At de hæreticorum libris, iam conſtat eos eſſe malos, ſunt enim ab Eccleſia probati, id eſt, iudicati eſſe mali, quæ etiam probatio non ſpectat ad omnes, ſed eos qui in Eccleſia præſunt.

18. Sanè Digniſſim. D. Guido Bentiuolius Nuntius Apoſtolicus & Illuſtriſſimi ac Reuerendiſs. S. R. E. Cardinales, in vniuerſa Rep. Chriſtiana, aduerſus hæreticam prauitatem, Generales Inquiſitores à Sancta ſede Apoſtolica ſpecialiter deputati, hac me Hæret. libros legendi licentiâ Anno 1609. ſunt dignati: quâ fretus, licèt varios Hæret. legerim tractatus, ſignanter impias & abominandas Ioanni Caluini Inſtitutiones, Geneuæ apud *Ioannem le Preux*, Anno 1609. impreſſas, nunquam tamen abſque aliquali deuotionis vel pacifici animi habitus, immunitione, teſtor me eas legiſſe, tanta eſt hominis illius in Papiſtas, Papi-

Auctor de licentia Apoſt. ſedis, legit Hæret. libros.

Quid contigerit auctori in lectione Inſtit. Calu.

XCVIII. QVARE,

De Hæreticis ſupplicio afficiendis.

GEVZA REFORMATVS.

Quare vos Papiſta, ſupplicio, etiam mortis, afficitis Euangelicos noſtros Reformatos (Hæreticos appellatis) quum hoc non ſapiat manſuetudinem Chriſtianam, & libertatem Euangelicam?

Donatiſtæ apud D. Aug. Epiſt. 50. Ioa. Hus in Conc. Conſtant. ſeſſ. 15. art. 14 Luther. apud Roffen. art. 35. Calu. in præfat. Inſtit. ad Reg. Galliæ, reformati Anabaptiſtæ, Geuzæ omnes ſuam cauſam agentes. Calu. curauit occidi Seruetum.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO I. ET QVÆRO: Quare ergo Archirabbi veſter Ioan. Caluinus, Seruetum Hæreticum ad ignem popoſcit, & tandem extremo ſupplicio affici curauit? An non quum hac de cauſa peſſimè audiret, libellum luce donauit, de Hæreticis gladio licitè eliminandis? An non idem alio ſimiliter libro de Hæreticis à Magiſtratu puniendis, docuit Confrater veſter non in Domino, Theod. Beza? An non Benedictus Aretius, in hiſtor. de ſupplicio Valentini Gentilis, eundem Gentilem, iure ob Hæreſim, à Magiſtratu Bernenſi interemptum demonſtrat.

2. An non de Brentianis quæruntur Sacramentarij, quod non ſuſtulerint, quin potiùs ad ſe pertraxerint Tyrannidem Papæ, quodque pro ligneo Papæ iugo, collo excuſſo, ferreum impoſuerint, apud Hoſium lib. de auctorit S. Script.

An non inſignem congerronem vobis deiunctum, Dauidem Georgium, nouæ hæreſeos textorem, Baſileam ex Hollandia, fugâ dilapſum, vitâ defunctum, & terræ iampridem mandatū, Magiſtratus Baſileenſis, Hæreticus, effodi & in puluerem

Dauid. Georgius Hæreticus à ſenatu Baſileenſi poſt mortem exuſtus.

rem per Vulcanum redigi, publico decreto ſanciuit, & de facto redegit?

Si Reformatis liceat occidere Hæreticos, cur non idem liceat Catholicis?

3. Scilicet vobis fas eſt in Seruetianos, Anabaptiſtas, Sacramentarios, & alia huius generis Hæreticorum portenta monſtroſa animaduertere, eis in terris veſtris receptum non dare, denique aut exilio, aut mortis ſupplicio mulctare; Innocuos deniq; Catholicos Preſbyteros, Monachos, laicos ad lanienam pertrahere, ſuſpendio, aquâ, igne, &c. è medio tollere, ſicut infinitos ab annis 80. per Angliam, Germaniam, Galliam, Scotiam, Belgium, Hollandiam, Zeelandiam, Friſlandiam, &c. necâſtis; Catholicis, idem in vos ſtatuere fas non erit? Quæ ratio?

Vt autem, quantâ id æquitatis lance fiat, intelligi detur:

RESPONDEO ET DICO II.

Ecclesia iure poteſt Hæreticos punire.

4. Ecclesia Dei habet iuſtam, adeoque Script. Decretis, & rationi conſonam poteſtatem, Hæreticos qui antè, Catholicæ Eccleſiæ dederant nomen, ſed Apoſtaticè & Sacrilegè defecerunt, per Principes ſæculares puniendi.

Falſi Prophetæ in Script. iubentur occidi.

Probatur primò, QVIA in veteri Teſtam. Deut. 13.17. & 18. cap. Falſi Prophetæ & à vera fide recedentes, ſine miſericordia iubentur occidi, quia noluerunt Summi Sacerdotis parere Imperio, ergo & nunc meritò occiduntur Hæretici atque à ſana fide Apoſtatæ, quippe qui in ijs quæ ad Dei Legem pertinent, Summo Sacerdoti reſiſtunt, & à recta fide tantò culpabiliùs recedunt, quantò nunc fidei veritas illuſtrior euaſit: Sic Cypr. lib. de exhortat. ad Martyr. cap. 5.

Hæretici vt-

5. Secundò, in nouo Teſtamento, non alio lo-

co

Digitized by Google

cò habentur Hæretici, quàm lupi rapaces, fures, & latrones, Matth. 7. Ioan. 10. Actor. 20. quia videlicet oues Chriſti auellunt ab ouili, & ſuâ perfidiâ occidunt, atqui tales licitè occiduntur ne noceant, Rom. 13. 4. *Non enim ſine cauſa gladium portat*, Princeps ſcilicet & Dei miniſter. Taceo quod D. Petrus, Actor. 5. morte puniuerit Ananiam & Saphiram, quia Deo mentiti erant, ergo multò magis Hæretici, grauiſſimi ſimiliter rei peccati.

Fures occidendi.

Tertiò patet ex Concil. Conſtantienſ. ſeſſio. 15. quod damnauit contrarium errorem Ioannis Hus, quem vti & Hieronym. de Praga, tradidit brachio ſæculari, à quo vterque in cinerem eſt redactus. Vide Cap. *Ad abolendum*, Extra. de Hæret. Sic laudatiſſimi Chriſtianorum Principes Valentinianus & Marcianus L. *Quicumque*, Cod. de Hæret. Item Michael Imperator, apud Paulum Diaconum, cap. 24. pœnam Mortis decernunt in Hæreticos.

Imperatores pœnam mortis decernunt in Hæreticos.

6. Idem ſuadet ratio, tum QVIA Hæreſis Reipub. eſt pernicioſſima (*ſermo eorum vt cancer ſerpit*, 2. ad Timoth. 2. 17.) vnde & dicuntur fures, latrones, lupi rapaces, non parcentes gregi, ergo non poſſunt, ſed etiam debent occidi, & Principes iure Diuino obligantur eos extirpare, ſi abſque maiori incommodo poſſint.

Tum quia ordinariè Hæretici omnes ſunt ſeditioſi, omniaque tumultibus ac bellis implent, vt patet maximè in Belgio, Germania, Gallia. Tum denique quia pœnarum metu, etiam tempore D. Auguſtini, multi fuerunt conuerſi: vel ſi nolint conuerti, expedit eos citiùs tollere è medio ne grauiùs poſteà damnentur, vnde non militat contra manſuetudinem Chriſtianam, occidere Hæreticos.

Digitized by Google

Occidere Hæreticos, eſt opus maximè miſericordia.

ticos, quin potiùs eſt opus maximæ miſericordiæ tum erga ipſos Hæreticos, tum erga Catholicos, ne ab eis peruertantur.

Obiectio I.

7. Dominus Matth.13.30.iubet vt zizania creſcere permittantur vſque ad meſſem, hoc eſt, diem Iudicij, ergo Hæretici non ſunt occidendi.

Spongia.

Quando non expediat Hæreticos occidere.

Mali & hæretici non poſſunt extirpari, quando illa extirpatio abſque Schiſmatis, vel maioris cladis Catholicorum periculo fieri non poteſt, vt patet ex verbis immediatè præcedentibus; *Ne fortè eradicetis & triticum:* quo periculo ceſſante, exterminari debent.

Obiectio II.

8. Hæretici non ſunt Eccleſiæ membra, ſed Eccleſia non habet ius morte puniendi eos qui foris ſunt: *Quid mihi de his qui foris ſunt,* 1.Corinth.5.12. Deinde non habet ſibi datum gladium materialem.

Spongia.

Quomodo Hæretici ſubſint Eccleſiæ.

Hæretici ratione Characteris, & Profeſſionis baptiſmalis ſaltem, adhuc Eccleſiæ ſubſunt, ideóque poteſt eos punire gladio materiali, non per ſe, ſed per ſibi ſubditos Principes, quò vel minùs damnentur, vel ad Orthodoxam fidem conuertantur.

XCIX.

Digitized by Google

XCIX. QVARE,

De Bello maximè contra Hæreticos & Turcas.

GEVZA REFORMATVS.

Quare Papiſtæ ſuſcipiunt bellum contra Hæreticos & Turcas, quùm illud ſit contrarium paci Charitatis, & Diuinæ ordinationi?

Luther. art. 34. damnat à Leo. 10. & in aſſertio. eiuſdem. Anabaptiſtæ, Eraſm. Annotat. ad cap. 3. & 22. Lucæ. Agrippa lib. de vanit. ſcient. c. 79.

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Fide certum eſt vtrumq; Bellum tam offenſiuum quàm defenſiuum, nec per ſe illicitum eſſe, nec Chriſtianis prohibitum.

Deus imperat Bella.

Probatur primò, QVIA Deus quædam bella Iſraelitis imperauit, qui nihil mali velle, multò minùs iubere poteſt; 1. Reg. 15. 2. *Hæc dicit Dominus exercituum: Recenſui quæcumq; fecit Amalec Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via cum aſcenderet de Ægypto. Nunc ergo vade & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius, non parcas ei.* Vbi, ſicut in alijs plurimis locis, poſitiuè mandat, non tantùm permittit.

Laudantur à PP. Principes Bellici.

2. Secundò, quia à Patribus, plurimi Principes bellici, veteris & noui Teſtamenti laudantur, vt Abraham, Ioſue, Dauid, Iudas Machabæus, Cornelius Centurio, Actor. 10. & alius Centurio, Matth. 8. *cuius fidem*, ait D. Auguſt. *Dominus laudauit, non militiæ deſertionem imperauit.*

Tertiò militibus D. Ioannem rogantibus, Lucæ 3. quid eis de facto opus eſſet, non vetuit militiam, quinimò tacitè eam comprobauit, dum vult eos ſuis eſſe contentos ſtipendijs, nec vllum percutere.

3. Quartò

Digitized by Google

RESPONDEO ET DICO II.

6. IVſtiſſimũ & licitum eſt Bellum offenſiuum ac defenſiuum, quod Chriſtiani contra Hæreticos ſuſcipiunt & Turcas. Quod ijſdem argumentis quibus priùs dictum, Confirmatur: QVA ſi enim quædam bella ſint iuſta, maximè certè hæc iuſta erunt; Siquidem gerentur contra truculentiſſimos corporum atque animarum homicidas; Religionis, Patriæ, virtutum euerſores, innocentium oppreſſores, perduellionis reos, periuros; blaſphemos, ſeditioſos, Sanctimonialium conſtupratores, & omnium ſcelerum inuectores, ſi de Hæreticis, ſignanter Hugonottis, Reformatis & Geuzis loquamur. Item ſi de Turcis; contra immaniſſimos Chriſtiani nominis ac Reipub. hoſtes, ad vindicandas ſcilicet ac propulſandas grauiſſimas iniurias, quas Chriſtianis, per vim & rapinas, ac Florentiſſimorum Regnorum, Prouinciarumq; direptiones intulerunt, & quotidie inferre conantur. *Iuſtitia belli cõtra Turcas & Hæreticos.* *An non pulchra hæc Reformatio?*

Obiectio I.

7. Bellum adducit cædes, & alia plurima incommoda: ergo illicitum.

Spongia.

Hæc incommoda meritò ſunt poſtponenda bono communi & incolumitati Reipubl. cuius gratiâ bellum geritur, quum ſit bonum præſtantius, ob quod virtus fortitudinis, contemptis vitæ ac fortunarum periculis, ſuſcipit arduas actiones, vnde D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſt. *Quid enim culpatur in Bello? An qui moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere, timido-* *Bellum geritur ob bonum commune Reipub.*

rum eſt, non Religioſorum; Plurima mala ſequerentur, ſi bellum eſſet illicitum, quia impij vbique dominarentur.

Obiectio II.

Bellum eſt contrarium paci Charitatis, ergo, &c.

Spongia.

8. Admitto materialiter & ſecundùm rem, quatenus habet diſſenſionem quamdam voluntatum & conatuum inter eos, qui ſibi armis repugnant: Non autem formaliter, ſiue vt habet ordinem quemdam ad vltimum finem, conducendo vel nocendo homini in aſſecutione illius: nam ſecundùm illam rationem, quædam bella, nimirum iuſta, minimè contraria ſunt paci Charitatis, ſed ei potius conformia, quatenus vt pax Charitatis, ita etiam illa (vtpote tendentia ad pacem) conducunt ad aſſequendum vltimum finem: *Non enim pax quæritur vt bellum excitetur, ſed bellum geritur vt pax acquiratur*, ait D. Auguſt. Epiſtol. 207. ad Bonifac.

Bellum geritur vt pax acquiratur.

Obiectio III.

Non licèt reſiſtere Ordinationi Dei per Turcas nos punientis. Ita Luther.

Spongia.

6. Rideo; quia inde ſequeretur etiam illicitam eſſe applicationem remediorum contra famem, Peſtem, &c. quippe quæ etiam ſunt flagella, à Deo non tantùm, vt Turcæ perſecutio & ſæuitia, permiſſa, ſed etiam per ſe immiſſa.

Quomodo per Bellum, non impeditur Dei voluntas.

Neque verò dum huiuſmodi malis remedium adhibemus, Diuinæ voluntati reſiſtimus, quia per hoc non impedimus, quo minùs ſubeamus periculum iſtorum malorum (quod magna eſt pœna)

Digitized by Google

& illa etiam permittamur incurrere, niſi ſufficienter cauerimus: per quæ duo duntaxat nos Deus vult punire; non vt abſolutè velit nos vel à Turcis occidi, vel à malis temporalibus conſumi, ſicut magiſtratus vult Reum per carnificem occidi, cui proinde reſiſtere eſt nefas.

Obiectio IIII.

10. Nihil aut parum hactenus Chriſtiani profecerunt contra Turcas vel Hæreticos; vnde planè videtur eſſe Dei voluntas, ne illis reſiſtatur. *Optima diſtinctio.*

Spongia.

Contrarium docent clariſſimæ victoriæ de Turcis & Hæreticis relatæ, docet & fructus ille, quòd amborum conatus, per Chriſtianorum Principum victorioſa bella ſint repreſſi, quo minùs plurima Europæ Regna occupârint. Teſtatur id Belgium noſtrum; teſtatur Weſalia, à 70. ferè annis Deo legitimiſque Superioribus rebellis, atque omnis ferè Hæreſeos (ſolâ in exilium actâ Romano Catholicâ fide) receptatrix; ſed Potentiſſimo Romano Imperatore Matthia Auſtriaco mandante, ſub auſpicijs glorioſiſſimi Ducis ac Marchionis AMBROSII SPINVLÆ, nuper expugnata. *Per Bella Chriſtianor. repreſſi Turcarum & Hæret. conatus.* *Vvezalia Hæretica & rebellis, bello repreſſa.*

Obiectio V.

11. Priuatus non poteſt alium priuatum cogere ad ſatisfactionem, via armorum, ergo nec Princeps Principem, nec Reſpub. Rempublicam.

Spongia.

Negatâ ſequelâ, dico eſſe diſparitatem: Quum priuatus habeat ſuperiorem, à quo ius petere poſſit: Reſpub. verò & Princeps non habent ſuperiorem qui ius præſtet; vnde ad eiuſdem iuris cōſeruationē, poterit armis petere ſatisfactionem:

Nunquam tamen indicendum eſt bellum etiam iuſtum, niſi poſt negatam ſatisfactionem, quin & eo iam incepto, condigna ſatisfactio eſt acceptanda, bellumque dirimendum.

C. QVARE,

De diuerſa Catholicorum & Hæreticorum ſepultura.

GEVZA REFORMATVS.

Vualdenſes apud Aenea. Sylu. de Bohem. cap. 35. & cum eis Geuza.

Quare Papiſtæ mortuos ſuos ſepeliunt adhibitis cereis, oblationibus, Presbyteris, Miſſis, Hymnis, Floribus, &c. Corpora etiam noſtrorum Reformatorum mortua à Cæmiteriis ſuis excludunt?

ROMANO-CATHOLICVS.

1. RESPONDEO ET DICO I. Laudabilis & Religioſa eſt Romano Catholicorum fidelium ſepultura, quâ adhibitis præfatis Cæremonijs, ſepeliunt mortuos ſuos.

Laudabiles Ceremonias ſepulturæ Romano-cathol.

Tres cauſæ ſepulturæ Romano-cathol.

2. Ratio eſt, QVIA Geneſ. 50. 2. Reg. 3. & alibi Iudæi, *planctum magnum*, & alios in ſepeliendo Ritus ſolent adhibere, neque idcircò in Script. reprehenduntur: Deinde ob grauiſſimas cauſas hæc ſepultura eſt inſtituta, videlicet vt Deus glorificetur, Defunctus honoretur, & viui denique ſolatium accipiant. Sic D. Chryſoſt. antiquiſſimus Eccleſiæ Doctor, Homil. 4. in Epiſt. ad Hebr. *Dic mihi quid ſibi volunt in funere lampades iſtæ feſtiuæ? Quid etiam Hymni? Nonne vt Deum glorificemus? Pro qua re dic, Presbyteros vocas & pſallentes? Nonne vt conſolationem recipias? Nonne vt honores defunctum?* Item Homil. 70 ad Pop. Antioch. *Quid ardentes quæſo lampades ſibi volunt?*

Digitized by Google

lunt? Nonne tanquam Athletas eos comitamur? Quid autem Hymni? Nonne glorificatum Deum? & illi gratias agimus, quia iam defunctum coronauit, & ab incertitudine ſublatum penes ſe retinet?

3. Sic Deiparæ funus cum luminibus Hymnis, ramis celebratum copioſè deſcribit Dionyſ. de Diuin.nomin.l.1.c.3. Nicephorus, l.2.c.22. Metaphraſt.& alij. Sic Pontius Diaconus in Act.Paſſio. S.Cypr. in fine, apud Chriſtianos antiquo vſu receptum fuiſſe, vt cereis accenſis & cantu, funeris Pompam proſequerentur, ſatis innuit, quum de funere S. Cypr. Martyris tractans. *inde cum cereis* (inquit) *& Scholaribus in area cuiuſdam Candidi Procuratoris, magno triumpho ſepultum eſt.* *Deiparæ funus quomodo celebratum.*

4. Huc facit Planctus magnus in Curatione demortui corporis D. Stephani Act 8. à viris timoratis. factus: vbi magnificentiam funeris intelligens D.Hieronym.ad Paul.Epiſt.25. *Quod Stephano* (ait) *fecerint Hieroſolyma Fratres planctum magnum; & vtique planctus magnus, non in plangentium examinatione, vt tu putas, ſed in pompa funeris, & exſequiarum frequentia intelligendus ſit.* *Plāctus magnus in funere S. Stephani.*

5. Idem Hieronym. eiuſdem Paulæ ſepulturam his verbis deſcribit, Epiſt.22. cap.13. ad Euſtoc. *Paula tranſlata Epiſcoporum manibus, ceruicem feretro ſubijcientibus, cum alij Pontifices, lampades, cereoſque præferrent, alij choros pſallentium ducerent in media Eccleſia ſpeluncæ Saluatoris eſt poſita.* Quomodo Miſſa proſit Defunctis diximus ſupr. *Quare* 67. Dicto 2. & 3. *Cæremonia in ſepultura S. Paula.*

Digitized by Google

RESPONDEO ET DICO II.

6. QVamuis neque ex ſepultura, neque ſepulturæ loco, pendeat defuncti Felicitas: multum tamen intereſt, quonam loco corpora ſepeliantur, ſacróne an profano, quum multùm proſit animæ, quod corpus in loco ſacro ſepeliatur, vt ſunt Templa & Cæmiteria, &c. Ratio eſt: QVIA viui ingredientes locum in quo corpus eſt ſepultum, Religioſâ loci ſanctitudine excitantur, vt mortuos, ſi necdum ſatis expiati ſint, commendent, Interceſſioni Sanctorum, in quorum honorem Baſilicæ dedicatæ ſunt, & in quibus ſunt ſepulti. Sic Suffragia quæ in vnoquoq; Sacro loco, ab illius loci Sacrificis fieri ſolent pro illis, qui intra ſepta ſuorum Cæmiteriorum requieſcunt, proſunt defunctis.

Prodeſt animabus quod corpora ſepeliantur in locis ſacris.

7. Reformatos autem, Hugonottas, Geuzas, & in vniuerſum Hæreticos omnes, Cæmiterijs noſtris excludimus, QVIA ſicut in viuis, Fidei, Charitatis, Sacramentorum, Suffragiorum, animorum, &c. non habuerunt communionem (ſunt enim excommunicati, & exierunt à nobis) ita omninò conuenit, vt loci ſacratioris, Solis Catholicis deputati, quem ſoli Catholici venerantur, cuius Sanctitatem Hæretici execrantur, maneant expertes: Sicut enim Religio ſemper corpora mortua ſepelire, ita etiam Religio fuit, quo loco ſepelienda forent, conſiderare, vt ab Impijs ac Infidelibus, fideles mortui perinde ac viui diſcernantur: idque non à Chriſtianis duntaxat, verùm & Iudæis fuit obſeruatum: quum Patriarchæ de ſuorum corporũ ſepultura, anxiè, dum viuerent, diſpoſuerunt, vt patet Geneſ. 23. & 50. Tobiæ 12: & 3.

Ratio Quare Heret. non ſepeliantur in Cæmiterijs Catholicorũ.

Sancti anxiè diſpoſuerunt de ſuorum corporum ſepultura.

Digitized by Google

& 3.Reg.13.31.
8. Vbi Propheta Samariæ præcipit filijs ſuis, vt iuxta alium Sanctum, ipſum ſepeliant, dicens: *Cùm mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt, iuxta oſſa eius ponite oſſa mea.*

Mirum proinde non eſt ſi fidei participatione deſtituti, etiam, locorum noſtrorum communione ſecernamini. Meritò ergo ABITE CONFVSI, REDITE CONFESSI, Amen.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM, in quo prior numerus ſignificat QVARE, Poſterior, Paragraphum marginalem.

A

ABſtinentia à carnibus, quibus de cauſis indicta, 57.2
Abuſus rerum tollendi, non res ipſa, 14.19
Adæ peccatum non tranſijt ad omnes imitatione, 89.4
Alkmariana ſeditio per duos Caluinianos Miniſtros Cornelium Hillenium, & Adolph. Venatorem, 34.7
Alexij de Menezes laus & pij conatus, 78.2
Altare & Sacrificium ſunt Relatiua, 62.6
Anabaptiſtæ cuiuſdam Pſeudo-miraculum, 6.8
Anabaptiſtæ cuiuſdam fanatica reſponſio, 16.9
Anabaptiſtarum pugnæ, 34.3
Andr. Carolſtad. Sacerdos primus duxit vxorem, 37.3
Angelum particularem cuſtodem quiuis habet homo, 33.1 *& 3.*
Angelica ſalutatio eſt Incarnatio commemoratio & implicita oratio, 21.2
Anglo-Caluiniſtæ agnoſcunt Regem Caput in Diuinis, 8.1
Iuramentum, *ibid.*
Anglo Caluiniſtici Pſeudo-Epiſcopi homines ſunt impudici, 12.5
Anglo-Caluiniſtarum & Geuzarum iugum, 36.1
Antichriſtus necdum venit, Eliæ & Enoch ſe opponet, tribus Annis & medio regnabit, præcedet immediatè finem Mundi, 8.7.*&c.*
Antichriſti VIII. conditiones, 8.8.*&c.*

Apoſtoli

Digitized by Google

Apoſtoli cur prohibuerint eſum ſanguinis & ſuffocati 365
Apoſt. ſine Chriſmate nunquam confirmârunt 47.8
Apoſt. ab vxorum amplexibus continentem vitam ducebāt 78.5
Apoſtolatui neceſſaria 9.14
Apoſtolica Eccleſia vnde 13.18
Appellatur ad ſolos Rom. Pontifices, 9.8
Aqua luſtralis quomodo deleat venialia 45.12
Arianiſmi, Caluiniſmi, & Mahumetiſmi comparatio 2.11
Arminiani & Gummariani Miniſtri, quomodo per Hollād. & Zeeland. inter ſe digladientur 34.8
Auctorem peccati Deum facit Cal. 1.15. 16. *& Geuzæ* 24. 12. *&c.*
D. *Aug. prouocat ad Patres.* 95.6
Auguſtiniani Perſiæ, Malabarum, &c. conuerſioni inſudāt.

B.

B*Alſami ſignificatio* 69.9
Baptiſmus realis paruulis abſolutè eſt neceſſarius 4?.1. *excepto Martyrij priuilegio.* ibid. 2
Beatæ animæ ſtatim vident Deum. 32.2
Beatorum alius alio perfectior in gloria 32.5
Belgium turbatur per Geuzas 2.8
Belli iuſtitia contra Hæret: & Turcas. 99. 6. 7. *&c. Per bellū non impeditur Dei voluntas* ibid. 9
Benedictiones Eccleſiæ carent Magiâ & Superſtitione 45.5
Beza maculat virginalem Dei paræ partum 28.11
Beza Confeſſio de Cruce, 46. 1. *ſcurrillis in Deiparam* 90.4
Beza canonizat Poltronum latronem 27.5

Biblia

Biblia adulterina vnde dignoſcantur 17.10
Biblia mutua damnant Hæretici 17.1
Bigami inhabilitas 73.19
Bohemis quomodo conceſſa communio ſub vtraque ſpecie 60.8
Bruxellenſium iconoclaſtarum impietas 29.2

C.

Caluinus non capit ſuum CREDO 55.2
Cal. damnat Pœnitentiam ſolennem, Satisfactionem ieiunium Quadrageſim. Cælibatum Sacerdot. orationem pro Defunct. & SS. Patres. 14.5.6.7.& 8. & 1.18
Caluini ſeſquiannalis cœlibatus 73.14
Caluini horrendum Paradoxon 84.5 *Sodomia* 42.1
Cal. mira carnificina & deſperatio 92.14.15.&c.
Cal. Seruetum popoſcit ad ignem 2.3
Cal. vult ſemper in nobis eſſe opera carnis 67.8
Cal. Pſeudomiraculum in Brulleo reſuſcitando 6. 3. 4. 5.&c.
Cal. conqueritur ſe mere laicum eſſe defectu impoſitionis manuum. 69.6
Caluini mors horrenda 14.3
Calu. ſcurrilis in verbis 47.1
Calu. mendax maledicentia. 97.12.13.&c.
Cal. acceptat Traditiones Iudaicas, ſed damnat Chriſtianas: vnde libenter Iudaizat 17.8
Cal. in morte iurat, blaſpemat, deſperat 24.4
Caluiniſt. & Lutheri Axiom. ſparca 73.13
Caluiniſtæ Turcæ facti 4.5
Caluiniſta quidam Roſarium oppugnans, facili argumento ab auctore refutatur 22.1
Camelus quid ſignificet in Euangelio 56.9

Canoni-

Digitized by Google

Canoniȥare infallibiliter poteſt Papa. 88.2.3.4.5.&c.
Cantus Eccleſiaſtici finis 20.3
Capitulum Colonien. auerſatur prætenſam Reformationem cuiuſdam votifragi Monachi, ſcit. M. Buceri, 14.22
Cardinalium dignitas & officium 71.1.& 2.
Cardinaliſtæ 17.3
Caroli V, zelus 2.19
Caroli V. mira victoria 13.10
Caſtitatis gratia quibus detur. 73.10. Non eſt impoſſibilis Ordinatis. Ibid. 11. Periclitatur in ebrioſo & guloſo, 13.
Cathol. Eccleſia ſola eſt Romana, cur 13.11
Catholici inueniuntur vbicumque ſunt Hæretici, non contra, 13.12
Cathol. nomen proprium Eccleſiæ Rom. 13.13
Cathol. Eccleſia comparatur naui Magellani, 13.12
Catholicorum Matrimonia cum Hæret. illicita, 93.1.&c.
Cærimoniæ Cathol. ſunt Religioſæ. 45.1. Cærimoniis vtitur Chriſtus. ibid. 3. Earum. vtilitas. 3. Carent magiâ. 8. & Superſtitione. 9. & 11.
Cærimoniæ conſecrationis Templi, 23.6
Certi hic eſſe non poſſumus de noſtra iuſtitia, abſque reuelatione. 83.2.3.4.&c.
Certitudinis moralis Iuſtitiæ ſigna, 3.13
Certitudo moralis Iuſtitiæ tollit animi ſcrupulos, 3.12
Cereuiſiæ Saxonicæ violentia 17.7
Cœlibatus caſtas gignit cogitationes, 74.4. & 16. Iure Apoſt. Sacerdotio annexus. Ibid. 21. Quibus detur 22. Poſſibilitas eius, 23.
Cœlum ſummum non eſt in loco, 56.5
Cæmiteriis Catholicorum non poſſunt gaudere corpora Hæreticorum, 100.7

Chara-

Character corporeus impreſſus dorſo Caluini ob commiſſam Sodomiam 41.1

Character Sacramentalis. 42. 1. *à tribus tantum ſacramentis imprimitur* 4. *Eum Chriſtus non habuit*, 8

Charitas non excidit in ſuturo ſæculo 83.9

Charitatem habentes implent Legem 26 3

Chriſtus deſcendit ad ſubterranea loca 19.6

Chriſtus non habitat in Templis quaſi iis includatur vel egeat 53.1

Chriſtus Actor. 9. *fuit in pluribus locis* 55.3

Chriſtus deſperauit ſecundum Cal. 14.3

Chriſti ingreſſus ad Apoſt. ianuis clauſis, variè exponitur ab Haret. 55.7

Chriſtus exprimit imaginem ſui 29.4

Chriſtus vt excellens Miniſter, non alligatur Sacramentis. 94.8. & 69.5

Chriſtus nihil ſcripſit, vel ſcribi iuſsit 18.7

Chriſtus reliquit mundum, quo ad viſibilem conuerſationem 52.1

Cibi vetiti ſubſtantia phyſica non maculat animam, bene autem inobedientia adiuncta 37.4

Cibi non vetantur ab Eccleſ. vt immundi 37.2

Coitus reddit hominem ineptum ad orandum, & grauitatem diſſoluit 73.5.6. & 7.

Communio vtriuſque ſpeciei non eſt iure Diuino præcepta. 60.1. *Communio laica & peregrina.* Ibidem. 2. *Sub vna ſpecie indicta varia ſunt cauſæ* Ibid. 4

Compelle intrare, *de quibus intelligatur* 2.18

Concil. cum ſuo Cap. ſunt infallib. auctoritatis. 12.2. *Quare & vnde infallibilia.* Ibid. 3. *Concil. confirmanda mitti ſolent Papæ.* Ibid. 4.

Concil. eſt ἀκέφαλον *ſecluſo Papâ* 12.14

Concil. non eſt infallibile ſine Papæ approbatione. 12.1. *Ariminenſ.*

Digitized by Google

minenſ. & Mediol. errârunt. Ibid.

Confide fili, *quomodo intelligatur* 3.15

Confirmatio eſt Sacramentum. 47. 4. *Eius materia,* 7

Confeſſio peccatorum Sacramentalis eſt præcepta iure Diuino 64.2.3.&c.

Conſecrationis verba Reformati peruertunt 48.7

Conſiſtoriantes faciunt denuntiationem publicam peccatorum 64.1

Conſilia Euangelica 78.7

Conſummatum eſt, *quid ſignificet* 83.10

Corpus Diuinâ potentiâ ſimul poteſt poni in pluribus locis diſcretis 55.3

Corpus & quantitas poſſunt eſſe abſque omni loco, 56.4

Corpora . poſſunt penetrare 55.5

Creduntur multa quæ tamen videntur 15.21

Creſcite & multiplicamini, *quomodo intelligatur,* 73.17

Crux in proceſſionibus licitè circumfertur 61.7

Crux realis, claui, lancea, præputium, &c. Chriſti, Latriâ coluntur per accidens 31.5

Crucis ſignum eſt ſacrum. 46. 3. *In fronte.* 2. *Pellit Dæmones.* 4. *Excitat ſpem noſtram.* 5. *Sanctificat creaturas.* 6. *Caret Magia & ſuperſtitione* 7. *Illud honoramus, quatenus Crux Chriſto honorem, & nobis attulit ſalutem,* Ibid. 1

Crucifixio Chriſti, non vt Actio, ſed vt paſſio, eſt à Deo decreta 80.16

D.

D*Auid Georgius hæret. à Senatu Baſileen. poſt mortem effoſſus & exuſtus* 98.2

Digitized by Google

Deus licet ſit vbique, non tamen vbique miracula operatur. 30.6
Deus poteſt eandem rem bis producere, 55.8
Deus Caluiniſtarum eſt Auctor peccati, 24.1
Deus Reprobis aditum vitæ præcludit, ait Cal. 25.4. & 5.
Deus quomodo non habitet in manufactis. 23.9
Deum beſtiis crudeliorem facit Calu. 25.8
Dei para & Sancti nobis ſpiritu ſunt præſentes. 21.5
Diabolus egregiè Anabaptiſtam rebaptizat. 6.8
Differentia indiuiduans eiuſdem rei, infinities latet in Deo, 55.11
Dilectio Dei ex toto corde, debet eſſe appretiatiue ſumma, non intenſiuè, 26.5
Diſputare non licet laicis cum Hæret. 94.1
Diſtinctio poteſtatis Eccleſiaſt. & politicæ 96.3

E.

Eccleſia vera nunquam deficit 15.7
Eccleſia vna habet diuerſos ſtatus 15.20
Eccleſiæ vnitas in quo, 13.3
Eccleſia diu fuit abſque Scripturis 18.7
Eccleſ. quomodo domus ſpiritalis 15.19
Eccleſiam viſib. perire, ſed inuiſibilem permanere, implicat contradictionem, 15.10.
Eccleſiæ incorporari omnes tenentur 15.5
Eccleſia abſolutè non poteſt errare 15.11
Eccleſia Reform. Temeratis eſt Officina 14.3
Electio ad gloriam facta ex præuiſione meritorum. 25. 11. & 80.9.
Epiſcopus iure Diuino maior eſt Presbytero 70.1
Epiſcopus vnius vxoris vir, *quis* 73.19
Epiſcopi in Concil. ſunt Iudices Inferiores. 12.15
Epiſcopus eſt omnibus Sacerdotibus Superior. 70. 3. *Epiſcopi olim*

pi olim fuerunt vocati Preſbyteri, & è contra. Ibidem. 4.
Eraſmus Lutherizat, vel Lutherus Eraſmizat. 74.11
Eraſm. pœnitet prædicatæ libertatis ſpiritus, 14.14;
Eraſm. contra horrendos mores Lutheranorum. 14.12.13. 14.
E S T *nunquam accipitur pro ſignificat* 48.11
Euchariſtia habet verum Chriſti Corpus 48.1
Quomodo illud ibi deſinat eſſe. 50.1. *Et an in ſeceſſum mittatur.* 2. *Caro eius an proſit.* 51.1. *An vera ſit caro.* 54. 1. *Mittitur obuiam* 60.2
Extraordinaria miſſio cur egeat mirac. 6.12
Extrema vnctio eſt verum Sacramentum. 68.1.2 *& 3. Ad peculiares gratiæ Diuinæ effectus Inſtituta. Ibidem.* 8

F.

Fides Romano-cathol. eſt Geuziæ præferenda. 1.5.&c.
Fides Iuſtificans non eſt fiducia 3.5
Fides Papiſt. eadem eſt cum Rom. antiqua 1.5
Fidei quomodo præ cæteris virtutibus aſcribatur ſalus. 3 10.& 8.25
Fides formata & informis. 5.1.2.3.4.5.6.7
Fides ſaluans eſt tantùm vna 1.1
Fidei obiectum eſt aliquid intellectu apprehenſum 3.7
Fides mortua & Dæmonum 5.9
Fides reformat. non eſt per externam prædication. primò fundata 1.7
Fides ſemel obtenta nunquam amittitur, ſecundum Cal. 39.3
Fidei Reform. prædicatio non cœpit à Ieroſolyma 1.9
Fides Reformata renouat Hæreſes olim damnatas, 1.19

Digitized by Google

Fiducia eſt effectus fidei Chriſtianæ, 3.6
Filij Regni,*qui ſint liberi* 38.5
Fomes peccati,vt vocetur peccatum 26.8

G

Geneuenſium mos 13.14
Geneuenſium impium decretum 75.4
Germaniæ damna ex promiſcua Scriptur. lectione, 16. 12
Geux, Geuzæ, *ſiue ſcurriles mendici,vnde dicti,* 78. 20
Geuzÿ Miniſtri homines indocti & trium dierum Theologaſtri 34.12
Geuzæ & Zvvingliani corrumpunt textum 17.4
Geuzarum facta & dogmata ſunt ablatiua, 31. 9. 10.&c.
Geuzarum Paradoxon, Die vre was gecomen. 7.10
Geuzarum furor blaſphemus 29.2
Geuzæ ſimiles Mahumeto 2.20
Geuzarum dogmata olim damnata 1.2
Geuziſmi ſigna 46.2
Geuzæ offundunt ſaccos Scriptur. quas non capiunt, 27.8
Geuzarum in Belgio Deformatio, ſacrilegia, crudelitas, perduellio, & expilatio infanda. 14. 16. & 17.
Geuzæ bibunt ex caluaria cuiuſdam Comitiſſæ Flandriæ, 14.16
Geuzarum fœdifragia coactio in Belgio. 2.20
Geuzarum progenitores, impÿ. 13.7
Geuzæ omnibus imag: confractis, ſoli parcunt impio latroni, 29.1

Geuzarum

Geuzarum Eccleſia eſt deformata. 14.1
Geuzæ non ferunt ſignum Crucis 46.1
Geuzæ Reformati deformârunt fidei doctrinam. 14.2 *Item Politiam Eccleſiaſticam. ibidem* 4. *Item vitam & mores. Ibid.* 9.
Gratia non tollit naturam, ſed perficit 79.16
Gratiam ſufficientem omnibus dat Deus. 25.21

H

Hecla mons terribilis 91.12
Hæret. comparantur vulpibus Samſonis 13.20
Hæreticorum Nota, eſt particularitas locorum 13.15
Hæret. & Reformati iam ſunt iudicati, & illud iudicium Catholici eloquuntur 35.3. & 4
Hæret. ſubijciunt ſibi ſcripturas 95.4
Hæreticorum conuictus & conciones vitandæ. 92. 1. & 4.
Hæreticorum filij bonis priuantur 2.17
Hæreticos eſſe cogendos probat D. Auguſt. 2.15
Hæret. ſupplicio ſunt afficiendi 98.4
Hæreticos occidere eſt opus maximæ miſericordiæ 98.6.
Hiero. Bolſeci veritas hiſtorica 6.2
Hoſtia conſecrata quomodo deſinat eſſe in ſtomacho. 58.4
Hugonottæ cum gladio & bombarda concionantur 2.11
Hugonottæ Pariſiis ſuffocare moliuntur Catholicos. 2.6
Hugonotta quidam Pariſ. nititur ſtrangulare concionatorem 2.7
Huſſitæ proceſſionali ritu honorant braccam Ioannis Hus. 13.1. & 61.1.

I.

IAcob & Eſau deſignant Idumæos & Iſraelitas, 25.18

Imagines SS. licitè retinentur. 29. 4. Imaginem ſui exprimit Chriſtus. 29 4. Imagines ponendæ in Eccleſia 6. Externo honore afficiendæ. 7. Imag. vſus caret ſuperſtitione. 9 Imaginis ratio conſiſtit in repreſentatione. 10 Imagini non defertur formalis Latria vel Dulia, ſed externa tantum ſubmiſſionis nota. 11. Imagines per accidens coluntur Latriâ vel Duliâ 29.15

Imperatores legibus coegerunt Hæreticos. 1.16

Imperatores morte mulctant Hæret. 98.2

Imperatores in Concil. non ſunt iudices. 12. 7. Item ſequuntur Concil. & Sedis Apoſtol. iudicium ibid.

Imperator per ſe non poteſt indicere Concilium. 12. 10. 11. & 12

Indulgentiarum poteſtas in Eccleſia. 66. 1. Olim fuerunt parciores. ibid. 4. Earum vtilitas. 5. Pro ſunt defunctis & quomodo 6. 7. & 8

Infernus locus eſt ſubterraneus. 91. 1. Secundùm Caluiniſtas eſt vbique, ibid. 4.

Ingreſſum Chriſti ad Apoſt. ianuis clauſis, vt exponant Reformati 7.8

Inuiſibilem Eccleſ. cur ponant Hæretici. 15. 17

Ioan Cochlæus ſub capitis periculo offert diſputationem cum Lutheranis detrectantibus 91.4

Ioan. Piſcator abſurdiſſ Prædeſtinator 25.3

Ioan. Haren aſtitit Caluino in deſperatione morienti 24.4

Iudæis illicita fuit Relig. libertas 2.12

Iudæi tolerantur, non Hæretici 2.23

Iudæ

Iudæi & Pagani ad fidem non compellendi, 2.9
Iudicium quale prohibeat Deus. 35.3
Iuſtificatio fit per dona verè inhærentia, 81.1. *Iuſtitia Oziandrina & imputatiua eſt nulla, ibid.*3.4. *&c. Immo inuoluit contradictionem,* 4
Iuſto quomodo non ſit Lex poſita, 36.8. *Quomodo non ſit ſub lege, ibid. Iuſtitiæ incertitudo,* 3.2

L.

LAbia Iudæ non honorantur, 31.6
Latinæ linguæ vſus expediens & neceſſarius in Sacris, 20,2
Latria formalis quid connotet, 29.14
Legati Papæ in Concil. habentes & non habentes inſtructionem, 12.16
Lex, Non concupiſces, *quid vetet,* 26.7
Leges in conſcientia obligantes poteſt condere Eccleſia, 36.2
Lex Diuina eſt poſſibilis cum Dei adiutorio, 26.1
Leges Principum ligantes in conſcientia, 38.2
Lex ciuilis vnde habeat poteſtatem ligandi, ibid.4.
Libertas fidei & Religio non ferenda, 2.12.13.14.&c.
Libera eſt fides ante acceptationem, non poſt, 2.15
Libertas Euangelica & Chriſtiana in quo conſiſtat, 36.7
Lib. arbitrium quomodo Deus homini dederit, 2.22
Libera abſolutè eſt voluntas, 79.1.2.3.*&c. Per peccatum eſt debilitata,* ibid.8
Librorum Hæret. lectio illicita, &c. 97.1.2.3.4.5.*&c Carent Priuilegio,* ibid.15
Linguæ vulgaris & communis diſtinctio, 20.7
Lumen in proceſſionibus ſignificat gaudium, 61.2
Lutherum docet Diabolus, & cum eo modium ſalis edit. 8.3

Luther. vult ORARI PRO DEO. 8.12
Lutherus potius ſuit Antichriſtus, propter octo 8. 8. *&c.*
Lutherus nititur mortuum excitare, ac fruſtrà. 6.1
Lutherus deteſtatur ſuorum mores deformatos, præferens Papatum. 14.10. *Sic Cal. vocans ſuos Reformatos, Diabolos Incarnatos.* ibid.11
Lutheri impia benedictio 8.5
Luther. admittit SS. interceſſionem & inuocationem 28.1
Lutherus hortatur Epiſcopum Mogunt. vt nubat. 14. 4. *Item excitat ſubditos in Epiſcopum eundem.* ibidem
Lutheri & Caluini diſcrepantia. 1.12.13.14.& 15
Luther. monet operari contra conſcientiam 9.15
Lutheri Prophetia & conſiliarius contr. Papatum 8.4
Lutheri pluſquam Diabolica verba maledicta, fulmina, &c. 97.7.&c.
Luther reprehendit iconomachos 29.3
Lutherus dicit ſe diſcedere à doct. per os Patrum annunciata 1.7
Luther. verſio habet 800 *errores* 17.7
Luther agnoſcit eſſe Purgatorium 87.1
Lutheri potui addicti Apophthegma 17.8
Lutherani peregrinantur Melchinam ad honorandas exuſti hæretici Reliquias 30.1
Lutheranæ feminæ concionantur. 17.6

M.

M*Agiſtratus ciuilis non eſt diſponere de rebus fidei.* 96, 1. *Debet hæreticor. pœnis compeſcere*

cere ibid.5

Maledictionis aqua in veteri Teſtam. 45.7

Manna proceſſionaliter circumfertur. 61. 2. 3. 4. 5. 6

Martiniani Imperator. decretum contra Synodi examinatores 12.6

Martyrem non pœna, ſed cauſa facit 88.6

Martyrologium Eccleſiæ Reformat. pugnantiſſimum 34. 15

Matrimonium eſt Sacramentum, & indiſſolub. 75.1.& 4. *valet abſque conſenſu parentum* 76.1

Mediator Principalis ſolus eſt Chriſtus, ob quatuor. 28.12

Menſa Domini & Dæmoniorum quid. 23.2

Merita Chriſti non iuſtificant nos formaliter 81.12

Meriti nomen cur Reformatis exoſum. 85. 1. *Mereri propriè ex iuſtitia poteſt homo. ibidem.* 2.3. 4.&c. *Meritum & merces ſunt correlatiua.* 5. *Merita noſtra vim habent ex merito Chriſti* 18. *Merita noſtra cur Deus requirat.* 19. *Ex Meritis noſtris poſſumus concipere fiduciam* 87.2

Mincha, *in ſcript. quid ſignificet* 62.

Miniſtri Eccleſ. Reform. omnes illegitimè miſſi. 74. 1. *eorum diſſenſio capitalis. Ibidem* 4. *Miſſio immediata vel mediata.* 4. & 5. *neutram habent Reformantes* 9.& 14

Miniſtrorum Reformantium vitia & ſcelera. 34. 9. 10.11.12.

Miniſtrorum Holland. Zeelandiæ, &c. pugnæ & diſſenſiones 34.4.& 8.

Miraculis aſtructa miſſio Moyſis, Io.Bap. CHRISTI *Apoſtol. Prophetar.* 6.10.11.12.&c.

Miracul. Catholicorum ſoluunt Diaboli præſtigias. 7. 6

Mirac. Cathol. non poſſunt fieri virtute Diab. 7.8
Mirac. cur vno non alio loco edat Deus 7.5
Miracula vt edant Sancti 7.3.& 8
Mirac. vera efficere nequit Diabolus 7.1
Miracula merito à Reformatis petunt Papiſtæ, 6.9
Miſſa eſt verum Sacrificium. 62.1.2.3.4.*&c.* Miſſæ *meminit* D. *Auguſt. ibidem* 7. *Primam miſſam celebrauit Chriſtus.* 62.9. *Poſtea Apoſtoli.* 12. *Habet omnium Sacrificiorum perfectiones.* 15. & 6. *Applicat nobis aliquam portionem infiniti Crucis Sacrificij.* 19. *Miſſæ in honorem Sanctorum.* 6.1.2.3.4.5
Miſereri *quid ſit Rom.* 9.15. *vide* 25.21
Monachorum laus. 78.2. *Antiquitas. ibid.* 5. *vota.* 7.8.9. *&c. Non tenentur ad laborem manualem.* 13. *Non ſunt ocioſi.* 14. *Poſſunt mendicare* 15
Monachorum cuculli, quid. 72.1. *Tonſura quid. ibibem.* 2
D. *Monicæ votum Cal. calumniatur* 67.11
Multiloquium quale Deus prohibeat in oratione, 22.4

N.

NEceſſitas in ſenſu compoſito 80.4
Neoarriani derident Sanctã Trinitat.& *Chriſtum* 48.4
Noe quidam Atheiſta ex lectione Inſtitut. Caluini, 24.6
Nomina noui Teſtam. filiis imponunt Catholici, ſed veteris, Hæretici 44.2
Notæ Eccleſiæ quatuor 13.1
Nuremburgenſes petunt confirmationem Confeſſio. à Carolo V. Imperatore 64.6

Oleum

O.

OLeum in Sacrament. quid ſignificet 69.9
Operum bonorum neceſſitas. 82. 3. Illa ſcommate proſcindit Luther. ibidem 4. In mater. operum D. Paulus non contrariatur D. Iacob 8. Opera bona plurima poteſt iuſtus præſtare ſine labe peccati. 84. 1. 2. 3. 4. &c. Opera Iudæorum quomodo comparentur panno menſtruatæ, ibidem 6. Operum ex gratia factorum ſublimitas. 85. 8. Operum à nobis procedent. vtilitas & inutilitas, ibidem 13. Opera noſtra habent condignitatem non Phyſicam, ſed proportionis ad vitam æternam. 15. Operari intuitu mercedis æternæ, eſt licitum & honeſtum. 86.1. 2.3.&c.
Opera bona, licet non præcepta, laudantur. 78.7
Oratio Sacramentalis 48.12
Oratio efficacior eſt in templo 23.4
Oratio practica & ſpeculatiua 49.2.& 3
Ordines Equeſtres vilibus rebus attributi 46.2
Ordinatio eſt verum Sacramentũ 69.1.2. Imprimit Characterem, ibidem 3. Non fit per ſolam deſignationem externam 4
Originale peccatum contrahendi neceſſitatem, omnes paruuli naturaliter prognati habent 89.1 In ſingulis hominib. eſt proprium. ibid.6. Ratio formalis peccati Orig.9.

P.

PApa Ioan.8 non fuit fœmina 11.2
Papa non eſt Antichriſtus, qui erit homo ſingularis 8.6
Papa non eſt ſupra Script. 9.15
Papa non mutat doctr. & cultum Chriſti 8.14

Digitized by Google

Papam auctoritatiuè deponere nequit Concilium 9.14
Papa debet peccata ſua confiteri. 64.5
Papa definiens rem fidei non poteſt errare 9.12
Papiſtæ à quibus, & vnde dicti 27.20
Paradiſus quid ſignificet Luc. 23. 27.2
Parentibus inuitis vouere iuniores poſſunt 78.11
Paruulis non acceleratur ratio in Baptiſ. 39.4
Paruuli ſuſtinent pœnam peccati, ergo ad eos culpa peruenit. 89.5
Paruuli baptizantur in ſanguine Christi, ſed per Baptiſ. 43.12
Paſce oues meas. 9.1
Patres quomodo citent Catholici. 95.2.7.8.&c. *Omnes non poſſunt errare* ibid.14
Patres damnat Cal. 1.18
Peccata ſemper iniuſtis manere, ſed non imputari docet Calu. 4.2
Peccatum ineſſe, & non imputari, eſt intelligibile. 43.7.& 81.6.7.& 8
Peccata aliqua ex ſe ſunt venialia. 90.1. *Mortalium inæqualitas* ibid.5
Pœna damnatorum eſt vſtio ignis, non ſolùm quidam terror 91.8.& 9
Pœnitentiæ ſeu ſatisfactiones iniungendæ in Confeſſione 65.6
Peregrinationes ſunt Religioſæ. 30.2. *à Deipara vſurpatæ.* 5
Perfectionis plura genera 78.8
Petrus fuit Romæ. 10.1. *ibidem tenet cathedram Epiſcopal.* 25. *annis.* &c. 10.3.& 4. *Occiditur Romæ.* *ibid. Ei apparet Chriſtus extra Romam.* ibid.
Petrus eſt petra & Cephas. 9.2
Petrus eſt cap. Eccleſiæ, ſub Chriſto 9.13
Pharao ſe ipſum indurauit, 79.11

quid

Digitized by Google

quid ſignificet, πίστις, 3.8
Planctus magnus in funere S. Stephani, quid ſit, 1004.4
Preces priuatæ non intellectæ, ſunt Deo gratæ, 20.5
Prædeſtinaſſe Deum ab æterno omnia, etiam peccata ait Calu. 80.6. Deus res omnes etiam non malas, ab æterno non prædeterminauit antè præuiſam cauſæ ſecundæ determinationem, ibid. 9. Prædeterminantes lib. arbitrium, eius præiudicant libertati, ibid. 12. Prædeſtinationis gratia congrua, 17
Prædeſtinatus malè agens eſt membrum Diaboli, Reprobus benè, Dei, 25.13
Prædeſtinatio Dei impia & blaſphema, ſecundum Caluin. 25.1
Prædeſtinationis Populares diſputationes turbant Hollandiam, Zeeland. &c. 25.19
Præſcientia æterna Dei non tollit libertatem Prædeſtinati, 80.1.2. &c.
Præſtigiæ magicæ ad memoriam S. Stephani diſſolutæ, 7.6
Primatus deriuatur via ſucceſſionis ad D. Petri Succeſſores, 9.6
Proceſſiones cur tædis & candelis honorentur, 61.12. & 13
Proteſtantes vnde dicti, 14.17
Prouidentiæ D. certitudo pendet à Præſcientia Dei, 80.11
Pſeudo-miraculum cuiuſdam ſuſpenſi Apoſtatæ, 13.9
Purgator. eſſe probatur, 67.5. Purgatorij animabus proſunt ſuffragia Eccleſiæ, ibid. 10. Purgatorij Architectus eſt Deus, 14

Q

Quantitatis ratio formalis non eſt extenſio loci, 56.4.5.6.7.8.9. Conſiſtit in extenſione partium per ſitum intrinſecum, ibid. 10
Quantitas integra corporis Chriſti in Euchar. 56.1

Digitized by Google

R

Rab Salomon ait Deum commiſiſſe peccatum, 8.12
Reatus quid, 89.9
Reformatio vera fit per Concilia, 14.21
Reformatæ Eccleſiæ facta, ſunt ablatiua, ſicut & dogmata, negatiua, 31.9.10.11.12.&c.
Reformati, omnes Religiones, vna dempta Catholica, admittunt, 2.1
Reformati Iconomachi ſunt ſpiritales Idololatræ, 29.3
Reformati IudaiZant, 44.1
Reformati non audent diſputare cum doctis viris Cathol. 94.3.&c.
Reformatorum miracula, 6.16
Reformatorum extremæ diſſenſiones, 34.1. *Similes vulpibus Sampſonis, ibid.*2.3.4.&c. *Cauſa illarum diſſenſionũ,* 9.10.11.12 &c. & 9.1.8
Reformati antiquam Cathol. Religionem turbant, 2.4
Reliquiarum cultus eſt religioſus, 31.2. *Eas Deus honorat, ibid. Quomodo colendæ,*4. *Earum cultus eſt implicita idololatriæ deteſtatio,* 31.8
Remiſſ.peccatorum tollunt Caluiniſtæ, 4.1
Remiſſ.peccati credit Cathol. ſed non ſibi in particulari factam, 44
Reprobatio facta ex præuiſione demeritorum, 25.11
Rom.in Eccleſia Apoſtolica Cathedræ Principatus, 9.9.& 13.18
Rom.Eccleſia nunquam interijt, 1.11.& 9.4.&c.
Rom. Pontifices ſoli ſunt D.Petri ſucceſſores, 97
Rom. Eccleſ. ſola habet SS. Exuuias Præſepij, Tunicæ, &c. Chriſti, 13.19
Romano-Cathol. fides fuit ante Reformatam, 1.1
Roſariorum vſus comprobatur, 22.1
Ruſticorum centum millia cæſa, 38.6

Sacerdoti

Digitized by Google

S

Sacerdoti in altari conſecranti an obediat Chriſtus, 57.1
Sacerdos Luthero eſt Dei Vicarius, 64.6
Sacramentum malè definit Calu. 39.1.2.3.4. *Sacramentorum numerum variant Luth.Cal.& Melancthon.*40 1.& 2. *Sacramenta ſunt ſeptem, ibid. Inſtrumentaliter conferũt gratiam ex opere operato*,41.1.*Verbum rituale in Sacramentis*, 6
Sacrificio Deum eſſe colendum ratio naturalis dictat, 62.8
Non ſacrificamus Sanctis, 63.1.2.3.4.5
*Sancti viuunt in cœlo.*27.1.*Vident Deum,ibid* 2.*honorantur à Deo.* 3 *honorandi à nobis*,4. *Illorum cultus dicitur Dulia vel Hyperdulia*,5.*Religioſus*, 6
Sanctis fabricamus Memorias, non Templa vt eis ſacrificemus, 63.5
Sancti rerum noſtrarum conſcij, percipiunt preces noſtras, 28.2. *Sunt Angelis æquales, ibid. quomodo intelligant preces noſtras*, 3. *Non inuocantur vt primarij datores gratiæ vel gloriæ*, 4. *Orant pro nobis*,6. *SS Patriarcharum merita implorat Moyſes*,6.*Spiritu ſemper nobis adſunt*, 9. *Poſſunt eſſe vbicumq; placuerit*, 10. *Sunt Mediatores ſecundarij*,12. & 13.*In veteri Teſtam.non fuerunt inuocati*, 28.14.23
Sancti in Miſſæ Sacrific.honorantur, & gratiarum actione Deo facta & publica inuocatione, 63.3.4
Sancti anxie diſpoſuerũt de ſuorũ corporũ ſepultura, 100.8
Sancti de nobis ſunt ſolliciti, 21.5
Sanctitas Eccleſia, 13.5
Satisfacere ex condigno poſſumus pro pœnis temporalibus, 65.3
Satisfactio noſtra applicat Chriſti ſatisfactionem, 65.10
Schiſmatum origo, 9.5
Script.quomodo cibet 16.13.*liber fidelium*, ibid.15

Scriptura eſt ſcientia clauſa, ſed interpretatio eſt clauis, 19.17
Scriptur. eſt intellectu difficilis, 16.1. *Eius lectio vernacula, plurima dedit mala,* ibid.
Script. eſt Regula credendi inadæquata, 18.11
Scripturæ omnes in ſe ſemper fuerunt Canonicæ, non in ordine ad nos, 17.9
Scrutamini Scripturas, *quomodo intelligitur,* 16.19
Sepulturæ Catholicorum laud. ab. Cærimoniis, 100.1.2.*etc. Deiparæ & S Paulæ,ibid.*3.& 5. *Sepeliri corpora in locis Sacris prodeſt animabus,* 6
Serpens æneus corporis inclinatione adorabatur, 29.8
Seruetus à Calu.exuſtus, 98,1
Serui inutiles quomodo ſimus, 78.16
Sijckgruz n/ 25.1
Spaciis imaginarijs extra mundũ poteſt Deus ponere creaturas, 56.11
Specialis fidei Reform. ſtultitia, 3.3.*falſitas,ibid.*4.*pernicies ibid.*5.& 82.1. &c.
Species Sacramentales excipiunt omnem alterationem,non ipſum corpus Chriſti, quod abſolutè nequit pati, 58.2. & 3
Spes quomodo ſit certa, 19.3
Sperare in Deo non poſſunt Reformati, 19.2
Sperare & credere Remiſſ. peccatorum,vt differant, 4.8
Spiritus S. Geuziorum Miniſtrorum quis, 6.8
Spiritus particularis eſt periculo plenus, 16.7
Superſtitio eſt Dei cultus falſus, vel ſuperfluus, 45.9

T

TAntummodo crede, *vt intelligatur,* 3.19
Templa primario inſtituta ad ſacrif. & orationem 23.1.& 6
Templorum conſecratio & ornatus probantur, 23.6.& 7

Theo-

Digitized by Google

Theophoria eſt licita & quæ eius cauſa, 61.8
Tonſura quid ſignificat, 72.1. *Non eſt Sacrament.* 3
Tractus Dei non neceſsitat, 80.14
Traditionum neceſsitas, 18.2.3.4.5.6.7.&c.
Tranſubſtantiationis poſsibilitas demonſtratur, 59.1.2.3
Ipſa eſt cauſa præſentiæ corporis Chriſti, ibid. 4. *Dicit actionem reproductiuam Corporis Chriſti,* 7. *Eam non non ſaluat actio adductiua,* 8. *Ex ea non ſequitur Papiſtas facere Deum,* 9
Turcæ componunt fidei controuerſias, 34.13
Turres cur habeant gallum & Crucem, 46.5

V

VErmes corporales habebit infernus, 91.8
Vinum carum in Iaponia & acidum in Noruegia, 60.5
Virginitas ſuperat Matrimonium, 77.1.&c. *Adducit multas virtutes, ibid.* 5
Viſibilia ſigna Synagogæ & Eccleſiæ Chriſtian. 15.6
Vltraiectina Reformatio, 74.15
Vna tantum eſt Chriſti Eccleſia, 15.1. *Eaq; ſemper viſib. ibid.*2
Vniuerſitates Reformant. ſunt abortiuæ, 34.12
Vota licita, 78.7.&c.
VVezalia omnium Hæreſeωn receptatrix, glorioſè per Illuſtriſs. Marchionem Ambroſ. Spinulam expugnata, 69.1
VViritus contumax in papam, punitur, 11.4
Vxorem ducere poſt ſacri Ord. ſuſceptionem nunquam licuit, ne quidem, Græcis, 73.2. & 3
Vxorum ante ductarum vſus permiſſus Græcis presbyteris & Siciliæ Subdiaconis, ibid. 1

Z

Zvvinglius miracula requirit, 6.12

FINIS.

Digitized by Google